JOANNES CALVINVS
EXPVGNATVS
COETERIQUE RECENTIORES HÆRETICI PROFLIGATI.

TOMVS PRIOR.

OPVS DOGMATICVM

ADMODUM REV. PATRIS MAGISTRI

ANTONII MASVCCII

NEAPOLITANI MINORITÆ CONVENTUALIS

DICATUM

REVERENDISSIMO PATRI MAGISTRO

FR. IOSEPHO AMATO
A MASSAFRA

IN VNIVERSITATE SENARUM

THEOLOGO PVBLICO SAPIENTISSIMO.

IBIDEM

OLIM CONTRA HÆRETICAM PRAVITATEM

INQVISITORI FIDELISSIMO.

NVNC

SVPRADICTI ORDINIS

MINISTRO GENERALI

OCVLATISSIMO.

Pertinet ad Conventum Bernardini

NEAP. Typis Antonij Bulifon. MDCLXXX.

SVPERIORVM LICENTIA.

Aquila Anno Domini 1728

Digitized by Google

Reuerendiſſime Pater.

IVcundum, vt opinor, ſpectaculum, & inſignem, quamuis incruentam, tuis oculis (ter Reu. Pater) exhibeo Monomachiam. In hiſce folijs, veluti in Martis campo, decretorijs armis, mihi certamẽ eſt cum Caluino, veluti cum omnium Hæreticorum Anteſignano, ac peſtilentisſimo Duce. Cum *Gallo* meus dimicat *Leo* (eſt hoc Animal gentilitium meum Stemma) tanta animi alacritate, eoque euentu, vt nullo labore de tam pugnaci *Gallo* triumphet; vt proinde iam fabula ſit *Galli* voce, vel criſta teneri *Leonem*; cernes enim *Gallum* hunc è conſpectu mei *Leonis*, non modo pauidum, & obmuteſcentem, ſed omnino exanimatum, protritum pedibus, ac diſcerptum. Miraberis hic inuerſum rerum ordinem, ac talia à me prodire; ſed mirari deſines, ſi inſpexeris *Gallum* hunc naturam omnẽ inuertiſſe, & omnia, quæ *Gallo* à Naturæ ſcrutatoribus dantur, abeſſe ab hoc Homine *Gallo*. Ales ille Apolloni ſacer, & Lunæ; hic, & Lunã execratur, & Solem, ideſt in Eccleſiam, & in Solem Iuſtitiæ Chriſtum Eccleſiæ Sponſum, venenatas voces erumpit. Ille diei nuncius, & præco; hic tenebras effundit vbique, tenebris omnia inuoluit; ac totus tenebro-

Digitized by Google

nebrosus in ipsa Solis luce cæcutit, vt verè Noctuã se ostẽdat,& Noctuã tartareã. *Galli* cantus Palestinũ Petrũ excitauit ad lachrymas impię negationis; *Gallus* hic sua voce impiè negat Petri Potestatẽ, Primatũ,& successionẽ. Ille excitat ad pœnitentiam sceleris; hic homines impellit ad scelera, imo facit Atheos. Vnum illud habet Caluinus cum *Gallo* commune, quod ex *Galli Ouo* prodeat *Basiliscus*; & ex Caluini cerebro Dracones erumpant; Dracones quidem, sed quorum ictus, morsusque non timeat meus hic *Leo*, cum tua sit illi præsidio *Columba*, quæ morbosis, pestilentibusq; quæquam maximè medetur, Pierio attestante. Et verò, quot hostes Catholicæ Fidei confoderit, straueritque candida tuæ virtutis *Columba*, testes sunt tui contra Hæreticos exantlati labores; testes tot illustres viri in Senarum Musæo Theologicis à te imbuti; testis tuum in Sacra Inquisitione Senensi contra hæreticam prauitatem egregiè pro Tribunali exercitum munus, vt de te iure optimo dici possit, Synagogam Hæreticorum, iuxta Ieremiæ vaticinium, capite vigesimo quinto, desolatam factam esse *à facie iræ Columbæ*: ac ita res se habere debebat, quod enim aliud omen aptius tua potest præseferre Columba, quæ in Sacris literis Symbolum Spiritus fuit Paracliti? Quomodo ergo non concidant Bubones isti; non rumpantur ferales hi Dracones à facie *Columbæ*? Fugere debebant ab occursu gladij, quem *Columba* vibrabat, vt idem Vates monuerat. Pertentarunt Aquilonares hi Tenebriones, Lutherus, & Caluinus, sedem ponere super Astra, seipsos supra Ecclesiam extollendo; sed dum ceratis peruolant alis cauillationum

Digitized by Google

num,& sophismatum, veritatis solidæque tuæ Doctrinæ radijs, tamquam à Sole percussi, in lutulentas incidunt lacunas inscitiæ, æternæque contumeliæ. *Omne malum ab Aquilone*, inquiunt sacræ literæ; & verè omne malum ab Aquilone, quod enim malorum est, quod thrasones hi in Sanctam Dei Ecclesiam inuehere conati non fuerint? At si ab Aquilone omne malum; bonum omne ab Oriente veniet, ideſt à fulgentibus, & in tuo Stemmate candicantibus *Astris*, quæ Hæreticorum omnium tenebras diluunt; quæ ferales hosce Pythones tui ingenij acumine, veluti iaculis confodiunt, fregisti tu tuo calamo, veluti Herculis Claua, horrentia Monstra Germanorum; & ignea tua voce, siue pro Tribunali sedens, siue pro Cathedra, Hydram hanc virulentã compressisti. Experta est Ecclesia Romana, Ortodoxam Fidem, Hæreticorum perfidia penè arefactam, sub hoc *Iosepho* reflоruisse, ac steriles annos vbertate compensasse. Experietur hæc eadem, te Seraphicæ Militiæ Hierarcham, veluti Isaiæ, vel Ezechielis Seraphim alterum, hominum labia purgasse, & in eorum cordibus Calculum ignitum impressisse Fidei, ne eiusdem frigesceret, vel tepesceret feruor.

Tua ergo virtute confirmatus, tuoque exemplo adductus in arenam descendi cum hoc Antagonista decertaturus; & si alij tuis *Syderibus* in altum Theologiæ soluentes vsi sunt ad cynosuram; Facem, & mihi præferent ad veritatem à Caluinisticis tenebris vindicandam illa ipsa tua *Sydera*, quæ in veritatis Cœlo videntur assixa; spemque certissimam Victoriæ portendit tua illa *Columba* exibens virentem

Oli-

Digitized by Google

Oliuam. Excipe, igitur, (Reuerendiſſime Pater) tuis vlnis mei ingenij partum *Nonum*, quia cum ter ternum ſit, forſitan ab imperfectione procul erit. Excipe hilari fronte meos hoſce pro Fide labores, quos tibi reuerenter exhibeo, veluti teſtes meæ in te obſeruantiæ; veluti ſpecimen maximi mei erga te amoris; & ſi bene certauero corona ſit, vt qui *Columbam* præfert in Stemmate, Amoris Numini dicatam, *Amatus* redamet; & hoc Opus (qualecumq; illud eſt) tueatur, & foueat; ſic enim fiet, vt tua virtute, tuoque patrocinio in partes diſſectus, & per terrarum Orbem diſtractus Gallus iſte circumferatur, & Vinea Chriſti à peſtiferis hiſce ventorum flatibus ſeruetur incolumis. Deus te ſemper pro communi vtilitate ſeruet incolumem, qui es columen Virtutis. Sic auſpicatur tuus.
Neap. die 1. Nouembris 1679.

Obſequentiſſimus Seruus
Frater Antonius Maſuccius.
Doctor Theologus.

CA-

Digitized by Google

CATHOLICO,

VRBANOQVE LECTORI.

Author Operis.

*QVamuis multi præclariſſimi viri cum Caluino, Luthero, aliÿſque Hæreſum, vel Aſſertoribus, vel aſſeclis feliciter hactenus depugnarint, ac truculentos hoſce Dracones telis validiſſimis confoſſos ſumma cum laude protriuerint, & conculcarint; ego tamen hanc eamdem Prouinciam in præſens ſuſcipio, & in arenam deſcendo cum Caluino, Catholici nominis, & Eccleſiæ Romanæ Hoſte omnium infenſiſſimo, manus hodie collaturus: & licet ex Minorum Ordine, omnibus ſim Doctrina inferior; non inferiorem tamen alÿs mihi laudem promerebo, ſi Diuina adiuuante Gratia (*quæ infirma mundi ſæpè eligit, vt confundat fortia) *Achillem hũc humi ſtratum, pedibus conterendum, Fidelibus omnibus propoſuero. Et ſanè Palmam hanc mihi promitto; quoniam in hoc certamine æquo ego ſum in ſolo, & firmo; ille in decliui, & limoſo. Ego in ſolidiſſima Veritatis Petra, ideſt in Chriſto, & Eccleſia firmiter hæreo; ille pedes figit in falſitatis, & mendacÿ luto. Pugno cum Hæreticorum Principe, ſed ad hominem pugno, eiuſdem, ſcilicet, Principÿs, at ſemper inter*

Digitized by Google

se oppositis, vnde miserè ille labitur, ac irreparabiliter ruit. Oppugno etiam rationibus, argumentis, Scripturis; omnia illi adimo munimenta, & repagula; è vallo illum deijcio; omnes effugij vias illi præcludo, ac propterea ictibus vndique expositus, gladio Veritatis transuerberatus ita cadit, vt numquam possit se erigere, & pugnam reparare. Quæ verò arma, & argumenta Caluinum confodiunt, omnes alios Fidei hostes, & qui fuerunt, & si qui futuri sunt profligare possunt; tum quia Caluinus Hæresum omnium videtur Cloaca, & sentina, vt ipso expugnato, & alij omnes expugnati censeantur; tum quia in hisce scribendis, & in confutando Caluino, ad futuros, etiam Romanæ, Catholicæque Fidei Hostes oculos conuerti, & intentos habui, vt legendo hæc folia cernere facillimè poteris. Vsus sum deinde argumentis magis ad hominem, quam absoluta demonstratione ad refellendos tenebrionum istorum errores, & insanias; non poterant enim alia ratione melius conuinci, qui omnia fere Catholica principia, seu (vt rectius dicam) omnia Veritatis fundamenta, temerè, & sine vlla verecundia negant, & deridents; & præcipuè Caluinus; qui cum Gallus *sit, continuò saltillat, volitat semper, nunquam in firma sistendo doctrina. Simplex erit in hisce confutationibus sermo, simplex oratio, sine pigmentis, sine fuco, & illecebris, vt statim vnusquisque vim argumentorum capiat, qua percepta, facilius confundere possit Hæreticos. In Dei assistentiam firmiter spero, hoc Opus omnino caluam redditurum, & senescentem Caluini; nec non Martini Lutheri, tã acriter martyrizatam Doctrinam, vt ipsius, nec fragmen-*

Digitized by Google

menta quisque in posterum colligere possit, & audeat. Armamentarium hic habes, in quo Genus omne armorum inuenies ad Hostes profligandos; percurre Opus, & nihil optandum tibi supererit ad expugnationem.

Primus Tomus est hoc Opus, Caluinisticæ confutationis, nam pro reliquorum Dogmatum expugnatione (Deo dante) suo tempore alterum tibi offeram Volumen. Actualiter pro reliquis Caluini erroribus profligandis mea penna desudat; & cum meo Antagonista secundum habet certamen. Si me non sternet ægra senectus, iam sexagenaria, qua ad præsens afficior, ego ad vltimam, vsque necem meum hostem prosternam. Si secus acciderit, me excusatum habebis, & mecum te in manus diuini beneplaciti trades.

Ne verò per multæ in sacris literis apparentes contrarietates te turbarent, in speciali Opusculo, cui titulus est (IRIS BIBLICA) eas omnes in concordiam reuocaui, vt semper tibi sit pacatum Ingenium. Lege, perlege, reflecte, & videbis vno hoc Opere Hæreticos omnes expugnari, prosterni, ad nihilum reduci, de quo, Deo omnium donorum largitori, vna mecum, grates age.

Est tandem, quod te breuiter commoneam de Typographia, quæ aliquando labitur, & pluries in his foliis, vna cum Concorrectoribus meis lapsa est, quantacumque sim vsus diligentia, & hoc non obstante minimè potui scopulos hosce vitare, in quos impingere solent ferè omnes, qui Typographicum Oceanum nauigant. Duos peritissimos Viros, ac eruditissimos Censores ad hoc Opus expurgandum adhibui

Digitized by Google

hibui, & tamen cum hac adhibita diligentia, & cautione, consuetos euitare errores non potui. Ipsos (at non insignes) in Indice tibi correctos porrigo; reliquos leuiores tuo iudicio corrigendos reliqui, Amice Lector. Vale, & te Deus semper in sua Fide seruet constantem, vt tandem possis ad euidentiam eorum, quæ credisti feliciter peruenire.

EMI-

Digitized by Google

EMINENTISSIME PRINCEPS.

OPus hoc, quod inscribitur (*Ioannes Caluinus expugnatus*) Authore A.R.P.M.Antonio Masuccio, iussu Eminentiæ Tuæ, ea qua par est attentione, ac diligentia perlustraui, nihilque in eo deprehendi Fidei, bonisque moribus aduersum. Theologiæ Dogmaticæ quæstiones difficillimas, tanta claritate elucidatas, argumentorum robore firmatas, ac ab Hæreticorum quibusuis telis, tam neruosè vindicatas continet: vt ad Hæreticos omnes eneruandos, imo exarmandos, Opus absolutissimum censeri queat. Quare dignum puto, vt ad communem studiorum profectum quàprimum Typis mandetur. Neap. 3. Aprilis 1678.

Eminentiæ Tuæ

Addictissimus Seruus.
D. Ioseph Mendoza Congreg. Piorum Operariorum Theologus, ac Sancti Officii Consultor.

IN Congregatione habita coram Eminentissimo Domino Cardinali Caracciolo Archiepiscopo Neap. sub die 20. Aprilis 1678. fuit dictum, quod stante relatione supradicti Reuisoris imprimatur.

FR. SCANIGATA VIC. GEN.

Ioseph Imperialis Soc. Jesu Theol. Emin.

EC.

Digitized by Google

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

IL Padre Maestro Frat'Antonio Masucci dell'Ordine Minore Conuentuale, volendo dare alla luce vn Libro, intitolato (Ioannes Caluinus expugnatus) supplica V. E. volerne commettere la reuisione à chi più le parerà; e l'haue-rà vt Deus, &c.

Reuerendus Fr. Bonauentura Durantius ex Min. Conu. Videat, & in scriptis referat.

GALEOTA REG. CARILLO REG. CALA REG. SORIA REG. REG. VALERO non interfuit.

Prouisum per Suam Excell. Neap. die 23. Iulij 1677.

Villanus.

EXCELLENTISSIME PRINCEPS

EXaminaui omni, qua potui attentione (Excellentissime Princeps) Opus expugnationis Caluinisticæ elaboratum à P.M. Antonio Masuccio. Nullam noxam Regiæ Iurisdictionis in ipso inueni, imo in frusta discerpit illum Caluinum, qui Principibus, Deoque Optimo Maximo fuit tam noxius, semperque infestus. Pugnat Author Operis pro Monarchico regimine, vti est illud Ecclesiæ, omnisque Principatus Monarchicè gubernantis, non impugnat; Vnde (si Excellentiæ Tuæ videbitur) non solum dignum, sed necessarium, publicâ luce illud censeo, maximè in hac Ciuitate, & Regno sub Catholici Hispaniarum Regis dominio feliciter viuentibus. Dat. S. Laurentij Maioris hac die 13. Nouemb. 1677.

Excellentiæ Vestræ

Obsequentissimus Seruus
M. Fr. Bonauentura Durante
Min. Conu. Reuisor Deputatus,
Realis Cœnobij D. Laurentij Maioris Regens, ac Guardianus.

Visa supradicta relatione Imprimatur, verum in publicatione seruetur Regia Pragmatica.

GALEOTA REG. CARILLO REG. VALERO REG. CALA REG. SORIA REG.

Prouisum per S.E. Neap. die 19. Nouembris 1677.

Villanus.

Digitized by Google

Authoris Opera hucusque impressa.

IOannes Caluinus expugnatus.
Prima Parte de' Panegirici.
L'Aquila delle Scuole, ò vero Vita di Scotò.
Il Teatro dell'Amicitia, ristampato con l'aggiunta. Istoria Sacra.
Lo Sfortunato Felice Istoria morale.
La Giudea Desolata. Poema.
Specchio de' Gouernanti. Politica Christiana.
Pitture di Purità. Seconda Parte di Panegirici, per l'originale Innocenza della Gran Madre di Dio.

Opera imprimenda.

IRis Biblica.
Ioannes Caluinus expugnatus. Tomus posterior.
Iura Maternitatis Diuinæ. Opus Scolasticum de Priuilegijs Deiparæ.
Diece altri Tomi di Panegirici de Santi.
Teatro Euangelico. Quadragesimale.
L'Amazone Assira. Istoria Tomi due.
L'Oriente conquistato. Poema eroico.
Organo lirico. Poesie diuerse.
Bizzarrie d'ingegno. Discorsi Istorici.
Galleria di Passione. Sermoni dell' Eucaristia, e della Croce.
La Monarchia trionfata. Tragedia ideale Drammatica.
La libertà tiranneggiata. Tragicomedia ideale Drammatica.
La fortuna è de gli sciocchi. Comedia metrica.

Er.

Digitized by Google

Frater Ioseph Amatus de Massafra, Artium, & Sacræ Theologiæ Doctor, ac Vniuersi Ordinis Minorum Conuentualium Sancti Francisci Minister Generalis.

OPus, cui titulus est (*Caluinus Expugnatus*) editum à P. Magistro Antonio Masuccio, nostri eiusdem Ordinis Doctore Theologo; & ex nostra commissione approbatum à P. Magistro Bonauentura Durante Collegii Diui Laurentij Maioris Neapolis Regente, vigore præsentium licentiam concedimus, vt seruatis seruandis, imprimi possit. Dat. Romæ die 20. Aprilis 1677.

Frater Ioseph Amatus de Massafra Min. Gen.

F. Vincentius Mutius de Bergamo Secretarius, & Assistens Ordinis.

IOAN-

Digitized by Google

IOANNES CALVINVS EXPVGNATVS.

PRÆFATIO OPERIS.

CVM recentiorum Hæreticorum Archihæresiarcas, Ioanne Calvino Gallo ex origine, contra Solem Iustitiæ Christum, ac eius Sponsam Ecclesiam, nimis asperè, & impiè latrante, potius, quam canente, dogmaticum assumo certamen, Theologicam peto palæstram. Sanctæ meæ Matris Ecclesiæ, ac Christiferæ Fidei zelans honorem, seu puritatem (pro quibus, superna frætus ope, sanguinem, & non solum atramentum effunderem) assumo doctrinæ, sive Sapientiæ plumam, quæ per Castra Caluinistica, ac Lutherana volitando, cunctos horum Hæresiarcarum confodiat asseclas, sequaces confundat, commilitones expugnet, ac extremam inferat necem. Fidei Catholicæ Veritas est nimis acuminata sagitta, quæ propter illico suos hostes prosternet, nobilemque de eisdem obtinebit Palmam, ac semper. (A) Madianiticis viribus vndique Israeliticus Populus pressus iacebat; at Gedeon eiusdem Populi militaris Strategus, siue Militiæ Hæbreorum Præfectus, licet tot, tantisque se videret angustijs circumdatum, nihilominus firmiter se Diuino committens præsidio; ac constáter credens in Hæbreorum beneficio apud Ægyptum à Deo anteactis prodigijs, nec non mirabilibus in deserto patratis, opem, & ipse expectabat, è superis, vt sancto præditus munimine statim Madianitarum prosterneret Classem in frusta discerptam. Dum hæc apud se librabat Gedeon, ecce Angelicus Nuncius, coram fideli Duce sistendo, his verbis eum salutat. *Dominus tecum virorum fortissime*. Mirum certè, & verè mirum (amice Lector) vndequaque Gedeon seipsum intuebatur vallatum hostibus, ac triumphalibus armis, & his non obstantibus fortissimus nuncupatur ab ab Angelo? (B) Diuus Theodoretus admirationis reijcit causam, sic textum sexti capitis libri Iudicum

(A) *Iudicum cap. 6.*

(B) *Quæst. 12. in lib. Iudicum.*

Digitized by Google

eum exponendo. *Memoraret Gedeon mirabilium Dei, firmamque de Deo habebat opinionem, vnde meruit audire ab Angelo, vade in hac fortitudine tua, ideſt, in robore fidei huius, & vinces Madian.* Sic pariformiter video mihi accidiſſe; ipſe namque, licet imbecilli admodum munitus doctrina, ac ditatus ingenio, minus, quam opus eſt, ſtrenuũ, ac aptatum ad dogmaticam hanc pugnam cerno meipſum. Attamen hoc non obſtante, quia pro Veritate cum Hoſtibus bellum ſuſcipio, & pro tali cauſa certantibus imminens eſt ſupernum auxilium. Tum quia firmiter credo in Sanctam Catholicam Romanam (quæ eſt vera Doctrina) & veriſſimam Chriſtiferam Fidem, ſpero me infallibiliter, tali frætus Fide, talique armatus Sapientia, ac Veritate, eiuſdem Eccleſiæ, ac fidei Hoſtes victurum; quando quidem ſic dimicanti, Diuinũ, (vt dicebam) non poteſt adiumentum deeſſe. Sic ergo in robore Fidei huius, Lutheranus, ac Caluiniſticus Madianita pænè victi corruent, ac examines remanebunt; & Sanctæ Matris Eccleſiæ, in ipſorum aſſeclarum perſonis, adorabunt veſtigia, vt verificetur illud Iſaiæ Prophetæ, (A) *Venient ad te, qui detrahebant tibi, & adorabunt veſtigia pedum tuorum.* Hinc ponitur.

(A) Cap. 60.

CAPVT PRIMVM.

In quo reijcitur, ac confutatur, commune Hæreticorum axioma, nempe, quod ſtandum ſit in ſacra Scriptura puræ litteræ, ſeu Gramaticali ſignificationi.

Vniuerſale Hæreticorum fundamentum.

Prima confutatio Hæreticorum.

Littera ad Hominem Hæreticos convincit, & confutat.

COmmuniter Hæretici, tamquam pro certo, & indubitato, ac minis ſpecioſo fundamento (ad ſimplices, & rudes peruertendos) hoc præmittunt axioma, nimirum. *Verba diuina accipienda ſunt iuxta Grammatica nudam intelligentiam, ieaut nec liceat ei per Angelum, ne dum per hominem, vim vllam fieri, ne detur occaſio Aduerſarijs Scripturas eludendi.* Hoc candide Lector, eſt primum Hæreticorum principium in dogmatum Diſputationibus. Miror certè, cur ſine rubore hoc tam falſum, erroneum, & inſuſtentabile fundamentum ſtabiliant Lutherus, ac Caluinus, imo Hæretici omnes, cum ad hominem eiuſdem Scripturæ littera, tamquam fatuum hoc eorumdem aſſertum reijciat, & infringat? Audite Scripturæ Sacræ litterales profeſſores, & lectores, ſed minime Scripturam capientes, audite. Paulus Apoſtolus Doctor gentium; quem vos, tamquam textum Canonicum colitis, & habetis (ſicut etiam, & nos Catholici reuerenter accipimus) ſcribens ſecundam ad Corinthios Epiſtolam, capite tertio, talem veſtrũ errorem litteraliter refellens, ſic ad vos loquitur. *Deus idoneos nos fe-*

Digitized by Google

fecit Ministros noui testamenti; non littera (audite Aspides voluntarij) *sed spiritu; littera enim occidit, spiritus autem viuificat.* Hæc Paulus. Si igitur gentium Doctor ad litteram loquendo reijcit litteram, & ad interpretationem secundum spiritum docet recurrendum esse; ergo littera, per quam Hæretici præsumunt viuificare suum pæne labentem errorem, est illa quæ fatuitatem illorum interimit, & certè bene, quia littera occidit. Vlterius est aduertendum, quod dum aliquando littera Sacræ Scripturæ apparenter facit ad propositum, & corroborationem alicuius erroris ab aliquo Hæretico excogitati, vltro, ac libentissime litteram amplectuntur; sed quando postea textus sacer litteraliter Hæreticorum erroribus aduersatur, in isto casu ipsi nolunt se obligare nudæ, & puræ litteræ, sed varijs figmentis litteram sacrã interpretantur, & ad alios sensus recurrunt. Ergo vacillat eorum præmissum fundamentum de stando litteræ; ergo totum hæreticale corruit ædificium, cum Veritas vna sit, semper stabilis, æternaliterque firma. Exemplo me declaro. Arrius negabat æqualitatem filij cum Patre. Ad probandũ hunc errorem præfatus Hæresiarca adducit litteram textus Ioannis cap. quartodecimo, vbi Christus loquens de Patre dixit. *Pater maior me est.* Ecce minoritas Filij, inquit Arrius. Textus est ad litteram, vocitat impius. Sed quando Christus apud eumdem Ioannem cap. decimo antea dixerat. *Ego, & Pater vnum sumus*, contorquetur perfidus, & vociferatur; hic non standum esse litteræ, sed esse litteram, seu textum explicandum, nimirum. *Vnum sumus, similitudinarie, non realiter.* Sic quando idem Ioannes cap. primo inquit. *Deus erat Verbum*, exclamat Arrius. *Hæc Scriptura intelligitur, non litteraliter, sed mystice, scilicet, in figura Deitatis.*

Paulus infringit Hæreticorũ fundamentum.

Hæreticorum fraus, & malitia.

Confutatio secunda.

Error Arrij.

Ipsius malitia.

Sic Manicheus ad probandum suum errorem adducit textum eiusdẽ Ioannis citati cap. quartodecimo, qui in personam Christi loquens, sic ait. *Quot ante me venerunt, fures sunt, & latrones.* At quando contra eumdem Manicheum adducitur textus Ioannis cap. primo. *Verbum Caro factum est*, vociferatur impius; *Non standum esse litteræ, sed esse mystice interpretandum textum, nempe in similitudinem carnis.* Et sic discurrendum de cæteris Hæreticis. Igitur, si ipsi nolunt stare litteræ, sed confugiunt, quando ipsis placet, ad alios sensus, quam ad litteralem; ex Hæreticorum principijs deducitur esse erroneum eorumdem assertũ, & fundamentum; & quia non semper firmum, sed vacillans, falsum, & non verum extare, cum Veritas semper firmiter stet. Ergo non semper standum est litteræ, sed etiam Spiritui, cum littera persepè occidat,

Error Manichei.

Confutatio tertia.

Eodem modo noster Antagonista Caluinus, ipse ferè in omnibus suis erroribus amplectitur litteram; at in materia Sacramenti altaris (vt fusè dicetur suo loco) negat litteram; & vbi nos Catholici ad probandam veram existentiam Corporis, & sanguinis Christiferi sub speciebus Eucharisticis, adducimus textum Euangelistarum ad litteram, nempe. *Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus, &c.* vocitat Calvinus, non esse

Confutatio quarta.

Digitized by Google

Caluinus in verbis consecrationis reijcit literam sacri textus.

standum litterę, sed interpretationi, videlicet. *Hoc est figura corporis mei.* Ecce quomodo Hæretici, dum habent falsitatem pro Duce, sibi ipsis semper contradicunt; ergo tamquam falsarij, & seductores euitandi, & damnandi sunt; ergo non semper standum est litteræ, sed etiam interpretationibus Ecclesiæ, Concilijs, Sanctis Patribus, Traditionibus, & alijs sensibus eiusdem Scripturæ, quos fusè in eiusdem Scripturæ Concordantijs, in suo speciali Opusculo, post præsentem materiam alligato, explicabo.

Confutatio quinta.

Præterea, tali inuincibili argumento in Caluinum irruo, & in cæteros Hæreticos. Si omnino standum est litterali significationi sacri textus, quomodo saluabitur Christum Dominum non esse Realem Petram, Realem Vitem, Reale Ostium, Realem Pastorem, & cætera huiusmodi? Nã Christus dixit proprio ore, se fuisse Petram, Vitem, &c. Fuge Caluine, fugite Hæretici ab hac fouea, si potestis; ergo cogimini asserere non semper standum esse litteræ.

Confutatio sexta.

Vlterius, Psalmista in Cantione septuagesima secunda canit. *Vt iumentum factus sum apud te.* Fige pedes Caluine. Ergo Palestinæ Imperator, ac Dominus fuit verum, & reale iumentum? recede ab omnibus alijs Sacræ Scripturæ sensibus, teneris asserere Dauid fuisse vere Iumentum. At potius tale iumentum est Calvinus, qui hæc brutalia somniatur, & fingit.

Confutatio septima.

Plus vltra. In Psalmo octuagesimo quinto idem Propheta sic ait. *Homines, & iumenta saluabis Domine.* Ergo Caluine promiscuè saluantur Homines, & Bruta? ergo iumentorum anima rationalis erit? ergo anima sensitiua capax visionis beatæ? ergo Paradisus erit iumentis, Hominibus, & Angelis plenus? Vide Caluine, videte Hæretici cuncti, quot ridicula, & brutalia absurda ex vestris sequantur assertibus. Sed Paradisus ab Hæreticis iumentis præscriptus iuxta sensum litteralem textus, deberet esse eorumdem domicilium, scilicet, sicut animæ iumentorum transeunt in non esse, sic animæ Hæreticorum deberent in nihilũ transire post eorum corporũ interitum. Ergo non standum est semper sensui litterali, sed etiam ad alios sensus recurrendum, ne in tam periculosa absurda sub tali opinione, & brutalitate ruamus.

Confutatio octaua.

Progredior ad vlteriora. Data Caluinistica opinione de sensu litterali, tota Scriptura sacra corrueret; tota esset falsa; & quia à Deo dictata, Deus esset mendax; sed hoc totum negatur ab Hæreticis; ergo, & negare proprium tenentur assertum; sequela non solum probatur, sed est euidens. In Sacra Scriptura quam plura loca litteraliter sunt inter se contraria, & aliquando contradictoria; ergo Scriptura corruit, quia ex duabus propositionibus contrarijs, vna est vera, altera falsa. Si corruit falsa, corruit etiam vera, quia ambarum idem Dictator est; & falsus in vno, est falsus in omnibus. Sed Deus hanc Scripturam falsam dictauit. Ergo Deus est falsus, & mendax. Nonnè hæc omnia brutalia sunt, & tamen hæc sequerentur ex Caluinistico asserto? Ergo velut brutale reijciendum est Hæreticorum fundamen-

Dato Hæreticorum fundamento tota scriptura corrueret, & infinita alia absurdissima sequerẽtur

Digitized by Google

mentum. Assumptum est euidens. Esther cap. tertio decimo, & alibi. *Deus nuncupatur Rector Mundi*. At Paulus ad Ephesios cap. sexto vocat *Diabolum Mundi Rectorem*. Ecce vna contrarietas. Idem Paulus ibidem cap. primo, ac etiam est de fide, *Christum fuisse nostrum Redemptorem*. At idem Paulus ad Romanos cap. nono, asserit *futurum esse Redemptorem*. Ecce alia contrarietas. Mattei cap. vigesimo quinto legitur; *Electis esse paratum Regnum ab origine Mundi*. At Ioannis quarto decimo habetur. *Vado parare vobis locum*. Ecce contrarietas alia. Apud eumdem Joannem cap. tertio scriptum est. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non intrabit in Regnum Colorum*. At Lucæ vigesimo quinto, *Latro sine Baptismo intrauit*. Ecce contrarietas alia Apud citatum Ioannem cap. decimo octauo habetur. *Regnum meum non est ex hoc Mundo*. At in psalmo quadragesimo sexto canitur. *Rex omnis Terræ Deus*. Ecce contrarietas alia, & sic vlterius discurrendum. Si igitur standum est litterali significationi, allatæ Scripturæ, quomodo verificabuntur, dum vna est cum alia contraria? ergo multæ ex ipsis erunt falsæ. Ergo Deus mendax, qui illas reuelauit. Ergo tota debet corruere Scriptura, quia in ea falsitas reperitur. Vides nè Caluine, quam, & qualia enormissima absurda ex vestro sequantur fundamento? Ergo cogimini admittere, vltra sensum litteralem, alios in sacra Scriptura sensus, nempe moralem, mysticum, anagogicum, allegoricum, metaphoricum, Symbolicum, &c.

Contrarietates scripturæ non soluerentur, si standum esset soli litteræ.

Hoc igitur expugnato patenter fundamento Hæreticorum, facile erit totum Hæreticæ prauitatis ædificium destruere, & hac demolitione vniuersali firmata, libero pede singula hæreticalia dogmata in particulari incontrastabiliter confutantur, quia dirutis, & euulsis fundamentis, ex necessitate parietes super talibus fundamentis erecti debent corruere. Vnde, vt ad vlteriora procedamus ordinate ponitur.

CAPVT SECVNDVM.

In quo demonstratur, quæ nam sit vera Ecclesia Dei & hæc semper visibilis, inuisibilis nunquam.

Contra Calvinum lib. 4. instit. cap. 1. sect. 9. & cap. 4. sect. 10.

OMnes Hæreses confutantur, non solum Calvinistica, vel Lutherana, quando nos Catholici firmabimus, & inueniemus veram, & visibilem Ecclesiam, quæ non est alia, quam Catholica Romana. Hoc igitur iacto principali, imo vnico fundamento, & bene consolidato, omnes euanescunt hæreses, & errores; cuncti, & irrefragabiliter confunduntur Hæretici, ita vt eorum fabulæ, etiam rudioribus, & ipsis Infantibus innotescant. Inuenta visibili Ecclesia, si quæratur, num Sancti sint

Digitized by Google

Argumentum vniuersale ad omnes euincendos Hæreticos.

sint inuocandi? Num Defunctis debeantur, & possint proficuè applicari suffragia? Num imagines Sanctorum sint admittendæ? Num detur liberum arbitrium? Num sola Fides, sine operibus sit sufficiens ad iustificandum hominem? Num detur Purgatorium? Num reperiatur Primatus supremus in Ecclesia? Num inueniantur Indulgentiæ? Num detur intercessio Sanctorum? Num vltra Baptismum dentur in Ecclesia alia sacramenta? & sic discurrendo de cæteris dogmatibus, & controuersijs. Inuenta (repeto) vera, visibilique Ecclesia, omnia statim firmantur, nam recurrendo ad determinationem Ecclesiæ, videndo, scilicet, quid Ecclesia de huiusmodi sentiat articulis, statim ita debemus sentire, & ita confiteri fas erit ab omnibus Christi Fidelibus.

Ecclesia vna est, & quæ vna est, vera est.

Vnam debere esse Ecclesiam nemo negabit. Si vna est, ergo vera est, Veritas enim, & Vnitas eiusdem Entis sunt Modi. Vna igitur est Ecclesia, prout legitur canticorum sexto. *Vna est Sponsa mea; vna est Columba mea.* Dicitur Sponsa, ob fidem à Christo Sponso Ecclesiæ iuratã. Dicitur Columba, ob suam puritatem; nam sicut in Columba non reperitur fraus, neque dolus, sed tota puritas, & simplicitas est; sic & Ecclesia. Similiter Ephesiorum tertio legitur. *Hoc Sacramentum magnum est in Christo, & Ecclesia*; non dicit *in Ecclesijs*, sed, *in Ecclesia*. Præterea Psalmo vigesimo primo canitur. *Eripe de manu canis vnicam meam*, non meas. Sic etiam prima ad Corinthios cap. 10. inquit idem Paulus. *Neque autem dicat aliquis, ego sum Pauli, ego sum Cephæ*, quia vna est, non multiplex Ecclesia. Etiam motiuo rationis debemus nobis suadere vnitatem Ecclesiæ, vltra authoritates adductas sacri textus, Symboli Apostolici, & Concilij primi Niceni; quia si plures essent Ecclesiæ (loquor de Ecclesia Vniuersali) vel idem docerent circa idem, vel docerent diuersa circa idem? Si idem docerent; ergo omnes essent vna Ecclesia, vnaque Doctrina, cuius esset definire, &c. & sic habeo intentum, quia talis est Ecclesia Catholica Romana. Vel docerent diuersa circa idem, & aliquando etiam opposita, & sic non essent veræ Ecclesiæ, quia Ecclesia debet docere verum, & non falsum; & oppositarum propositionum, vel discordantium secundum idem, vna debet esse vera, altera falsa. Quod si falsa, ei non assistetur à Deo, quia Deus fidelissimus, & veracissimus est; ergo non possunt admitti plures Ecclesiæ Vniversales, cum non possit effugi falsitas, & confusio, quæ Ecclesiæ Dei repugnant; & vnus vnius Ecclesiæ existimaret, & crederet aliam esse falsam, & sic non posset Veritas haberi, quæ vna, non multiplex est.

Argumentum efficax probans vnitatem Ecclesiæ vniuersalis.

Vna igitur debet esse, & est Ecclesia Dei, extra quã nemo saluari potest, nec Christianus verè dici valet. Vndè Augustinus sic ad propositum nobis scriptum reliquit. (A) *Quisquis ille est, & qualiscumque ille est, Christianus non est, qui in Ecclesia Christi non est*; qui cum sit Caput Ecclesiæ, & nos membra eius debemus esse; qua propter subdit ibidem præfatus Augustinus. *Habere Caput Christum nemo poterit, nisi qui in eius corpore fuerit, quod est Ecclesia.* Hanc debet in matrem agnoscere, qui Deum in Patrem exoptat habere, vnde scripsit Sanctus Cyprianus. (B) *Non habebit*

(A) *De vnitate Ecclesia cap. 16.*

(B) *De simp. Prælatorum,*

Digitized by Google

bebit Deum Patrem, qui Ecclesiam noluerit habere Matrem; & consequeter, nec veram, æternamq; salutem obtinebit, qui ab hac Ecclesia recedit. Inuenta igitur hac vna Ecclesia, irrefragabiliter conuincitur omnes alias Ecclesias conuenticula seditiosorum, errorum lycea, meschitas Dæmonum, lupanaria vitiorum, ac synagogas infernales extare potius, quam Ecclesiarum gaudere venerabili titulo.

Ad inueniendam igitur hanc vnam, veramque Christi Ecclesiam, hoc opus, (sed in ordine ad Hæreticos) hic labor est. At ad eam inueniendam tria sunt a nobis diligenter indaganda. Primum, quid sit, seu quid denotet Christi Ecclesia? Secundum, num Ecclesia Christifera, sit, vel possit esse inuisibilis, ita vt discerni nequeat? Tertium, quæ nam inter tot, quæ Christi Ecclesiæ nuncupantur, sint infallibilia signa ad talem agnoscendam Christi Sponsam Ecclesiam?

Non sumimus hic Ecclesiam pro aliquo Templo, seu materiali ædificio, sed iuxta Græcam etymologiam, accipimus Ecclesiam pro hominum Congregatione in aliquo, seu sub aliquo Capite congregata; quo supposito, dicimus primo loco, Christi Ecclesiam, esse, & significare illam hominum vnionem, quæ coniuncta est, & Christo alligata. Sed quod nam sit istud vinculum, quo homines, seu fideles Christo iunguntur, & quod Ecclesiam Christo vnit? variæ extant opiniones. Hæretici Anabaptistæ asserunt Iustitiam sanctificantem esse istud vinculum, quo Homines Christo iunguntur, & per consequens solum iustos, & in Dei Gratia constitutos hanc constituere Ecclesiam; adeo quod statim, ac peccat Homo mortaliter, ex eo, quia amittit Gratiam, & Iustitiam, ex Ecclesia Christi egreditur, nec dicitur membrum eius. Secunda est opinio Caluini asserentis, secretam Dei nostrum electionem esse huiusmodi vinculum, & sic vult Caluinus, finaliter prædestinatos hanc Christi Ecclesiam constituere; adeo quod, qui modo est iustus, & postea finaliter decidit, non est Christiferæ Ecclesiæ membrum. At nos Catholici, relinquendo Hæreticis suas erroneas doctrinas, dicimus hoc vinculum, per quod coniungimur Christo, esse eiusdem Christi, & in ipsummet Christum Fidem. Et sic cõtra Anabaptistas, & Caluinum asserimus, omnes, aut sint Electi, vel nõ, dummodo Christi fidem retineant, & omnia, quæ debent credere fideliter credant, esse Christi membra, & Christo coniuncta, & sic tunc ab hac vnione, & Congregatione recedimus, quando à Fide ad Infidelitatem nos metipsos conuertimus.

Vinculũ, quod fideles in Ecclesia Christi colligat, quod nã sit?

Opinio, seu error Anabaptistarum.

Opinio, & error Caluini.

Sententia vera Catholicorum.

Duo sunt vincula in Christo, quibus ipse homines ligat. Vnum est cõfirmatæ, & irreuocabilis iustitiæ, siue iustificationis, & hoc vinculo sunt alligati Electi in Patria, quæ dicitur Ecclesia triumphans, seu triumphantium. Alterum est vinculum Fidei, quo Christo ligamur; & hoc vinculo sunt Viatores adstricti, qui constituunt alteram Ecclesiam, quæ appellatur Militans, seu militantium. De hac igitur Ecclesia nos loquimur in præsenti. Hæc doctrina variis Sacræ Scripturæ locis comprobatur. Est enim Ecclesia per illam Vineam significata, quæ vuas produxit, & labruscas, apud Mat. cap. tertio decimo. Per Sagenam ex omni genere piscium

Ecclesia triumphans, & militans, quæ nã sint.

quam

Digitized by Google

quam plenam, apud eumdem Euangeliſtam ibidem. Per Agrum habentem frumentum, & zizania, apud Lucam cap. tertio. Per Virgines prudentes, & fatuas, apud præfatum Matthæum cap. vigeſimo quinto. Et tandem per Sponſam formoſam, & nigram in Canticis cap. primo. Ex quibus teſtibus colligitur contra Anabaptiſtas, quod uſque ad noviſſimũ diem Eccleſia Chriſtifera Militans conſtituitur ex Electis, & Reprobis; ex Iuſtis, & Iniuſtis. Quod confirmatur ex textu Pauli prima Corinthiorum cap. primo, Nam tempore ipſius Apoſtoli in Corinthiaca Fidelium Congregatione aderant rixæ, & contentiones; carnalitates, & ſenſualitates; imo ibidem cap. tertio, quinto, & ſexto, tales fornificationes, quales, nec inter gentes, fraudes, & iniuriæ, & plura, ac plura peccata reperiebantur apud fideles Corinthios, & nihilominus illa erat verè Eccleſia; ſi quidem initium Epiſtolæ prædictæ tale eſt. *Eccleſia Dei, quæ eſt Corinthi.* Ergo conuincuntur Anabaptiſtæ, Eccleſiam non ſolum Electorum, ſed etiam Peccatorum, ac Reproborum integrari vnione. Idem ſcribit ad Galatas cap. primo his verbis. *Paulus, & qui mecum ſunt fratres, Eccleſijs Galatiæ*; & tamen inter Galatas multi peccatores extabant. Similiter Apocalypſis cap. primo ſic legitur. *Ioannes Apoſtolus ſeptem Eccleſijs, quæ ſunt in Aſia*; & tamen ibi, oh quot Peccatores reperiebantur? quandoquidem ex eodem Ioanne Epiſtola prima, cap. primo auribus Anabaptiſticis reſonat. *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos metipſos ſeducimus.* Ergo ſomniant Anabaptiſtæ ad ſolos Electos reducendo Eccleſiam; imo inter ſeipſos Hæreticos Chriſti Eccleſiam collocando. Secundo eos ſic confundo. Forſitan Anabaptiſtæ ſciunt ſe eſſe de numero Electorum, cum ſcriptum habeamus Eccleſiaſtici cap. nono. *Nemo ſcit vtrum odio, vel Amore dignus ſit?* minimè quidem. Cur ergo inter ipſos Anabaptiſtas ſitam eſſe Chriſtiferam Eccleſiam ſic fatue aſſerunt? Vlterius ſic eos conuinco. Nonnè in Eccleſia ficta Anabaptiſtarum, & à ſingulis eorum quotidie Oratio Dominicalis ad Deum exprimitur? vtique. Quid inter cæteras præces hæc Oratio continet? dicam ego; *Dimitte nobis debita noſtra.* Quæ ſunt iſta (rogo Adverſarios) erga Deum Hominum debita, niſi peccata, & offenſæ Deo ab Hominibus illatæ? Ergo ipſi Anabaptiſtæ non ſunt Electi; vel ad minus neſciunt ſe Electos eſſe, dum confitentur propriis oribus ſe peccatores eſſe. Ergo inter eos non eſt huiuſmodi Eccleſia; vel Eccleſia nõ conſtat ex ſolis Electis. Præterea ſic diſcurro. Anabaptiſtæ credunt remiſſionem peccatorum in Symbolo Fidei expreſſam; ergo inter ipſos inueniuntur peccata remittenda; ergo dum peccata permanent euaneſcit eorum Eccleſia; ſed Chriſtus cum Eccleſia militante erit vſque ad ſeculi conſumationem, teſte Matthæo cap. vigeſimo octauo; ergo fictitia eſt Anabaptiſtarum Eccleſia, & chimericum illud Iuſtitiæ vinculum ab ipſis excogitatum. Vlterius ſic argumentor. Anabaptiſtæ aſſerunt ſe peccatum non habere; ſed aſſerentes peccatum non habere peccatum faciunt, ex Ioanne citato Epiſtola prima cap. primo; ergo Anabaptiſtæ hoc aſſerentes ſemper ſũt in peccato. Sed inter peccatores non moratur Chriſti vinculum per ipſos

Confutatio prima Anabaptiſtarum.

Confutatio ſecunda.

Confutatio tertia.

Confutatio quarta.

Confutatio quinta.

Digitized by Google

fos. Ergo, nec Ecclesia inter Anabaptistas reperitur; vel Ecclesia ex solis Electis minimè constat. Vel ad maiorem Anabaptistarum confutationem, sic strictè (reassumendo quę dicta sunt) argumentor. Vel Anabaptista habet peccatum, vel non? si habet, ergo non est de gremio Ecclesiæ. Si non habet, Ioannes Apostolus conuincit eum habere peccatum; ergo quouis modo dicat extra sinum Ecclesiæ reperitur.

Ex dictis, igitur Concilium Tridentinum sessione sexta cõcludit, quod vinculum Christi, est eiusdem Fides, quæ ipsi Christo Fideles coniungit. hæc sunt præfati Concilij verba formalia. *Si quis dixerit eum, qui Fidem sine Charitate habet, non esse Christianum, anathema sit.* Anabaptistarum errorem, veluti falsissimum, idem Caluinus confutauit, & benè in tali confutatione se gessit, quia verum dicebat, & veritatem sustentabat.

Error Caluini cap. 1. sect. 7. 8. & 9.

Sed postea idem Caluinus suam adducendo sententiam, in aliam insaniam prolapsus est; nempe Ecclesiam constitui ex solis à Deo Prædestinatis. Docet namque Caluinus duas reperiri Ecclesias. Vnam constare ex omnibus Prædestinatis, tam in Cælo, quam in Terris existentibus, asserit; alteram integratam ex Prædestinatis in terra morantibus, & ex Reprobis in via permanentibus, sustinet. Sed quia cæcus in tenebris ambulat semper, Caluinus confundit Ecclesiam Triumphantem, & Militantem, iam à nobis paulò ante distinctas, & affirmat ambas Ecclesias esse Vnam. Postea immemor suæ confusæ assertionis, affirmat illam Ecclesiam, quam nos Militantem appellamus, integrari ex illis terrenis Prædestinatis (quos cum Beatis coniunxerat.) & Reprobis in terris morantibus. Et sic eiusdem Ecclesiæ (nempe Triumphantis) dimidium est in Cælo, & dimidium est in Terra; ac pariformiter totum Corpus Ecclesiæ Militantis est in terra, & dimidium tamen Ecclesiæ Triumphantis comprehendit; & sic Viatores Prædestinati per Caluinum, licet in terris viuant, adhuc sunt simul, & semel in duabus Ecclesijs; quapropter eadem Ecclesia Triumphans est viuorum, & mortuorum; & Ecclesia Militans etiam est tota viuentium, & tamen medietatem mortuorum comprehendit. Intuere Lector Hæreticorum confusionem, quando Veritati aduersantur, & falsitatem tueri fatuè præsumunt.

Caluinus confundit Ecclesiæ Triumphantem cum Militante.

Sed hic accipe Caluini contradictionem, consuetam ijs, qui veritatẽ oppugnant. Caluinus igitur impugnando Anabaptistas affirmat in Ecclesia plures posse peccatores inueniri, & de facto inueniuntur; Attamẽ vir in hoc prorupit, quod videns etiam Catholicos hoc asserere, vt istis contradiceret, statim retrocessit ab affirmatis, & ad negationem suarum præmissarũ se voluens, negat in vera Christi Ecclesia Homines posse nominari peccatores. Hæc sunt Caluini priora verba formalia contra Anabaptistas prolata. *In hac Ecclesia plurimi sunt Hypocritæ; plurimi ambitiosi, auari, inuidi, maledici, &c.* Hucusque benè contra Anabaptistas. At sectione nona, audi quid subiungat. *Tales suffragio nostro non approbamus esse Ecclesiæ membra.* Imo in eadem linea præmittit *aliquos in-*

Confutatur Caluini error.

Eius contradictio.

Lib. 4. inst. cap. 1. sect. 7.

Digitized by Google

dignos in Christi Corpore toleremus, &c. Nonnè ridiculosus est hic Caluini scribendi modus, ac formula pro patrocinanda sua doctrina? sed hoc proprium est illorum, qui Veritati aduersantur, nunquam, scilicet sibi ipsis conscios esse, & constantes; quia enim phreneticantur, necesse est, vt irrumpant in deliria. At contra Caluinum facit idem Ioannis, & Pauli Apostolorum, nuper adductum argumentum contra Anabaptistas. Hi namque Apostoli testantur in Ecclesia peccatores inueniri; ergo falsò scribit Caluinus, *tales non esse Ecclesiæ membra*; nisi super tales Apostolos Dei Spiritu se magis præditum faciat.

Sectatores Caluini conantur conciliare præceptoris cõtradictionem, sed confutantur.

At Caluini asseclæ hanc expressam Magistri contradictionem intuentes, ægrè ferentes Præceptorem de falsitate, & contradictione conuinci, conati sunt contradictionem præfatam concordare, ponentes sequẽtem distinctionem, nempe, verum esse Peccatores existere in Corpore Ecclesiæ; sed negare Caluinus tantum huiusmodi Peccatores Ecclesiæ membra fore. At frustra ad hanc ridiculam distinctionem recurrunt; nihil enim est in corpore, quod non sit corporis membrum, nisi tantum cibus, humores, fæces, & cætera huiusmodi. Vel si Ecclesiæ Fidei credunt, & membra non sunt Ecclesiæ, erunt forsitan Congregationis Mahometicæ, vel Paganorum? Sunt igitur Peccatores in Ecclesia, & de eius gremio, vt præfati Apostoli testantur. Ergo semper euincitur de falsitate Caluinus, dum sibi ipsi tam euidenter contradicit.

Confutatio secunda.

Præterea, si Ecclesia consisteret in Prædestinatorum copiosa Congregatione, sequeretur, neminem scire, vbi nam Ecclesia foret; & sic incognita, & inuisibilis remaneret, quo dato, in dubijs Fidei nesciremus, cui, & quò recurrendum esset. At hoc est absurdissimum affirmare; ergo falsa Caluini opinio. Sequela est euidens, quia vt supra diximus cum Ecclesiastico citato. *Nemo scit, an odio, vel amore dignus sit.* Igitur cum ignorentur Prædestinati, ex quibus Ecclesia constaret, esset ignota, & inuisibilis Christi Ecclesia. Vim huius argumenti agnoscens Caluinus, vt eam effugeret, in nouam incidit contradictionem, nam loco nuper citato, concedit visibilem Ecclesiam sub his verbis *De Ecclesia visibili, quæ sub cognitionem nostram cadit.* Quodque in Epistola ad Regem Galliæ (quæ immediatè suam antecedit institutionem) expressè negat his alijs notis. *Nos asserimus Ecclesiam nullæ apparente forma constare*; & quãuis à Caluinisticis Sectatoribus, vt hanc euidentem soluant contradictionem defendatur, quod prima vice, seu loco, Caluinus loquatur regulariter, & in hoc sensu Ecclesia semper est visibilis. At secunda vice loquitur extra regulam consuetam, nimirum, quod Deus ob nostra peccata nobis suam occultat Ecclesiam; Verum hæc Caluinistarum explicatio reijcitur sic. Si Ecclesia integratur ex multitudine occultorum Prædestinatorum; ergo regulariter semper est inuisibilis, contra Caluinum, & sequacium explicationem. Tum quia Caluinus ad probandum suum fabulosum assertum, nec rationes, nec authoritates adducit; ergo gratis hanc fabulam opinatur. Tum quia, Oseæ cap. secundo, Christus desponsauit in Fide suam Ecclesiam; ergo numquam visibiliter potest Ec-

Alia Caluini contradictio.

Caluinistæ interpretantur Magistrum, sed confutantur.

Confutatur secundo.

Confutatur tertio.

clesia

Digitized by Google

cleſia occultari; quia Fides rueret, non habendo cui crederet, nec quod crederet, ob magiſtræ Veritatis abſentiam. Tum quia multis, ac multis Sacræ Scripturæ locis conſtat, ſemper viſibilem Dei Eccleſiam eſſe, Nã Pſal. decimo octauo dicitur. *In ſole poſuit Tabernaculum ſuum*; hoc Tabernaculum eſt Eccleſia. Ergo ad inſtar Solis ſemper eſt viſibilis, ſemper clara. Negant Caluiniſtæ hanc myſticam locutionem Prophetæ, ſed eam ſic probo. Hic textus non poteſt ſenſum habere litteralem; ergo myſticum. Probatur aſſumptum. Tabernaculum Dei litteraliter, & phyſicè eſt in Cælo Empyreo, vt omnes fatentur, & Scriptura docet Apocalyp. cap. 21. Ciuitas in quadro poſita eſt, & Sphæra Solis circularis eſt. Ergo ſi tale Tabernaculum litteraliter non eſt in Sole, eſt recurrẽdum ad Tabernaculum myſticum, quod eſt Eccleſia. Per hoc argumẽtum conuincitur etiam Caluinus, quod non ſemper ſtandum ſit litterali ſignificationi, cum in hoc caſu non poſſit vllo modo textus ſacer litteraliter verificari. At Auguſtinus hunc textum ad noſtrum propoſitum clariſimè explicat his verbis. (A) *In Sole poſuit Tabernaculum ſuum, ſcilicet, in manifeſto, Tabernaculum eius Eccleſia eius*. Tum quia Danielis cap. ſecundo legitur. *Factus eſt Mons magnus, ita vt impleret Vniuerſam faciem Terræ*. Mons iſte Eccleſia Militans; eſt; quomodo ergo Mons iſte tam magnus potuit occultari? Per quem Montem intelligit Auguſtinus (ſuper præfatum locum Danielis) Eccleſiam, quæ Mons myſticus eſt, his alis verbis. *Mons eſt Eccleſia: quid amplius dicturus ſum, quam cæcos, qui tam magnum montem non vident?* Tum quia Matthæi cap. quinto dicitur. *Non poteſt Ciuitas abſcondi ſupra Montem poſita*. Quem textum ſic explicat idem Auguſtinus. (B) *Eccleſia vera neminẽ poteſt latere, vnde eſt illud, non poteſt Ciuitas abſcondi*. Et multæ, ac multæ aliæ poſſent authoritates adduci ad euincendum Caluinum, quas breuitatis motiuo omitto; ſed tantummodo illam adducam, quæ apud Matthæum cap. decimo octauo legitur, vbi Chriſtus loquens de ijs, qui correctioni fraternæ ceruicosè reſiſtunt, præcipit tales Eccleſiæ corpori denunciari his verbis. *Dic Eccleſiæ*; tunc ſic argumentor. Si caſus aduenirẽt, quando Eccleſia foret occulta, cui denunciaretur huiuſmodi impœnitens, & ſcandaloſus? nemini certè, quia non adeſſet Eccleſia. Ergo fruſtra Chriſtus hoc præcepiſſet, cum Caſus ſit facillimè futurus; ergo Chriſtus ſuppoſuiſſet falſum, nempe Eccleſiam ſemper viſibilem exiſtere. Vel fuiſſet mendax iniungendo rem frequentem, quæ aliquando non poſſet, ob defectum Chriſti adimpleri, cum ipſe foret, qui Eccleſiam in iſto caſu occultaret.

Confutatur quarto.

(A) *Tom. 9. in Epiſt. Ioannis tract. 2.*

(B) *De vnitate Eccleſiæ c. 14.*

Confutatur quinto.

Sed tempus eſt vt contra Caluinum retorqueamus argumentum ipſum interrogando, ſi Eccleſia regulariter ſemper eſt viſibilis, vbi nam erat Eccleſia Caluiniſtica, antequam Caluinus hanc Mundi lucem aſpiceret? Si erat incognita ante Caluini natiuitatem; ergo à Reſurrectione Chriſti, vſque ad Caluini tempora, non fuit viſibilis Eccleſia, & ſic fideles ſemper decepti, ſemper in erroribus vixerunt, quod eſt contra Chriſti promiſſa dicentis. *Ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem*

Retorquetur Caluini argumentum.

Digitized by Google

Absurda quæ sequuntur ex Caluini errore.

Expugnatur Caluinus inuincibiliter.

Hæc argumenta etiam Lutherum, & omnes alios Hæreticos conuincũt

Correlarium ex dictis.

seculi. Contra Apostolos, qui Ecclesiam habebant, & Ecclesijs scribebant; & infinita alia sequerentur absurda, & primò contra Caluinum, à Christi morte, vsque ad Caluini tempus neminem fuisse prædestinatum, quia nulla aderat Ecclesia, & sic nec Apostoli fuerunt prædestinati, quod non concederet Caluinus, & non minus impium, quàm ridiculum esset hoc asserere. Vel si aderat Ecclesia, iam non aderat Ecclesia Caluinistica, & tamen si existebat Ecclesia, erat ex multitudine Prædestinatorum integrata. Ergo Caluinistæ sunt omnes reprobi, quia tali Ecclesiæ adueršantur, quia talis de gremio non sunt Ecclesiæ. Hæc consequentia patet, quia illi Prædestinati ante Caluinum, oppositum sentiebant, & docebant, ac Caluinus docuit, & effinxit, & tamen fuerunt Prædestinati; ergo Caluinistę sunt reprobi, & non de gremio Ecclesiæ: Quod si ante Caluinum aderat Ecclesia, hæc Ecclesia non erat Paganorum, non Turcarum, vt ipse concedit; non Hæreticorum ipsi Caluino oppositorum, vt ipse tenetur admittere. Ergo erat Catholica Romana quæ post Christi mortem à Petro, vsque ad præsentem Summum Pontificem Innocentium Vndecimum (sub cuius pastorali cura hæc scribo) descendit per legitimos Successores, vt fusè in proprio capite de primatu Ecclesiæ dicemus. At si Caluinus interrogabit Catholicos, tali tempore vbi erat Ecclesia? statim Catholici respondebunt; tali tempore erat Ecclesia inter Fideles Christiferæ Fidei vinculo alligatos. Caput ipsius Ecclesiæ erat N. Summus Pontifex. Membra erant. N. N. Episcopi, Doctores, Fideles, &c. Præfata argumenta, amice lector, contra quoscumque alios Hæreticos etiam inuincibiliter militant.

Ex his omnibus igitur apertè colligitur contra Anabaptistas, & Caluinistas Vnam esse Ecclesiam, nempe Catholicam Romanam; visibilem, non inuisibilem; Fidei vinculo coadunatam, non Iustitia, vel Charitate, vel Electione. Duplicem esse Ecclesiam, Militantem scilicet, & Triumphantem. Primam ex solis Hominibus Viatoribus Christi Fide coniunctis constare. Secundam ex solis Electis, in Iustitia, Gratia, ac Charitate confirmatis, integrari.

CA-

Digitized by Google

CAPVT TERTIVM.

De Signis, quibus infallibiliter cognoscitur, quæ nam sit vera Ecclesia.

INuenta (vt supra dicebamus) vera Ecclesia, cuncta Fidei consolidantur dogmata. Iam probatum est dari Ecclesiam, quæ est Fidelium Cõgregatio, in Fidei vinculo coadunata. Nunc est controuersia, quæ nam sit vera Ecclesia? Catholicorum, scilicet, an Caluinistica, an Lutherana, vel alia quæcumque ab Ecclesia Romana? Vt veritatem igitur Ecclesiæ inueniamus, necesse est ad signa infallibilia recurrere, quæ signa talem nobis patefaciant Ecclesiam. Conatur Caluinus (ne sua in reliquis appareat perfidia, vel falsitas) Ecclesiam de medio tollere, scit enim, quod ea inuenta, omnium nostrarum controuersiarum iam competens, & directus Iudex est inuentus, qui poterit, & Hæreticos damnare, & Fideles laureare. In locis igitur supracitatis talibus vlulatibus vociferatur. *Sic deformatur Ecclesia, vt nulla species emineat. Ecclesia deformis latet, nulla ex parte fulget; notabilem eius formam aliquando non inuenimus. Deus Ecclesiæ notitiam aufert, altis tenebris immergit, nulla Ecclesia facies extat; in medijs tenebris seruat, Ecclesiam seruat in latebris.* Omnia hæc sunt Caluini verba, quibus euidenter apparet, quantum interfit in nostris controuersijs veram Ecclesiam inuenisse. In primis, si vera sunt Caluinistica dicta, quomodo saluabuntur verba Christi Petro sic loquentis. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam?* Si super Petram ædificata est Ecclesia à Christo, quomodo hæc Ecclesia inuisibilis erit? alibi dicitur; *Petra autem erat Christus*, nempe fundamentum Ecclesiæ, & Fidei Christianæ; igitur, quomodo visibilis Ecclesia, si alibi legimus, (A) *Christus manet in æternum?* Si Christus loquitur in futuro, *ædificabo Ecclesiam meam*; quomodo igitur futura Ecclesia inuisibilis erit? Si Paulus, Ioannes, & alij Apostoli explicitè diuersis particularibus scribunt Ecclesijs, & in actibus Apostolorum pluries inuenitur sensibilis Ecclesia, quomodo Caluinus asserit in terris esse inuisibilem Dei Ecclesiam? Si Caluinus negat ecclesiam Dei visibilem esse, cur asserit suam ecclesiam Caluinisticam solum veram esse ecclesiam? ergo visibilis est. Vel si est inuisibilis ecclesia, quomodo Caluinisticam Synagogam ecclesiã esse dicit? Si nescit suam esse ecclesiã, ergo cogitur asserere se, & suos sequaces in tenebris ambulare, & sic semper Hæretici, semper damnati. Præterea omnes Hæretici fatentur propriam cuiusque Sectam, veram, & solam Dei ecclesiam esse; sed omnes istæ Sectæ visibiles, & sensibiles sunt; ergo visibilis est ecclesia. Quod si Caluinus

Caluini verba, & fatuitates.

Variis argumentis confutatur Caluinus.

(A) *Ioannis c. 12.*

Digitized by Google

immemor sui ipsius, solita temeritate, ac contradictione velit asserere, nullam, & nullibi, neque in Caluinistica Secta, Ecclesiam inueniri; ergo totus Mundus erit Atheista (quod non concedit Caluinus) quia sine vnitate legis, & cognitione Veritatis, ac Deitatis viuit, nec præcepta obseruanda habet. Sed hæc sunt deliria, & fatuitates, quæ tantum ex ore Caluini egredi possunt.

(A) *Caluini opinio de signis agnoscendi veram Ecclesiam, in Epistola ad Regem Gallie.*

Necessarium est ergo affirmare, quod Ecclesia visibilis verè reperiatur, sed quomodo cognoscenda, siue quibus signis infallibilibus, audiamus Caluinum quid ad hæc respondeat. Ecce Protohæresiarchæ responsio. (A) *Ecclesia forma notis hisce continetur, nempe pura Verbi Dei predicatione, & legitima Sacramentorum administratione*; & alibi subdit (B) *Vbicumque Dei Verbum sincerè predicari, atque audiri; Vbi Sacramenta ex Christi instituto administrari videmus, illic esse Dei Ecclesiã nullo modo ambigendũ est*; & paulò infra addit. (C) *Symbola Ecclesia dignoscendæ, Verbi Dei predicationem, Sacramentorumque obseruationem posuimus, &c.* Itaque per Caluinum, signa cognoscendi veram Ecclesiam, sunt puritas prædicationis Verbi Diuini, & Sacramentorum ministratio. At hæc Caluini doctrina vitiosissima est, & circularis, vt simplices decipiat, petit enim expresse principium, quod sic ostendo. Vbi est vera doctrina, ibi vera est Ecclesia; sed quomodo cognoscemus, quod hæc, vel illa sit vera Doctrina? Respondebit Caluinus, quia ibi est vera Ecclesia, quæ talem docet Doctrinam. Sed redarguo Caluinum, & iterum peto, quomodo cognoscam, quod illa sit vera Ecclesia? quibus rationibus probabitur illam esse veram Ecclesiam? Respondebit Caluinus, quia talis Ecclesia veram docet Doctrinam. Sed quis non videt hunc terminorum vitiosum circulum, & puerilem principij petitionem? Hæc responsio eadem esset, ac ista alia, nempe si peterem, vbi sita est Ciuitas Neapolitana? & mihi responderetur, vbi residet Prorex Neapolis. Tunc si iterum peterem, vbi residet Prorex Neapolis, & mihi Responderetur in Ciuitate Neapolis; nonnè hæc responsio circularis esset, & peteret principium? vtique certè. Sic Caluinus dat veram doctrinam pro signo veræ Ecclesiæ, assignando pro ratione id, quod quæritur, scilicet, quæ nam sit Ecclesia, quæ hanc veram docet doctrinam. Ergo vitiosus est, & circularis Caluinisticus discursus. At non sine doloso artificio sic Caluinus discurrit, vult enim occultare Iudicem sui erroris, nempe veram Ecclesiam, ideoque ad petitionem principij, ad circulum, & ad idem per idem recurrit. Vnde Dauidicum illud adagium psalmi vndecimi; verè de Caluino, & omnibus Hæreticis verificatur, *in circuitu Impij ambulant*; vel illud Ezechielis cap. primo. *Erat Rota in medio Rotæ, & Spiritus vitæ erat in Rotis.*

(B) *Et lib. 4. instit. cap. 1. sect. 9.*

(C) *Et sect. 10.*

Caluini doctrina vitiosa est, & petit principium.

Caluini dolus.

Vlterius coarcto Caluinum, sic argumentando. Lutherus, & reliqui Hæretici singuli fatentur in propria Secta, seu potius Synagoga veram reperiri Ecclesiam. Volo, quod Caluinus istos Sectarios euincat, vt confiteantur Caluinisticum Conciliabulum esse veram Ecclesiam. Quæro a Caluino, nũ isti sui Aduersarij conuinceatur, sic contra eos arguendo. In

EC-

Digitized by Google

ecclesia Caluiniſtica eſt vera Doctrina; ergo reperitur vera ecclesia. Negabunt certè antecedens Oppoſitores. Probetur à Caluino tali pacto. Ecclesia Caluiniſtica eſt vera ecclesia; igitur in ea eſt vera Doctrina. Ecce quomodo ad talem argumentationem in riſum irrumperent Aduerſantes, quia eſt principij petitio expreſſa. Ergo ad alia ſigna recurrendum eſt, quæ veritatem ecclesiæ ſtabiliant, ac probent. Quod ſi Caluinus dicat, omnes Hæreticos vnam conflare ecclesiam, nempè euangelicorum, diſplicebit certè ſibi hoc aſſeruiſſe, nam varia, imo contraria ſunt dogmata iſtius, & illius Sectæ; ergo inter ipſas non exiſtit Veritas; ergo neque Vnitas, & tamen iam ſolidauimus Vnam eſſe ecclesiam Chriſti. Omnes Sectæ aſſerunt ſingulæ in ſeipſis veram habere doctrinam, nec certè euinci poſſunt producendo circularem Caluini ridiculam argumentionem.

Argumentum Caluini excitatriſum.

Quod ſi reſpondeat Caluinus veram doctrinam ex Sacris Scripturis, quibus debet conformari, nobis innoteſcere; ecce noua petitio principij, circulus nouus; hanc reſponſionem igitur ſic reijcio. Supponatur, quod de aliqua Scriptura oriatur dubium, quomodo ſcilicet erit intelligenda, vel interpretanda; quis hanc quæſtionem, vel dubium poterit decidere, ſeu determinare, niſi ſolum ecclesia? & tunc quæro, vbi eſt vera ecclesia? ſi Reſpondeatur; vbi eſt vera Doctrina; iterum quæro, vbi eſt vera doctrina? & ſic ſemper in circuitu impius ambulat. At dato, quod ei concedatur hæc indefinita, & vniuerſalis propoſitio, nimirum. *Vbi eſt vera Doctrina, ibi eſt vera Eccleſia*; nihilominus numquam vera Doctrina poterit apud Caluinum habitare, cum omnis eius Doctrina ab ipſo met Caluino veniat damnata, vt hæreticalis, & impia. Audi Caluine, & ſi fugam compedes iſti tibi permittunt, fuge libenter, & cito, ne in manus Catholicorum iterum cadas. Lege candide Lector, & obſtupeſce de inſania Caluiniſtica. Caluinus habet in Hæreticũ Pelagium, cuius doctrinam pro impia habet. Hoc ſuppoſito, docet Caluinus paruulos, ſeu Infantes ex vtero matris mundos ab omni peccato in lucem prodire, & vitæ æternæ hæredes. At Auguſtinus (A) teſtatur hanc fuiſſe Pelagij impietatem à Caluino damnatam, & reprobatam (forſitan, quia Pelagium numquam legit) ergo Caluinus ſuam damnat Doctrinã. Vlterius, docet Caluinus hominem liberum arbitrium non poſſidere, & Diuinorum præceptorum obſeruantiam eſſe nobis impoſſibilem; at hic fuit error Manicheorum (teſte Hieronymo) (B) ab ipſo Caluino damnatorum; ergo Caluinus ſuam damnat Doctrinam, dum Manicheum declarat Hæreticum. Præterea, docet Caluinus Baptiſmum non remittere peccatum; at hæc eſt Hæreſis Maſſilianorum ((C) Ioanne Damaſceno teſtante) ergo Caluinus ſuam damnat Doctrinam. Vlterius docet Caluinus aquæ luſtralis Baptiſma non eſſe neceſſarium; at hic fuit error Seleucianorum; ergo Caluinus ſuam damnat Doctrinam. Caluinus Chriſma derider; ſed hæc eſt Hæreſis Donati; ergo Caluinus ſuam damnat Doctrinam. Negat Caluinus realem exiſtentiam Corporis, & Sanguinis Chriſti ſub ſpeciebus Sacramentalibus; at hic eſt error Beren-

Confutatur Caluini ſubterfugium.

Caluinus ſuam damnat Doctrinam.

Reprobat Doctrinam Pelagij, quam ipſe poſtea ſequitur

(A) *De Hær.*

Et Manicheorũ

(B) *contra Lucif.*

(C) *Libro quarto.*

Et Maſſilianorum.

Et Seleucinorũ

Et Donati.

Et Berengarij,

Digitized by Google

rengarij; ergo caluinus ſuam damnat Doctrinam. Aſſerit Caluinus eucariſtiam non eſſe talem, niſi tantum in vſu; at hæc fuit blaſphemia Neſtorianorum; ergo Caluinus ſuam damnat Doctrinam. Docet Caluinus ſuper vacanea eſſe ſuffragia pro Defunctis; At hic eſt error Ætij; ergo Calvinus ſuam damnat Doctrinam. Caluinus Purgatorium negat; at hæc fuit cæcitas Armenorum, & Cattarenſium. ergo caluinus ſuam damnat Doctrinam. Deridet miracula Caluinus; at hæc fuit dementia Porphyrii; ergo Caluinus ſuam damnat Doctrinam. Blaſphemat contra ſacras imagines Caluinus; at hic eſt error Iconoclaſtarum; ergo Caluinus ſuam damnat Doctrinam. Prohibet Calvinus debitam adorationem Sanctis; at hæc prohibitio fuit blaſphemia Vigilantij; ergo Caluinus ſuam damnat Doctrinam. Vetat Caluinus votum Virginitatis, & alia vota; at hæc fuit Hæreſis Iouiniani, ergo Caluinus ſuam damnat Doctrinam. Suſtinet Caluinus Deum eſſe Authorem peccati; at hæc eſt impietas Simonis Magi; ergo Caluinus ſuam damnat Doctrinam. Faſſus eſt Caluinus in Pſeudoſynodo Lauſanẽſi ſibi diſplicere verſiculũ Symboli Athanaſij, nimirum; *Alia eſt perſona Patris, alia Filij, alia Spiritus Sancti*; at hic eſt errror Pauli Samoſateni; ergo Caluinus ſuam damnat Doctrinam. Negauit Caluinus in prædicta Pſeudoſynodo Lauſanẽſi verſiculũ illũ Symboli Concilij Niceni prioris; *Deum de Deo, lumen de lumine*. Subiunxit vocem illam, *Trinitas*, ſibi diſplicere. Docuit in Geneuenſi confeſſione, Verbum diuinum fuiſſe æternæ ſubſtantiæ, ſed noluit aſſerere eſſe eiuſdem cum Patre ſubſtantiæ; ſed omnes iſti ſunt errores Arrij; ergo ſi Caluinus ſupradictos omnes habet, & declarat Hæreticos, & poſtea cum eiſdem ſic impiè dogmatizat, ſuam, volens, nolens, damnat Doctrinam. ergo Caluinus eſt omnium Hæreſum, impietatum, & errorum abominabilis cloaca, & putrida ſentina. Sed hoc quid aliud eſt, quam Atheiſmum docere? Ecce qualem Doctrinam docet, & Caluinus magnificat! Oh fatuitatem! oh temeritatem! At ego vela colligendo, ſic totã caluiniſticam infringo doctrinam. Caluinus docet, quos reprobat errores, ergo expreſſiſſimè ſtultus cenſendus.

Er. Neſtorij.

& Ætij.

& Armenorum & Cattarenſium.

Et Porphirij.

& Iclonoclaſtarum.

& Vigilantij.

& Iouiniani.

& Simonis Magi.

Et Pauli Samoſateni.

Et Arrij.

Caluinus omnium Hæreſum impiſſima Cloaca.

Caluinus Atheiſta.

Et expreſsè ſtultus.

CAPVT QVARTVM.

In quo ſigna ad veram cognoſcendam Eccleſiam ponuntur, & primò de priori ſigno agitur.

APoſtoli, qui Chriſtum Dominum corporaliter habitantem in terris ſunt ſequuti, Spiritu prophetico præcognoſcentes futurorum Hæreticorum perfidiam, qui veram ſui Magiſtri eccleſiam laceraturi, & negaturi erant, duo nobis in Apoſtolico Symbolo ſigna donarunt infallibi-

Digitized by Google

libilia ad Ecclesiæ veritatem cognoscendam, nimirum, *Credo*, *Sanctam*, *Catholicam Ecclesiam*. Quæ duo signa licet de se sufficientissima ad talē cognitionem; nihilominus Patres Concilij primi Niceni sub Sancto Siluestro Pontifice, & Constantino Magno Imperatore apud Nicenam Vrbem adunati, zelantes vltrò Christiferæ Ecclesiæ firmitatem, antedictis duobus duo alia signa addidere, nempe, *Vnam*, *& Apostolicam*, adeo quod sensus Concilij Niceni est. *Credo in Vnam, Sanctam, Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam*. His igitur quatuor infallibilibus signis clarè contra Caluinum, & quoscumque constabit, nostram Romanam esse veram Christi Ecclesiam.

Quatuor infallibilia signa ad veram cognoscendam Ecclesiam.

Primum signum ergo veræ Ecclesiæ est ipsius, *Vnitas*. Infallibile signum etiam apud Metaphysicos certè, nam omne *Vnum* est *Verum*, cum Vnitas, & Veritas sint æquè modi Entis. At notandum est hic, quod vox, *Vnitas*, non sumitur pro vnitate numerali, sed pro vnione, siuè conformitate spiritus in vinculo pacis, vt aiebat Paulus ad Ephesios cap. quarto. Ad hanc constituendam vnitatem, iuxta doctrinam eiusdem Pauli ibidem requiritur, vt inter vnitos sit vna *Spes*, vnus *Dominus*, vnum *Baptisma*, & vna *Fides*: At nos Catholici habemus omnes istas vnitates; ergo habemus veram Ecclesiam; & extra Catholicos nulla reperitur vera Ecclesia, quia tales Vnitates non habet quęuis alia Hæreticorum Congregatio.

Primum signū cognoscendi veram Ecclesiam est Vnitas.

Omnes Vnitates apud Catholicos reperiuntur.

Et vt incipiamus ab vnitate *Spei*; licet sit verum, quod Caluinistę, & omnes Hæretici habent spem salutis; siue Beatitudinis; attamen tam diuersa sunt media, quibus æternam sperant vitam, vt ipsorum non possit vna Spes dici eo modo, quo hanc spei vnitatem Paulus intelligit. Hoc assumptum liquidò constat, nam ex Caluinistis per Germaniam, Galliā, aliasque Mundi partes dispersi; alij sperant salutem sine meritis suarum operationum; alij cum meritis operationum, etiam si sint Infantes; alij per operationum merita, sed solum adulti; hoc supposito, quæro, omnes isti diuersi modi sperandi salutem sunt ne vna *Spes*, an plures? certè non vna; ergo non habent vnam *Spem*; ergo nec veram Ecclesiam. Forsitan respondebunt Caluinistæ, nil ad eos pertinere de Germanis, & Gallis, &c. sed sufficere, vt sit vna *Spes* Geneuæ, vbi vera Caluinistica residet Ecclesia Sed reijcitur ex suprædictis; Nam Caluinus in multis cum Luthero conuenit, & concordat, nimirum in negatione primæ Sedis; in Castitate à Sacerdotibus abolenda; in intellectione Sacræ Scripturæ, prout litera sonat, &c. Si igitur Caluinus in multis cum Luthero concordat, & discordat, & inter eos est diuersus sperandi modus; ergo inter eos non est vna Spes. Vlterius, hæc eorum *Spes* non est consona Spei à Paulo descriptæ; ergo Caluinistarum, & omnium Hæreticorum Spes, non est Spes Ecclesiæ. Probatur antecedens. Spes Hæreticorum non habet vnum Dominum; ergo non habent Spem Paulinam, & ad Ecclesiæ Vnitatem requisitam.

Nulla Hæreticorum Congregatio habet Pauli Vnitates confutatio prima.

Reijcitur Caluinistorum responsio.

Confutatio secunda.

(A) Respondere potest Caluinus, habemus vnum Dominum, nimirū, Deum; (B) Sed hæc responsio est fatua, nam etiam Turcæ, Pagani, &

(A) *Prima Caluinistica responsio.*

(B) *Reijcitur Caluini responsio.*

Digitized by Google

Hæbrei habent vnum Dominum per Caluinum, & tamen per ipsum isti non habent veram ecclesiam. ergo Caluinus non soluit argumentum.

(A) *Secunda Caluini responsio.*

Potest respondere secundo, (A) habemus vnum Dominum, scilicet Iesum Christum. Sed etiam conuincitur irrefragabiliter Caluinus, (B) nam omnes Hæretici, à Caluino pro talibus habiti, vt Pelagiani, Manichei, Arriani, &c. confitentur Christum nostrum Dominum esse, & tamē Caluinus habet omnes istos pro Hæreticis. ergo non est Christus Dominus, vt Dominus, qui facit Vnitatem ecclesiæ secundum Caluinum, quia ipse fatetur præfatos Hæreticos in Christum credentes non habere veram ecclesiam, nec Spei Vnitatem. ergo nec Caluinus habet Vnitatem Spei Paulinæ Vnitati Dominicæ correspondentem. Præter quam quod, monstruosum esset ecclesiæ huiusmodi Corpus esse visibile, inuisibile postea Caput habendo, dumtaxat, Christum ad dexteram Patris sedentem.

(B) *Sed ad hominē confutatur.*

Restat ergo, quod ly (*Vnus Dominus*) non denotet Deum, vel Christum, sed aliquem alium Dominum visibilem, sicut visibilis est ecclesia, nempe Caput visibile visibilis ecclesiæ, nimirum Christi Vicarium, Summumque Pontificem, qui in Suprema Petri Sede ecclesiæ Christiferæ præsit. Hic est vnus ille Dominus, cui Vnitas Spei correspondet, & Caluinistæ non habent, nec volunt agnoscere. Sic Hieronymus volens declarare, quod Vnitas ecclesię consistat etiam in Vnitate visibilis Capitis contra Iouinianū sic scribit. *Vnus eligitur, vt Capite constituto, Schismatis tollatur occasio.* Hoc telum maximè transfigit Caluinum, nihil enim tam odiosum habet, quam Petri Primatum in ecclesia. Audiat igitur ex dictis validum argumentum Caluinus, & confundatur. Illa est vera ecclesia, quæ Vna est. (hæc propositio est Concilij Nicæni, quod amplectitur à Caluino) at ad Vnitatem ecclesiæ requiritur Vnus Dominus (hæc minor præmissa est Pauli supracitati) ergo non habens vnum Dominum non habet veram ecclesiam. At Caluinistica ecclesia non habet vnum Dominum; ergo Caluinistica non est vera ecclesia. Sed Catholica habet vnum Dominum, nempe Summum Pontificem, igitur Catholica Romana est vera ecclesia. Vel argumentor strictius sic. Per Symbolū Apostolicū, dicitur *Credo Sanctam Ecclesiam*, non ecclesias; ergo vna est ecclesia vera; sed ad Vnitatē ecclesiæ per Paulum requiritur *Vnitas Domini*; ergo vbi est *Vnitas Domini*, ibi est vera ecclesia; talis est Catholica, ergo hæc est vera ecclesia. Sed ecclesia est visibilis; ergo *Dominus*, seu Caput debet esse visibile; At Deus, vel Christus sunt inuisibiles; ergo huiusmodi Caput, seu Dominus est Christi Vicarius, & Petri Successor; ergo non habentes hunc Dominum, non habent Spem Paulinam, verę ecclesiæ correspondentem. His Vnitatibus correspondet Vnitas Baptismi secundum Paulum citatum. Hæc Vnitas maximè deficit Caluinistis, qui, & si in nomine Trinitatis baptizent, attamen veram, & rectam non habent fidem de Diuinis Personis. Probatur hoc assumptum; Nam (vt supra diximus) in Pseudosynodo Lausanensi à Caluino conuocata, fassus est Diui Athanasij versiculum; *Alia est Persona Patris,*

Valida Caluini confutatio.

Confutatur Caluinus in ordine ad vnitatem Baptismi.

Digitized by Google

tris, alia Filij, alia Spiritus Sancti, &c. non multum sibi placere. Idem dixit de illis verbis Concilij Niceni, *Deum de Deo, lumen de lumine.* Ac etiam subiunxit illam vocem, (*Trinitas*) suis auribus esse dissonam; Nec tandem vnquam voluit affirmare Verbum fuisse eiusdem substantiæ cum Patre; ergo Caluinus non benè de Trinitate sentiendo non habet vnitatem Baptismi; ergo apud Caluinum non reperitur vera Ecclesia.

Vnitatibus prædictis (concludit Paulus) Fidei correspondet Vnitas, & certè, nec sine admiratione videmus in eadem domo, non quod in eadem Ciuitate, Prouincia, vel Regno, quod aliud credit Pater; aliud Mater; aliud Filij, aliud Serui; Consanguinei aliud; aliud Vxor; aliud Spõsus; aliud Soror; aliud Frater. Et hæc erit Vnitas Fidei? Imo ipsi Hæreticorum Doctores, siue Prædicantes, quoties à semetipsis discordant, hoc docendo hodie, oppositũ manè prædicando? Et hęc erit Vnitas Fidei? Lutherus quoties, & oh quoties numerum Saramentorum alterauit? Caluinus, quot vicibus opinionem circa Sacramentum Altaris innouauit? Augustana confessio ter mutata fuit, & semper in peius. Vndè Saxoniæ tũc temporis Dux iocosè consuebat astantibus dicere. *Nescio, quid hoc anno credant, neque quid anno proximè futuro crediturí sint vitini mei Vvitbergenses.* Hæc candide Lector est Vnitas Fidei illorum, qui Euãgelicorũ titulo perfidè vtuntur, ac honorantur. Ex istis Euangelicis Protohæreticis, alij nuncupantur Lutherani; alij Semiluterani; alij Anteluterani; alij Lutherosiandriani; alij Lutherozuingliani, alij Lutheropapistæ; alij Miricani; alij Orandriani; alij Stancariani; alij Pfeffingeri; alij Musculani; alij Melantonici, & cæteri quamplurimi, qui vna cum Caluino speciosum nomen Euangelicorum sibi vsurparunt. Sed si quæras præcipuè inter istos Vnitatem Fidei erga Altaris specialiter Sacramẽtum, infinitas ex ore eorumdem audies errores; Nam quidam dicunt Corpus Christi adesse sub speciebus; alij inesse; alij subesse; alij esse cum pane; alij esse sub pane; alij circa panem; alij Missam celebrant idiomate Latino; alij Græco; alij cum Ecclesiastico apparatu; alijq; in habitu Laicali, & inter istos postea Vnitas Fidei reperietur?

At respondet Caluinus, quod vtique inter præfatos non inuenietur Vnitas Fidei, imo omnes isti impugnantur à seipso. Benè quidem respondet; sed cur ipse Caluinus cum eisdem eodem nomine Euangelico gaudet nuncupari? ergo, & ipse Caluinus Euangelicus est; igitur quomodo Vnitas Fidei reperitur in Caluino? Respondebit iterum Caluinus, Religionem, seu Ecclesiam Euangelicorum in Sectas diuidi. Sed dicat Caluinus, vbi nam inuenit veram Fidem in Sectas diuidi, cum vna sit eius Veritas? Respondebit iterum Caluinus suam Ecclesiam nullius antedictorũ Euangelicorum, esse, sed solummodo Sacramentariorum. Optima quidẽ responsio, si firmiter stabit. Ergo Sacramentariorum est Vna Fides? oh te perfidum Caluinum! sumo vnum tantummodo ex Sacramentariorum articulis, nempe, Eucaristiæ examinandum. Hæc sunt consecrationis verba. *Hoc est Corpus meum.* Nunc dicite quæso vos Sacramentarij Doctores, in his paucis verbis, est ne Vnitas Fidei? Audi Caluine, quid tui

Lutherus alterauit numerũ Sacramentorũ.

Caluinus suam innouauit pluries opinionem circa Eucaristiam.

Dictum notatu dignum Ducis Saxoniæ.

Numerus Sectarum Euangelicorum Hæreticorum.

Quot errores reperiantur apud Euangelicos circa solã Eucaristiam.

Responsiones, & confutationes Caluini.

Digitized by Google

Errores Sacramentariorum, circa Sacramẽtum Altaris.

Sacramentarij ad interrogationem præfatam Reſpondeant. Carolus Stadius reſpondet. *Hoc eſt Corpus meum*, ideſt, *hoc, quod aſſidet menſæ*. Zuinglius reſpondet, ideſt, *Hoc ſignificat Corpus meum*. Ecolampadius, ideſt *Hoc eſt ſignum Corporis mei*. Bucerus, ideſt, *Hoc eſt memoriale beneficiorum meorum*. Ioannes Laſcus, ideſt, *Tota hæc actio cœnæ eſt Corpus meum*. Suuincfeldus, ideſt, *Corpus meum eſt hic*; & diſcurratur vlterius; & hæc eſt vna Sacramentariorum Fides?

Confutatur iterum Caluinus.

Iterum ſubfugit Caluinus aſſerens, ſe recedere ab eiuſmodi Eccleſijs, & ad ſolam ſuam Geneuenſem reduci. Igitur Caluine, Tu tibi Genevæ fingis Eccleſiam? ſed ante hoc tuum figmentum, vbi erat Eccleſia? Forſitan non exiſtebat, & nullibi erat? Iam reiectum eſt hoc reſponſum. Forſitan erat inuiſibilis? At hæc doctrina iam fuit à me paulò ſupra expugnata; & hoc non obſtante iterum te arctioribus compedibus adſtringo.

Caluinus deriſus à Petro Richerio Geneua.

Nonnè in tua Geneuenſi Eccleſia ad tui deriſionem Petrum Richerium prouocaſti illa tua inani ſimilitudine, qua conatus fuiſti, Corpus Chriſti è Cælo in panem deſcendere, ſicut radius à Sole deſcendit in terris? Nõnè Geneuæ, alij ſuſtinent in Euchariſtia manducari triticum ſolum. Alij imputatiuè tantum Corpus Chriſti. Alij tantum ore Fidei, non ore corporeo deguſtari; & hæc eſt Vnitas Fidei Eccleſiæ Geneuenſis? Et ſi tot diſcrepantiæ, & oppoſitiones in vno, dumtaxat, ſimplici reperiuntur articulo, quid erit, inde de tot erroribus, quos docuit Caluinus, dicendũ? Nonnè eſt ridiculum, quod ad effugiendum Corpus Chriſti eſſe ſub ſpeciebus ſine loco, Sacramentarius Zuinglius neget Chriſtum Dominum ad Diſcipulos penetraſſe ianuis clauſis (contra literam ſacri textus), aſſerens per quandam fiſſuram ad eos ingreſſum fuiſſe? Caluinus immemor ſuæ Grammaticalis ſignificationis aſſerit, per fores apertas intraſſe; & Petrus Martyr per feneſtram ingreſſum habuiſſe, aſſeruerunt, neſcientes dotem ſubtilitatis in Corpore glorioſo; & hoc ſolum docuerunt, non intelligendo, quomodo Corpus Chriſtiferum poſſit eſſe ſub ſpeciebus modo non quantitativo. Et hæc eſt vna Fides in Eccleſia Caluiniſtica? ergo ſi non eſt in ipſa vna Spes, vnum Baptiſma, vnus Dominus, & vna Fides, nec in eadem reperietur vera Eccleſia.

Econtra vero, vna eſt Romana Eccleſia, vna Spes, vnus Dominus Summus ſcilicet Pontifex, vnum Baptiſma, & vna Fides. Omnes Catholici idem & eodem modo ſperant; idem Caput, ſeu Dominum adorant; vno modo baptizant, & idem credunt. Accedat ex India, ex Aſia, ex Africa, ex Europa Catholicus, quiſquis ille ſit, terra eſt vniuslabij, eodem modo ſperat, adorat, baptizat, & credit, ſicut, & cæteri Catholici, qui Romæ morantur, & hoc ſolum, quia in veram credunt Eccleſiam.

CA-

Digitized by Google

CAPVT QVINTVM.

In quo præter Vnitatem, Sanctitas Ecclesiæ Catholicæ demonstratur.

CRedo vltro in *Vnam*, in *Sanctam* etiam Ecclesiam. Sanctitas nãq; secundum est signum Veritatis Romanæ Vniuersalis, Vereq; Ecclesiæ. Vnde Petrus Apostolus in sua prima Epistola cap. secundo scribens Catholicis Fidelibus, sic ait. *Vos estis genus electum, Gens Sancta*; propria namque veræ Christiferæ Ecclesiæ est *Sanctitas*. Verum hic aduertendum, quod Sanctitas non accipitur à nobis, prout in quolibet Fideli, seu in singulis Fidelibus debeat subiectari, ita vt sensus sit, quod omnis Fidelis sit, vel debeat esse Sanctus, nam sic asserendo incideretur in errorem Anabaptistarum, & Donatistarum, qui affirmabant (vt supra diximus) Ecclesiam constitui ex solis Justis, ac Sanctis; sed sensus est, quod, quia Ecclesia est Deo consecrata, & omnis Fidelis in ea vinculo Sanctæ Fidei est Deo coniunctus, ideo Ecclesia dicitur Sancta; eo modo quo in lege Mosaica vasa Sanctuarij, & Vestes Sacerdotales nuncupabantur Sancta ab obiecto, cui inseruiebant; in quo casu, licet his vasibus, vel vestibus aliqui abuterentur, non tamen propter hoc non dicebantur Sancta. Sic etiam Artifices, licet aliquando desinant iuxta Artis præcepta operari, non propter hoc desinunt esse Artifices. Sic Fideles, licet desinant ab operibus Deo gratis mortaliter peccando, non propter hoc amittunt Sanctitatem vinculi Fidei, quo Deo ligantur. Aliam huiusmodi Sanctitatis significationem tradit Catechismus Catholicus ad Parochos, nimirum; *Sancta etiam dicenda est, quod veluti Corpus cum Sancto Capite Christo Domino, totius Sanctitatis Fonte coniungitur, à quo Spiritus Sancti Charismata, & Diuinæ Bonitatis diuitiæ effunduntur*. Et ipsemet Augustinus hoc modo sumpta Sanctitate est vsus, super illa verba Psalmi octuagesimi quinti. *Custodi animam meam, quoniam Sanctus sum*, sic scribens. *Audeat, & Christi Corpus, audeat, & ille homo, clamans à finibus terræ cum Capite suo, & sub Capite suo dicere, Sanctus sũ, accipit enim Gratiam Sanctitatis, Gratiam Baptismi, & remissionis peccatorum*. Hæc, & alia huiusmodi genera expositionum huius vocis (*Sanctitas*) licet bonæ, quia tamen possent à Caluinistis negari, & impugnari, veluti petentes principium, Ego tales expositiones omitto, & ad alium sensum conuincentem transferam Sanctitatem, vt sit signum irrefragabile veritatis Ecclesiæ Romanæ.

Esse Sanctam, est secundum signum agnoscẽdi veram Ecclesiam.

Quomodo intelligatur hæc vox, Sanctitas.

Quomodo Sanctitas sumatur à Catechismo Catholico.

Sumitur igitur hic Sanctitas, prout deriuata à verbo. *Sancio sancis*, quod significat, firmare, stabilire, ordinare, regulare, determinare, &c. & sic idem est dicere, *Sanctam*, ac quoddam firmum, stabile, solidum, ordinatum, determinatum, &c. Sanctitas igitur hoc modo interpretata est signum

Vera, & conuincens expositio Sanctitatis.

Digitized by Google

signum infallibile veræ Ecclesiæ, adeo, quod illa est vera Ecclesia, quæ à Deo est tam munita, ac præsidiata, vt numquam à quouis insultu, vel aggressione hostium sit expugnata. Talis semper fuit, & est Ecclesia Catholica, quæ licet tot diris, & acrioribus persecutionibus Tyrannorum, & Hæreticorum per tot secula fuerit oppugnata, numquam corruit, nũquam cecidit, in futurum decidet nunquam; Christus enim erit cum ea, vsque ad consummationem seculi, teste Matthæo cap. vigesimo octauo. Hac præmissa doctrina, ecce Veritas Ecclesiæ Catholicæ; ecce Christifera, Diuina promissa facta Ecclesiæ Romanæ. *Promissa a Christo sua Ecclesiæ facta de sua assistentia.* *Iurauí Dauid seruo meo, vsque in æternum præparabo semen tuum. Elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi. Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. Sicut audiuimus, sic vidimus in Ciuitate Dei nostri, Deus fundauit eam in æternum. Mittam Spiritum veritatis, vt maneat vobiscum in æternum. Ego vobiscum sum vsque ad consũmationem seculi*; & alia reperiuntur in Sacra Scriptura Christifera promissa, erga suam Sponsam Ecclesiam, quæ breuitatis causa omitto.

Dicat nunc Caluinus, cæterique Hæretici, defecerunt vmquam hæc promissa in Ecclesia Catholica Romana? Jam contra Caluinum arguitiuè cum Psalmista exclamat Romana Ecclesia, (A) *Paucitatem dierum meorum nuncia mihi.* Quod si non paucitatem dierum, sed potius tot nõ interrupta secula, possunt Caluinus, cæterique Hæretici nunciare, cur veritatem, ac stabilitatem huius Sanctæ Ecclesiæ oppugnare audent, & interrumpere præsumunt? E conuerso verò potest Ecclesia Romana Synagogæ Caluinisticæ paucitatem suorum nunciare dierum; ergo ipsa potius est Lyceum infidelitatis, & hæresum, quam vera Ecclesia.

(A) *Psal.* 101.

Nec obstat, quod opponere posset Caluinus, scilicet, Christiferum dictum apud Lucam cap. decimo octauo; *Verum tamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?* Nam hæc interrogatio, vel supponit, quod inuenerit fidem refrigeratam, ex quasi extinctione Charitatis languentem, vt explicat Augustinus, (B) Vel quod tempore Antichristi maiores sine comparatione in numero erunt infideles ipsis Fidelibus, vt possit dici, quod quasi non inueniatur Fides in terra, & sic Euangelista loquitur de secundo Christi Aduentu in nouissimo die, non de primo, & est explicatio Theofilati. (C) Vel si de primo Christi Aduentu velimus intelligere textum præfatum, certè quod non inuenit Fidem in terra, vnde dixit Centurioni apud Matthæum cap. octauo. *Non inueni tantam fidem in Israel.* Et ratio est, quia tunc exordium sumebat Ecclesia, ante cuius institutionem vtique non erat Fides in terra; Fides enim fuit cinctorium renum Christi, quapropter Redemptor noster inuenit violatam Mosaicam Fidem, Gentes sine Fide totaliter; Vnde optimè conquestus est, quod non inuenisset Fidem in terra. At post suæ Ecclesiæ institutionem virescere cæpit, & numquam defuit Fides; imo magis aucta fuit, quo magis eam Diabolus conabatur per Tyrannos, & Hæreticos euellere, & opprimere. Meritò igitur Christus Dominus prophetauit de sua Sponsa

Caluini obiectio soluitur.

(B) *De verbis Domini.*

(C) *In Euang.*

Ec-

Digitized by Google

Ecclesia apud citatum Matthæum cap. sexto decimo. *Porta inferi non præualebunt aduersus eam.* Ex quibus omnibus deducitur illam esse veram Ecclesiam, ac Sanctam, quæ omnibus oppugnationibus, & Oppugnatoribus resistit, & vsque ad nouissimum diem resistet, dono fortitudinis, & firmitatis à suo Sponso insignita; at eiusmodi est Romana Ecclesia, ergo ista erit, vt talis à Caluino, velit, nolit agnoscenda.

Hæreses omnes ad nihilum redactæ sunt.

E conuerso postea, quæ nam Hæresis sub nomine Ecclesiæ habuit in terris exordium, quæ breui temporis interuallo non fuerit redacta in nihilum? Vbi sunt Simonis, Corinthi, Marcionis, Nicolai, Gnosticorum, Antropomorphitarum Synagogæ? euanuere velut vmbræ ad solis præsëtiam. Vbi Arianorum Secta, tot Imperatorum suffulta præsidio, propter quam euellendam tot ab Ecclesia Romana fuerunt adunata Concilia? Iam præteriere omnes istæ effictæ Ecclesiæ, nec ex eis aliquod remansit vestigium, præter illud, quod in deprauato Caluini intellectu reimpressum supra vidimus. In tot Capita Lutheranorum Hydra diramata, iam recessit ab originario Capite, adeo quod nunc, aliud sit Monstrum à sua natiuitate illud, quod nostris exhibetur oculis, sed quare hoc? quia procul à Veritate eiusmodi Pseudoecclesiæ sumpserunt originem. At non sic Romana Ecclesia, quæ ab initio suæ institutionis, vsque ad mundi consumptionem fuit semper, & inconcussa erit. Veritas est igitur, quod Christi Ecclesia sit vsque ad nouissimum diem duratura (quod etiam ab ipso Caluino, licet non intelligat de Romana) apertis notis pluribus in suæ institutionis locis exprimitur his verbis, *Fatendum est nullum fuisse ab Orbe condito tempus, quo Ecclesiam suam Dominus non habuerit. Nullum etiam fore ad consummationem vsque sæculi, quo non sit habiturus,* & in Epistola ad Regem Galliæ adhuc replicat. *Vixit sanè Christi Ecclesia, & viuet, quamdiù Christus regnabit ad dexteram Patris, cuius manu sustinetur; cuius præsidio defenditur, cuius virtute suam incolumitatem retinet; præstabit enim ille indubiè, quod semel promisit, affuturum se vsque ad consümationem sæculi:* His verbis Caluini præmissis sic ad hominem contra Caluinum inuincibiliter insurgo ad hominem. Illa est vera Ecclesia per Caluinum, quæ numquam fuit interrupta; sed sola Catholica Romana ab initio suæ institutionis, & nulla alia ab ipsa fuit nunquam interrupta; ergo sola Ecclesia Romana est vera Ecclesia. Secundo argumëtor sic. Caluinus confitetur, quod per annos tercentum, & vltra vera Ecclesia illa fuit, in qua multi Episcopi in eadem Ecclesia Petro successerunt; sed hæc fuit Romana, in alios Successores post dicta tria sæcula propagata, eadem authoritate, potestate, & ordine; ergo Ecclesia Romana est vera Ecclesia. Respondet Caluinus, vtique vsque ad primum Nicenum Concilium extitisse illam primitiuam, veramque Christi Ecclesiam (abhorret Caluinus talem tercentenam Ecclesiam appellare Romanam) at ex illo tempore citra eadem Ecclesia cum introduxisset abusus, ac relaxationes desijt esse Ecclesia. Sed hanc Caluini ridiculam responsionem ridiculosè refellimus; & primò; Asserit Caluinus veram Christi Ecclesiam numquam Dei præsidio destitutam fuisse, nec destituë-

Caluinus confitetur perpetuitatem Ecclesiæ lib. 4. inst. 6. 1. sect. 17.

Argumenta insolubilia cõtra Caluinum.

Caluini responsio reijcitur.

dam.

Digitized by Google

dam. Sed idem Caluinus asserit Ecclesiam tercentenam, vsque ad Nicenam Synodum fuisse veram ecclesiam; ergo quomodo hæc eadem ecclesia fuit in successoribus fidelibus destituta, & diuinum promissum ei factum de non destituendo potuit deficere? Vel tertio sic Caluinum contorqueo. Si ipse solitis contradictionibus vult negare primitiuam Ecclesiam tercentenam fuisse veram Ecclesiam, cur asserit Caluinisticam suam Ecclesiam fuisse similem Ecclesiæ tercentenæ? ergo si illa non erat vera ecclesia, neque Caluinistica vera erit. Vel clarius, & strictius sic argumentor. Affirmat Caluinus Ecclesiam primitivam fuisse veram, & defijsse post trecentos illos annos; ergo mentitur Caluinus affirmando ecclesiam numquam defecre posse; vel si per Caluinum talis defecit ecclesia, ergo adhuc mentitur affirmando illam primitiuam fuisse veram Christi ecclesiam. Præterea sic eum euinco. Primitiua ecclesia oppositum docebat, credebat ab eo, quod docet, & credit Caluinus; sed per Caluinum illa erat vera ecclesia, Christi præsidio, & assistentia munita, ergo Caluini ecclesia oppositum docens, ac credens, non est vera ecclesia, sed omnium Hæresum Synagoga, & Diaboli patrocinio suffulta. Sed ecclesia Romana semper docuit, ac credidit, id, quod docuit, & credidit primitiua ecclesia; ergo ecclesia Romana est vera ecclesia. Sed vlterius progredior. Supra probatum est ecclesiam semper visibilem esse; ergo per tot sæcula, vsque ad dies Caluini fuit ecclesia occulta. Sed hoc negatur ab eodem Caluino, sustinente regulariter semper Ecclesiam visibilem esse; ergo sibi contradicit; igitur sibi semper, & suis sequacibus mendax. Quod si dicat Caluinus, in sua Synagoga iterum resurrexisse Ecclesiam, ergo sibi ementitur, dum diuino præsidio, & non interrupto docet ecclesiam veram esse munitam; ergo Caluinistica ecclesia, quia non habuit hoc continuatum præsidium non est vera Ecclesia. Ecce quomodo suis figmentis illaqueatur Caluinus, Abyssus enim Abyssum inuocat.

Vera Ecclesia est Romana, & cur?

Sola igitur Romana est vera ecclesia, quia numquam à suo Sponso Christo longinqua; numquam à sua assistentia procul, sed omnibus cõcussionibus, agitationibus, hæc Dauidica Turris; hæc Euangelica Nauis, inconcussa, & immobilis, se omnium exhibuit oculis; quia *portæ inferi non præualebunt aduersus eam*, teste Matthæo cap. sexto decimo *Terribilis, vt Castrorum acies ordinata*, dicitur Canticorum sexto. *Circumdabo domum meam, his qui militant mihi*, legitur apud Zachariam cap. nono, *Ego Ciuitas fortis, Ciuitas, quæ oppugnatur*, de Ecclesia prædixit Isaias cap. vigesimo nono, super quem textum subiungit Hieronymus; *at oppugnatur, sed non expugnatur*. Vndè Alexander Episcopus Alexandriæ scribens ad Alexandrum Costantinopolitanum Antistitem, (iuxta refertum Theodoreti) sic loquitur. *Ecclesiam cognoscimus, quæ nunquam expugnari potest, etiam si totus mundus eam oppugnet*. & postea hanc Ecclesiam audet expugnare Caluinus? heù miser! prius canuit Caluinus, quam canam potuerit Christi videre ecclesiam, vel ob canitiē caluam. Non fuerunt omnes tartareæ vires sufficientes, per tot Impe-

rato-

Digitized by Google

ratores crudeliſſimos, tamquam per inſtrumenta Dæmoniaca, ad ipſam rad citus euellendam applicatæ, & poſtea fatuus homunculus, vt Caluinus E eccleſiam diſperdet Chriſtiferam? Phreneticatur hic falſitatis, & Auerni Signifer, immemor, *quod portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*; cui Deus ſuo omnipotenti aſſiſtit brachio; & ſi Eccleſia terribilis eſt, vt caſtrorum acies, certè eam non poterit expugnare Vermis inermis.

Ex his omnibus colligitur, Romanam eſſe veram Chriſti eccleſiam, quia eam ſecundo ſigno Veritatis, nempe titulo Sanctitatis decoratam intuemur; quandoquidem cum ſit roborata Diuina fortitudine, ac firmitate, nunquam deficiente, euidenter apparet fuiſſe à Chriſto Domino in Sponſam electam, Fidei anulo eam ſibi deſponſando, & ſuam æternam aſſiſtentiam, ac tutelam loco dotis ipſi promittendo, ac præſentando, & ideo *Tota pulchra eſt hac Sponſa, & macula erroris, vel falſitatis, nec eſt, nec eſſe poterit in ea*, audi Caluine.

CAPVT SEXTVM.

In quo tertium ſignum cognoſcendi veram Eccleſiam explanatur.

Eſſe Catholicã, eſt tertium ſignum cognoſcendi veram Eccleſiam.

TErtium ſignum infallibile ad cognoſcendam veram Chriſti eccleſiã, eſt ipſam eſſe, *Catholicam*, ideſt (quidquid alij dicant) Vniuerſalem. *Credo in Vnam, Sanctam, Catholicam.* Sic multi Patres declarãt ſonare ex Græca etymologia hanc vocem, *Catholica*. Sic explicat primo loco Auguſtinus hoc nomen dicendo; *Catholicam maiores noſtri nominarunt Eccleſiam, vt ex ipſo nomine oſtenderent, quia per totum eſt; ſecundum totum enim, (Cathologon) Græcè dicitur.* Sic etiam Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi decima octaua teſtatus eſt hiſce notis. *Catholica vera Eccleſia eſt, quia per Vniuerſum Orbem Terrarum diffuſa, à finibus terræ, vſque ad extrema.* Hoc totum fuit à Pſalmiſta Prophetico afflatu prædictum Pſalmo ſecundo. *Dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Sic etiam Geneſis cap. vigeſimo ſecundo legitur. *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes*; & ibidem cap. quintodecimo legitur. *Numera Stellas Cæli ſi potes, & arenam maris, ſic erit ſemen tuum*; & Pſalmo ſeptuageſimo primo canitur. *Dominabitur à Mari, vſque ad mare, & à flumine, vſque ad terminos orbis terrarum.* Pſalmo nonageſimo quinto ſubiungitur. *Cantate Domino omnis terra* Pſalmo quinquageſimo ſexto dicitur. *Super omnẽ terrã Gloria tua.* Item Pſalmo ſeptuageſimo primo legitur. *Omnes Gentes magnificabunt eum.* Item Apocalypſis quinto ſcribitur. *Redemiſti nos Domine in Sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione.* Item Pau-

Quid denotat hoc nomen, Catholica?

Digitized by Google

Ius ad Romanos cap. primo scribit. *Ad obediendum Fidei in omnibus Gentibus.* Item Actuum Apostolorum cap. primo ipsemet Christus ait. *Eritis mihi testes in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad terminos terræ*; quæ loca, siue de Christo, siue de Ecclesia loquuntur; dignum enim est, quod cum Christus Dominus sit Rex Regum, omnis terræ Deus, & totius Mundi Imperator, ac etiam Sponsus Ecclesiæ, vt hæc Sponsa eamdem habeat vniuersalitatem Dominij, ac suus Sponsus habet, quandoquidē, prout docent Iuristæ, *Augusta gaudet priuilegijs Imperatoris.* His dictis addamus, quod Christus loco dotis hanc Dominij vastitatem tribuit suæ Sponsæ, vt dicitur Lucæ cap. quintodecimo. *Oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum per omnes Gentes*; ecce Vniuersitas Dominij; quibus verbis addit Augustinus. (A) *Omnes Gentes, totus Mundus, Ecclesia hoc totum possidet, quod à viro suo accepit pro dote.*

(A) *De verbis Domini.*

Hic (ô quam acriter contorquetur Caluinus) videns irreparabile telum super suum cadere caput; nam ex dictis resultat, quod Ecclesia Vniuersalis, est Ecclesia vera, & talis est Romana Ecclesia. *Credo in Vnam, Sanctam, Catholicam Ecclesiam.*

Prima confutatio.

Dicat nunc Caluinus, fateantur Hæretici cuncti, fuit nè vnquam inter ipsorum Synagogas, aliqua Ecclesia, quæ fuerit *Vniuersalis* aliquo tempore, vel quæ potuerit *Vniuersalis* appellari? Minimè certè, nam omnes intra breue tempus, & breuiorem terræ ambitum, restrictæ sunt, & coangustatæ; sed si ita res se habet, si scilicet eorum Ecclesia non fuit vnquam *Catholica*, siue *Vniuersalis*, quomodo ergo potuit vlla ex eis dici vera Ecclesia?

Confutatio secunda.

Sed strictius cum Caluino omnes Hæreticos arcto. Omnes Hæretici sciunt, & optimè sciunt, vnum ex signis infallibilibus veram Ecclesiam denotantibus ex allegato Symbolo Niceno fuisse ly, *Catholicam*, seu *Vniuersalem*; & tamen (ô Dei Prouidentiam!) nemo vnquam Hæreticus ausus fuit suæ Sectæ, vel Ecclesiæ hoc adiectiuum, *Catholicum*, assignare, sed solum Romanæ Ecclesiæ talem titulum, iustissimo Dei iudicio ipsi reseruarunt. Mirum certè, vt ita excæcarentur Hæretici, quod negligerent sibi vsurpare id, quod poterat eorum ambitioni tam, validè proficere!

Nullus Hæreticorum vnquam ausus fuit Catholicum nomē vsurpare.

Confutatio tertia.

Vlterius, interroget vnus ex Hæreticis aliquem Catholicum ex qua Religione ipse sit, & Respondeat interrogatus, se Catholicam Religionem profiteri, illicò Hæreticus interrogator intelligit talem Catholicū Romanam profiteri Fidem; quod si ita res se habet, nempe quod Romana est sola Catholica Fides, non Caluinistica, non Lutherana, &c., qua fronte poterunt asserere ipsorum Synagogas veras Ecclesias esse, cū nulla eorum Catholica censeatur? Quod si antonomasticè apud omnes Sectas, & Nationes Fides Romana sonat Fidem, seu Religionem Catholicam, cur sine rubore Caluinus, cæterique Hæretici suas Ecclesias veras Ecclesias appellare præsumunt?

Audent Hæretici Christianum nomen vsurpare, vel Euangelicum, vel Re-

Digitized by Google

Reformatum, &c. Sed hoc non sufficit (inquit (A) Cyrillus Hierosolymitanus citatus) ad probandum ipsos de gremio Ecclesiæ esse; siquidem credunt Christo, & in Christum, sed non perfectè, & secundum omnes articulos, quibus Christus vult à Fidelibus credi; Vnde indigni sunt, vt Christiano nomine appellentur, dum Christiferam Vestem in tot partes scindunt, & suam dilectissimam Sponsam conantur adulterare, sed frustra, imo totaliter de medio tollere eorum pestilentibus Doctrinis. Audiamus Cyrillum citatum sic loquentem. *Quod si forte veneris in Ciuitates, ne simpliciter interroges, vbi sit Dominicus, aut Domus Domini; nam & reliquæ impiorum hæreses, Dominicos, quamuis pollutos, appellare non dubitant. Neque id tantum quæras, vbi sit Ecclesia, sed Catholica Ecclesia, quia hoc proprium nomen est Sanctæ huius Ecclesiæ, & Matris omnium nostrum, quæ est Sponsa Domini nostri Iesu Christi, Vnigeniti Filij Dei.* Vbi debet aduertere Caluinus, quod Cyrillus Hierosolymitanus vixit tempore Ecclesiæ primitiuæ, & tercentenæ, quo tempore fatetur Caluinus veram extitisse Christi ecclesiam. Omni ratione, & benè ecclesia Romana dicitur Catholica, & Vniuersalis, quia per totum Orbem semper fuit, ad præsens est, & in futurum erit diffusa. Ferè integra Europa, Asiæ, Africæque pars, ferè tota India, America, Magellanica, Æthiopia, Persia, necnon Orientis plagæ Mahometici Tyranni ditioni subiectæ, in vinculo Fidei Christianæ colligatæ, vnum Caput Summum Pontificem Romæ existentem, & Christi Vicarium, veluti membra adorant Christifera. At ostendant Hæretici hanc suarum Ecclesiarum extensionem, ac Vniuersalitatem, siue temporis, siue locorum, & tunc eis sit licitum Catholicum sumere titulum. Non poterunt ostendere, nam Lutherus paucas Aquilonis Regiones (à quo venit omne malum, vti superbientis Sathanæ solium) potest sibi adiudicare. Caluinus postea arctas Geneuensis Lacusculi ripas, pro amplissima suæ Ecclesiæ extensione poterit ostentare. Ex quo apparet verificari Gamalielis dictum; (B) *si est ex hominibus consilium hoc, aut opus, dissoluetur; si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere illud.* At huiusmodi Ecclesia Catholica à septem supra decem seculis vsque nunc sumpsit exordium, & nunquam expugnata, nunquam euulsa fuit, licet tot, tantisque persecutoribus, & aduersarijs oppugnata, sed semper aucta, semper sua multiplicauit membra, & ramos extendit. Cur? quia eius institutio est à Deo, non ab hominibus. Bene è conuerso, tot veterum Hæreticorum Conuenticula fuerunt radicitus extirpata, quia ab hominibus, imo à Diabolo, non à Deo coadunata fuere; quod idem de Hæreticis recentioribus, Deo fauente, videbimus adimpleri, *nam* (C) *qui cum Christo non colligit dispergetur.*

(A) *In Catechef. 18.*

Caluinus confutatur à Cyrillo Hierosolymitano.

Hæresis in paucis, ac angustijs locis restringitur.

(B) *Actuum Apost. cap. 5,*

(C) *Luca 11.*

Ad propositum huius doctrinæ, nolo prætermittere notabilem reflexionem à pluribus Doctoribus ponderatam, nimirum, nusquam Infideles, de Infidelitate recto tramite ad Hæresim transire; nec quisquam vnquam Hæreticus Paganum aliquem ad suam immediatè induxit Sectam amplectendam, & tamen omnis Synagoga Hæreticorum præsumit Christi imitari, seu sequi vestigia; sed bene regulariter omnis Iudæus, vel

cur Infideles recto tramite non transeant ad hæreses.

Digitized by Google

Paganus immediate à Catholicis ad veram Fidem conuerſus, ad Romanam ſe reducit Eccleſiam. Sed cur hoc? niſi quia Chriſtus indignatur, vt per extraneas manus inſerantur ramuſculi in ſuam Catholicam Arborem, vel recentiora membra ad ſuum myſticum Corpus aggregetur. Sed conſtanter vult, vt ad veram Fidem quiſque perueniat Infidelis, Catholicorum, non Hæreticorum induſtria, oſtendens, quod de ſolis Catholicis dixit apud Matthæum cap. quarto; *Faciam vos fieri Piſcatores hominum*. Et ſolis Petri Succeſſoribus apud Lucam cap. quinto ſubiunxit. *Ex hoc iam eris homines capiens*. At vero Hæretici poſtquam Infideles ad noſtram ſunt Fidem redacti, veluti, & adinſtar latronum conãtur illos piſciculos rapere, quos nos Catholici ad ſalutis littora traximus; & totum hoc, meo videri, non alia euenit de cauſa, niſi quia patefacere vult ſenſibiliter Deus, ſolam Romanam Eccleſiam eſſe illam veram Sagenam, quæ Infideles per conuerſionem ad ſalutarem portum trahit.

Hæreticorum reſponſio.

Sed his omnibus reſpondent, vel reſpondere poſſent Caluiniſtæ, cæterique Hæretici, ad inſtar Donatiſtarum, & Rogatianorum apud Auguſtinum, (A) falſum eſſe Romanam Fidem, & eccleſiam, eſſe Catholicam, vel Vniverſalem, quando quidem maior Mundi pars ex Infidelibus, Paganis, Iudæis, Mahometanis integratur, non Catholicis, ſeu Romanis Fidelibus.

(A) *Epiſt. 48. ad Vincentium.*

reijcitur.

At Caluinus, cæterique Hæretici ſuis manibus ſibi ipſis pedes obtruncant, & præcidunt; nam ſi ob hoc Eccleſia Catholica non erit Vniuerſalis, & per conſequens vera, quia maior pars Orbis eſt infidelis; quid dicendum erit de Hæreticis tam paucam partem Terræ occupantibus? erit ne inter ipſos vera Eccleſia, quæ (ſi loquamur de Caluiniſtica) intra anguſtum lacum epilogatur? Vel Lutheranorum erit vera Eccleſia, quæ tãtum aliquas Aquilonis partes ſibi ſubiecit? At (vt diximus) recte dicitur Vniuerſalis Romana Eccleſia, non ſolum, quia in omnibus Orbis terminis, ſed etiam, quia intra Infidelium ditionem, & dominium ſua agnoſcit membra, vt apud omnes, & præcipue Nauticos Viatores liquidò cõſtat. *Ab Ortu Solis, vſq; ad Occasũ laudabile nomen Domini*, & in nouiſſimo dic, *Angeli* (teſte Marco cap. tertio decimo) *à quatuor ventis congregabunt Electos*; & Pſalmo decimo octauo canitur. *In omnem terram exiuit ſonus eorum*, nempe Apoſtolorum. Item Malachiæ cap. primo ſubiungitur in perſonam Dei. *Ab Ortu Solis, vſque ad occaſum offertur mihi oblatio munda*. Et Matthæi cap. octauo ex ore Chriſti habetur de Eccleſia. *Multi ab Oriente, & Occidente venient*; ergo remanet probatum ſolam Romanam eſſe veram Eccleſiam, quia ſola Romana eſt Catholica, & Vniuerſalis Chriſti Eccleſia.

CA-

Digitized by Google

CAPVT SEPTIMVM.

In quo ostenditur quartum signum cognoscendi veram Ecclesiam.

COncludit tandem Nicenum Symbolum; Credo in *Apostolicam* Ecclesiam; ecce quartum veræ Ecclesiæ infallibile signum, siue nota; quod signum apud Romanam tantum reperitur Ecclesiam. Itaque illa est vera Ecclesia, cuius ab exordio suæ institutionis vsque ad præsentem diem possumus, & Cathedræ, & Pontificum, ordinatam, & nõ interruptam ostendere successionem. Totum hoc Cathechismus ad Parochos testatur sic scribens. *Vt omnes intelligerent, quæ nam esset Ecclesia Catholica, Patres in Symbolo illud diuinitus addiderunt, Apostolicã.* Ratio huius est, quia Magisterium, & Iurisdictio semper vnita incedunt. Vnde Paulus ad Ephesios cap. quarto, coniunxit, *Doctores, & Pastores*; adeo quod, vbi est vera Iurisdictio, ibi adest etiam, & Magisterium. *Interroga Sacerdotem legem*, dicit Malachias Propheta cáp. secundo; & sic vbi inuenitur successio Sacerdotij ab Apostolis vsque nunc, ibi etiam reperitur successio Doctrinæ ab Apostolis traditæ. Hoc supposito si retrocedendo ascendas in Sacerdotij dignitate ab Innocentio Vndecimo (quo fœliciter Regnante, & Docente in Ecclesiæ Romanæ Cathedra hæc scribo) semper successiuo ordine Sacerdotali ad Petrum peruenies, & absque vlla interruptione; ergo si non interruptus inuenitur in Ecclesia Romana ab Apostolis vsque nunc ordo Sacerdotij, debet etiam in eadem Ecclesia vera inueniri Doctrina; & per consequens Romana est vera Ecclesia.

Ecclesia Romana, est Apostolica, & est quartum cognoscendi veram Ecclesiam signum

Continuata successio Summi Sacerdotij à Petro vsque nunc reperitur in Ecclesia Romana

Negat sine rubore Caluinus Veritatem Ecclesiæ in Romana Congregatione reperiri, asserens talem Veritatem in Caluinistica conseruari Ecclesia. Equidem bene, si assertum probasset, & non potius ex seipso corrueret. Nil facilius quàm negare; nil difficilius, quàm probare. Audiat igitur Caluinus irrefragabile hoc argumentum, & in æternum sileat. Iã firmatum est, vbi vsque ad Apostolos inuenitur perpetua, & continuata Sacerdotij successio, ibi etiam, & Magisterium, seu Doctrinam, veramq; Ecclesiam reperiri. Sed in Caluinistica ecclesia à Caluino, vsque ad anteces̃orem Farellum, & non vltra, inuenitur eorum fictum Sacerdotium, & hic desijt esse; similiter, & Magisterium; ergo quomodo Caluinistica vera, & Apostolica dicetur Ecclesia? ergo Synagoga errorum, Pseudoapostolorum, non Apostolica Ecclesia erit dicenda. Forsitan respondebunt Caluinistæ, quod fuerunt occulti, vel ignoti Sacerdotes prædeces̃ores? sed hanc fabulam iumentis suadeant; nam huiusmodi ficti Sacerdotes, Homines, & non Angeli erant, vel debebant esse, sicut fuerunt Apostoli; ergo semper debebant esse visibiles; at non ita res se habet; ergo coguntur Caluinistæ asserere Synagogam, non Ecclesiam esse Caluini Congregationem. Præterquamquod, iam est supra reiecta, & con-

Negatur à Caluino, sed confutatur.

Cathedra Caluini habuit primum exordium à suo discipulo, sed anteces̃ore Farello.

Digitized by Google

& confutata hæc ridicula responsio, cum de mente Caluini probatum sit Ecclesiam semper fuisse visibilem.

Nunc audiant Caluinistæ, quid fateantur Patres, non minus veteres, quam veri, & Sancti de huiusmodi Sacerdotali successione. Clemens Romanus Pontifex, Diui Petri Apostoli Discipulus, & Successor, ac Christi Martyr, sic ad Caluinum loquitur. (A) *Vt cum Dei lex legitur, veram illius intelligentiam ab eo discamus, qui cum à maioribus, & à Dei Sacerdotibus, quorum muneris id sit, sibi traditam seruat.* Rufinus postea sermonem agens de Gregorio Nazianzeno, & Basilio, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Doctoribus, sic inquit. (B) *Sibi Dei intelligentiam, non ex propria præsumptione* (audi Caluine) *sed ab antiquioribus Sacerdotibus postulabãt, quod ipsos ex Ecclesiastica successione* (aperi aures Caluine) *eam intelligendi regulam suscepisse constaret.* Irenæus deinde, post tractam lineam successionis Summorum Pontificum, vsque ad Eleutherium tunc viuentem, subdit. (C) *Hac ordinatione, & successione ea, quæ ab Apostolis in Ecclesia traditio, & Veritatis prædicatio* (audi Caluine) *peruenit vsque ad nos.* Sequitur antedictos Tertullianus, qui hunc mirabilem modum docet conuincendi Hæreticos, nempe suadendo Catholicos, vt confundant Hæreticos contra eosdem tali pacto instando. (D) *Vt edant origines Ecclesiarum suarum; euoluant ordinem Episcoporum suorum, ita per successionem ab initio decurrentem, vt primus ille Episcopus, aliquem ex Apostolis, aut Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseuerauerit habuerit Authorem, & Antecessorem. Hoc enim modo Ecclesiæ Apostololica referunt: sicut Ecclesia Smyrneorum Polycarpum* (audi Caluine) *à Ioanne Apostolo collocatum refert. Romanorum Clementem* (aperi aures Caluine) *à Petro edit.* Origenes etiam suam addit sententiam sic scribendo: (E) *Hæreticis credere non debemus, neque à paterna Sacerdotum Doctrina, & Ecclesiastica Traditione exire.* Cyprianus sequitur in ordine, qui postquam fusè de hac successione Apostolica egit, sic concludit. (F) *Et hac vna ratione Ecclesia Catholica* (audi Caluine) *à quibusdam confictis, & simulatis coniurationibus est dignoscenda.* Tandem Hieronymus sic loquitur. (G) *In ea Ecclesia est nobis permanendum* (audi Caluine) *quæ ab Apostolis fundata, vsque in diem hanc successione durat.* Ostendant nunc Hæretici suarum Ecclesiarum has continuas successiones?

Sancti Patres quid fateantur de Petri successione.

(A) *Lib. decimo recognitionum.*

(B) *Lib. de hist. Ecclesiast. c. 9.*

(C) *Aduersus Hæreses cap. 3. & 4*

(D) *Aduersus Hæreses.*

Vniuersale argumentum Tertulliani ad cõuincendos Hæreticos omnes.

(E) *In tract. 19. super Matthæum*

(F) *Lib. 2. Epist. 12.*

(G) *Aduersus Luciferianos.*

Quid his Doctoribus respondebit Caluinus? Forsitan eorum negabit authoritatem? vtique. At omnium negabit? nequaquam, quia priores fuerunt Doctores Ecclesiæ tercentenæ à Caluino admissæ pro vera Ecclesia; & præcipuè Clemens, Petri Discipulus, & Successor. Quod si ita res se habet, ostendat Caluinus à Petro Apostolo, vsque ad seipsum suorum Pontificum non interruptam seriem? & sic à nobis improperium falsitatis, seu mendacij à sua reuocabitur Doctrina. Sed quid, nisi somniet Caluinus, vel entia rationis effingat, certè hanc successionem non poterit nobis patefacere. Vt quid ergo sic stultè de veracitate suæ Ecclesiæ nobiscum contendit?

Sed

Digitized by Google

Sed tandem mitius cum Caluino ſumam certamen. Nolo ſic acriter eum cruciare, ſed leuiter. Fingit Caluinus ex Catholicis Doctoribus ſolum erga Auguſtinum reuerentiam profiteri, licet non fuerit de Corpore Eccleſiæ primitiuæ, & tercentenæ, & ſolummodo iſtius tam eximij Doctoris authoritatem, & Doctrinam venerari. Gaudeo certè, & eſt Auguſtini fortuna à tam pertinaci Protohæreſiarcha, tamquam verum Magiſtrum ſanæ Doctrinæ haberi. At audiamus Auguſtinum, quibus argumentis ſuos contemporaneos Hæreticos, reiecerit, & confutauerit. Ipſe namque contra Epiſtolam fundamenti cap. quarto ſic ſcribit. *In Eccleſia me tenet, ab ipſa Sede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oues ſuas poſt Reſurrectionem Dominus commendauit, vſque ad præſentem Epiſcopum, ſucceſſio Sacerdotum.* Neſcio mi Caluine, an hæc mei, & tui dulciſſimi Auguſtini ſuauiter tuis auribus reſonet ſymphonia? ſed contine pauliſper pedes (rogo te) ne ab hac melodia recedas, & velut iratæ Tigris laceres teipſum, quia tuus Auguſtinus alta voce vocat te, vt aliud pauxillum expectes, quia tibi perſonaliter habet aliquid momenti communicare. Audi igitur, qua Charitate Sanctus Doctor tuus ibidem prophetico ſpiritu tecum loquatur: Audi Hæretice, audi, fige pedes, & audi hanc dulciſonam cantionem. *O infelix Anima, cui te committis? Cur non potius te ſubdis Euangelicæ Authoritati ab ipſis Apoſtolorum temporibus, vſque ad hæc noſtra per ſucceſſiones legitimas commendatæ?* & contra Donatiſtas ſcribendo, ſubiungit. *Numerate Sacerdotes, vel ab ipſa Petri Sede, & in illo ordine Patrum, quis, cui ſucceſſit.* Idem quaſi replicauit Optatus Milleuitanus, Parmenianiſtas Hæreticos deridendo. *Veſtræ Cathedræ Vos originem reddite, qui vobis vultis Sanctã Eccleſiã vindicare.* Sic igitur Doctores de Magiſterio, & Cathedra Romana loquuntur, licet exteri, licet ab Vrbe Romana nimis diſtantes, præter Clementem Pontificem, qui fuit Romanus, ſed ſimul Petri Apoſtoli Diſcipulus, & Succeſſor in Cathedra.

Conuincitur Caluinus ad hominem.

Veneratur Auguſtini Doctrinam, à qua cõuincitur.

confutatur ſecundo Caluinus ab eodem Auguſtino.

Parmenianiſtarum error deriſus ab Optato Milleuitano.

Totum hoc Caluino eſt vtique notum, nam in Epiſtola ad Regem Galliæ de Catholicis loquens, ſic ſcribit. *Eccleſiæ formam in Sede Romanæ Eccleſiæ, & Præſulum ſuorum ordine conſtituunt.* Et vim argumenti, ſiue ſuæ confutationis ex hac Cathedræ ſucceſſione deſumptam, adhuc, & bene agnouit Caluinus, qui prius, quam in Hæreſim incidiſſet fuerat Catholicus, & miniſterium Parochi exercebat, vnde ſic ait. (A) *Quãti hanc ſucceſſionẽm fecerint Irenæus, Tertullianus, Origenes, Auguſtinus, & alij, &c.* & tamen (audi candide Lector, non ſine tui admiratione petulantem Caluini reſponſionem) ſtatim reſpondendo ſubiungit ibidem. *Sed friuola ſunt iſta, & planè ludibria, &c.* Sed obmutęſce Diaboli Tuba. *friuola ſunt iſta, & ludibria?* lupanar omnium errorum, falſitatum, & vitiorum ludibria Diuinas Veritates appellas? Audi inſane, & obſerua, ſi tu, vel Romana Eccleſia es ludibriorum Obiectum, & Subiectum. Tu confiteris Chriſtum, Apoſtolos, eorumdem veneraris Doctrinam, & Eccleſiæ primitiuæ tercentenæ Cathedram veram profiteris. Sed omnes iſti antedicti Doctores ex non interrupta ſucceſſione probant Veritatem Eccle-

Verba Caluini

(A) *Lib. 4. inſtit. c. 2 ſect. 2.*

Eiuſdem temeraria reſponſio.

confutatio prima.

Digitized by Google

Ecclesiæ Romanæ; ergo non sine tua turpissima contradictione Veritas Ecclesiæ in Romana consistit; quæ propter hoc rationabiliter Apostolica dicitur, velut Apostolorum Filia, & per Cathedram fœcundè in Successoribus propagata. At qui semper est sibi contradictorius, vt Caluinus, non resipiscit, quapropter velut lumentum irrationabile, non rationibus, sed baculo docendus est, vt ad rectam semitam pedes, & caput euoluat. *Ludibria sunt ista*, Caluine? Tot maximorum Doctorum Asserta ludibria sunt, & Caluini dogmata non erunt fabulæ à tartareo Æsopo effictæ? si ludibria, cur ea veneraris in primitiua Ecclesia? si ludibria, cur rationibus non probas talia esse Catholicorum asserta? ergo magis es tu Contumeliosus hæc ludibria aliquando venerando. Vel si ludibria sunt hæc, cur per decem, & septem seculorum curricula ista non euanuerunt ludibria?

confutatio secunda.

Tertia confutatio.

confutatur quarto.

Horum ludibriorum assignans causam Caluinus loco nuper citato sic loquitur in Catholicorum improperium. *Sed cur non Africam citant, Ægyptum, & totam Asiam? nempe, quia in omnibus illis regionibus defit Sancta hac Episcoporum successio, cuius beneficio Ecclesias se retinuisse gloriantur, &c.* Sed reflectamus quæso super Caluinisticum arguendi modum, & videamus, quid concludat. Nos dicimus, quod vbi reperitur legitima Summorum Pontificum successio, ibi est vera Cathedra, veraq; Ecclesia. Hoc fundamentum conatur Caluinus euertere, sed audi quo argumento. In Ægypto, in Asia, in Africa desijt Episcoporum legitima successio, ergo non reperitur vera Ecclesia. Hoc consequens est verè Caluino dignum. Habet Caluinisticum argumentum affinitatem cum isto alio. Status Venetiarum est Status liber, seu Reipublicæ; ergo in terris non dantur Regna, vel Monarchiæ. Ex defectu partis vnius integralis, negat existentiam Totius. Vel si diceretur. Non datur Leo; ergo non datur Animal. Hæc sunt digna Hæreticalium lyceorum argumenta, quæ neque logicalium Elementorum primas agnoscunt regulas. Imo videtur Caluinus non intelligere terminos Catholicæ Doctrinæ, dum in hæc fatua argumenta prorumpit. Nos Catholici non asserimus successionem particularium Episcoporum non posse in aliqua particulari Diœcesi, vel Prouincia deficere, quia sic curreret argumentum; sed dicimus in Cathedra suprema, & Vniuersali Petri non posse successionem deficere, vt euidentia constat, quod nunquam talis defecit successio; ergo nil probat contra nostram Doctrinam Caluini argumentum. Vlterius sic primo retorqueo eius argumentum. In Ægypto, in Asia, in Africa, non solum desijt, sed nunquam fuit Caluinistarum Episcoporum legitima successio; ergo Caluinistica non est vera Ecclesia. Quid ad hæc respondebis mi Caluine? Secundo sic retorqueo eiusdē Caluini argumētū. Romæ numquam defijt Fides Catholica Romana; ergo Ecclesia Romana est vera Ecclesia, alias tenebitur asserere falsificari Christi promissum Petro factum apud Lucam cap. vigesimo secundo, nimirum. *Ego pro te rogabo, vt non deficiat fides tua*, & alibi dixit. *Ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi*. Præterea, adhuc in Regionibus à Caluino

Verba Caluini

Fatuum Caluini argumentū.

Non intelligit terminos Doctrinæ Catholicæ.

Retorquetur primo Caluinisticum argumentum.

Retorquetur secundo.

confutatur tertio.

addu-

Digitized by Google

adductis semper aliquis Fidelis Catholicus repertus est, qui Romanã venerat Ecclesiam, sed hoc sufficit ad Vniuersalitatem Ecclesiæ declarandam, quia, vt supra probauimus, Fides Christifera est illud vinculũ, quod nos Christo Capiti coniungit, & Ecclesiam constituit. Vlterius, Augustinus, licet Afer ex origine, tamen non ex Africana Cathedra collegit successionem primæ Sedis, sed bene ex Cathedra Romana. Hæc sunt Augustini verba loco supra citato, bene Caluino nota, licet postea, sic fatuè discurrat. *Si Ordo tibi succedentium Episcoporum considerãdus est, quanto certius, & verè salubriter ab ipso Petro numeramus; Petro enim successit Linus; Lino Clemens, &c.* Ecce quomodo de Petri successione in Cathedra Romana, non de particulari Cathedra loquitur Augustinus, at non sic Caluinus discurrit. His addamus Tertulliani, etiam Africani origine, Doctrinam, sic scribentis. *In negotio salutis tuæ percurre Ecclesias Apostolicas, Romam habes, Vnde nobis quoque Auctoritas præsto est statuta.* Optatus etiam ex origine Afer hæc subiungit. *Ergo in Cathedra vna sedit prior Petrus; cui successit Linus, &c.* igitur Caluine debes ex Cathedra Vniuersali Petri, seu Romana sumere, Magisterij, & Apostolatus successionem, non ex Cathedris particularium regionum, & Episcoporum; sed surdus non est, nolens audire.

Caluinus recurrit ad iniurias contra Sacerdotes, & Pontifices lib. 4. inst. cap. 2. sect. 3.

At Caluinus rationum, siue argumentorum pauperculus, quia rationes non habet, rationes omittit, & recurrit ad derisiones, & iniurias cõtra Sacerdotes, & Summos Pontifices sic vociferans. *Quid valet successio, nisi imitatio etiam coniuncta sit?* Sic Caluine vim argumentorum effugis, & ad improportionata subterfugia recurris? sed nunc nunc de tam impertinenti asserto faciam te pœnitere. Et primo, quando propriè verum esset (quod falsissimum, & impium vniuersaliter est) aliquos Sacerdotes, vel Pontifices non imitari Petrum Apostolum, &c. ergo ne bene tollitur ab eis vera successio? falsissimum est hoc consequens, nam ex eo, quod filius non imitatur Patrem; vel hæres suum antecessorem, sequitur ne, quod ambo non succedant in hæreditatem, siue quod filius non sit Patris filius? certè quod hæc sequela, neque ab ipso calumniatore Caluino concedetur, & tamen impius sic argumentatur. Pontifices non imitantur Petrum; ergo non sunt Petri Successores. Vide igitur candide Lector, quam ignarus, maledicus, & calumniator sit Caluinus. Secundo sic Caluinum confundo. Ipse enim iuratus hostis Anabaptistarum, videns istorum assertum, quod scilicet sine operum perfectione, non poterat reperiri Ecclesia, acriter contra ipsos insurgit, conaturque Anabaptistarum reijcere opinionẽ ex eo, *quia ad integritatem, & institutionem veræ Ecclesiæ, non requiruntur opera*; hæc Caluinus; tunc sic argumentor. Si ad integritatem Ecclesiæ opera non requiruntur; quomodo ergo ad reijciendam Ecclesiam Catholicam Romanam recursum habes ad opera, dicens; *Quid valet successio, nisi imitatio etiam coniuncta sit?* Sic constans es in Doctrina? Verè ridiculosus es, ecce Ilis Anabaptistas, & postea, vt Catholicos impugnes te Anabaptistam facis. Oportet, Caluine, mendacem esse memorem. Talis est Caluini Doctrina; sed hoc eo ma-

Prima confutatio.

Ridicula Caluini argumentatio.

Secunda confutatio ad hominem.

contradictio Caluini.

Digitized by Google

(A) *Loco supracitato c. 1.*

gis mihi excitat risum, quia ipse Caluinus alibi sic loquitur. (A) *Errat, qui non putant Ecclesiam, vbi non est vitæ puritas*; vt affirmabant Anabaptistæ; & ibidem postea sequenti capite secundo subiungit illa alia verba paulò supra adducta; *Quid valet successio, nisi sit imitatio etiam coniuncta?* Ecce Caluinus in Anabaptistam conuersus. Non sic vento agitatur arundo, sicut voluitur ad opposita Caluini Doctrina, quando argumentis arctatur, & Veritate cogitur.

Caluinus ad instar arundinis sibi ipsi instabilis.

Ex his omnibus ergo colligitur quatuor esse signa, quæ demonstrant veritatem Romanæ Ecclesiæ, nempe esse, *Vnam*, *Sanctam*, *Catholicã*; & *Apostolicam*. Quæ signa nulli Hæreticorum Ecclesiæ possunt adaptari, & conuenire, imò inuincibiliter repugnant. Quod si ita res se habet (vt liquido probatum est) deducitur neminem ad Portum posse peruenire salutis, nisi sit huius, *Vnius*, *Sanctæ*, *Catholicæ*, & *Apostolicæ Ecclesiæ fidele membrum*.

CAPVT OCTAVVM.

In quo ostenditur Veram Ecclesiam nunquam posse errare, siue nec falli, nec fallere, præcipue in materia Fidei.

Victus Caluinus præcedentibus rationibus, & insolubilibus argumentis, iuxta suam consuetudinem in maiores prolabitur errores, vt Vnitatem Catholicæ Romanæ Ecclesiæ (sed dicam melius) vt omnem Ecclesiam de medio tollat, & sic, vt ad libitum sui turpissimi sensus, sine aliquo moderamine, vel fræno viueret, prout vixit, in hoc impijssimum prolapsus est assertum, nempe. *Adhuc veram Ecclesiam (quacũq; illa sit) posse falli, & fallere; errare, & decipere*. O blasphemiam execrabilem! O ignauiam prauam! Vnde colligit blasphemus, & stultus Protohæresiarca hoc, quod licet concedatur Romanam veram esse Ecclesiam, attamen fallitur, quando sua dogmata firmat, & in materia Fidei propositiones decidit? Execrabile vere axioma; sed dicat mihi Caluinus, cui standum, vel ad quem recurrendum pro Veritate indaganda; pro salutis via reperienda, si standum non erit determinationibus Ecclesiæ? Standum igitur erit Caluini dementijs? Quis non videt, quam fabulosum tale sit dictum? Quis non blasphemum talem intuetur virum, dum reliquit Ecclesiam, imo totum Mundum in manus casus, & Accidentis, vt insipienter affirmabant veteres illi Philosophi, & sic reijcitur Dei Prouidentia, Diuina Sapientia, Infinita rectitudo, Christi cum Ecclesia desponsatio, Dei, & ipsius Christi vana Oracula, ac promissa? Dicam vnico verbo: *Docet Caluinus purum, verumque Atheismum*. Pudet me cõtra talem Hominem, humanitate indignum, disputationem habere. Vlterius

Execrandum Caluini dictũ.

confutatur Caluinistum assertum.

Caluinus docet Atheismum,

Digitized by Google

terius sic ad hominem confundo Caluinum. Iam probauimus signa dignoscendi veram Ecclesiam; ergo quæcumque illa sit, vera est; ergo falsus Caluinus, imo sibi contradictorius, auferendo veritatem à vera Ecclesia. Præterea Vnitas, & Veritas sunt modi entis. Ergo si Vna est Ecclesia, vera est. Si vera est; ergo non potest errare; ergo errat Caluinus hoc affirmando. Quarto sic eum euinco. Quæcumque sit Ecclesia potest per Caluinum errare, & decipere. Ergo Caluiniſtica Ecclesia errat, & decipit. Si decipit, ergo tamquam falsa ab omnibus abhorrēda, tamquam lyceum perditionis.

confutatur secundo ad hominem.

Tertia cōfutatio.

Quarta confutatio.

At non fuit Caluinus huius blasphemiæ inuentor, quandoquidem hæc omnium Hæreticorum fuit, est, eritque Doctrina, scilicet ab Ecclesia recedendum, vti erroribus subiecta, & ad propria accedere vnusquisque deliria. Sic Montanus Hæreticus (teste Eusebio) iussit suis Asseclis, nè ecclesiæ crederent, quia poterat errare. Sic etiam Nestorius Hæresiarcha (referente Vincentio Lirinense) docuit Ecclesiam sæpius errare, quia errātes sequebatur, & fallentibus hærebat erroribus. (A) Iconomachi affirmarunt veram Ecclesiam multo tempore erraſſe. Vvicleffus idem sustinuit; & tandem Lutherus, & Caluinus in hoc sacrilegum assertum adhuc, & ipsi prolapsi sunt, quia Abyssus Abyssum inuocat; Docet namque (iuxta consuetum) impiè Caluinus, quod quoties Ecclesia à literali, & explicito Dei Verbo recedit, statim à Veritate est procul, & discedit. Sed fugiat Hæresiarcha pro suo libito, nam tandem in Catholicorum laqueos incidet. Audiat igitur Scripturarum Authoritates Caluinus, & quas habet pro anchora, ab ijs etiā transuerberatus ruat. Oseæ Prophetæ Oraculū nobis pro conuincendo Caluino primum occurrit. Hic Propheta in diuina prosopopœia in ordine ad Ecclesiam cap. secundo sic scribit. *Desponsabo te mihi in sempiternum*. Nunc dicat Caluinus; Potest nè cadere, vel subiacere errori Diuinæ Sapientiæ Sponsa? Quibus verbis Sponsa Ecclesia respondens Diuino Sponso, subdit Canticorum cap. tertio. *Tenui eum, & non dimittam*. Addit Sponsa hanc vocem (*non dimittam*) vt ostenderet differentiam inter ipsam, & Synagogam, nam Synagoga tenuit aliquando, sed ob suam Infidelitatem Sponsum dimisit. At non sic Ecclesia, quæ tenuit Sponsum, nec dimisit, nec dimittet. Si igitur Ecclesia semper est Deo coniuncta, quomodo cum tali coniunctione poterit in errores incidere, dum eius Sponsus Sapientia, ac Rectitudo, & Veritas ipsa est? Idem Oseas ibidem replicat. *Desponsabo te mihi in Fide*; ergo si Ecclesia erraret in Fide repudiata esset à Sponso, velut adultera Veritatis, quia solueretur vinculum, & nexus inter eos, nempe Fidei; sed hoc negat Caluinus, & in se est falsum, cum hoc coniugium ex Propheta prædicto sit *sempiternum*. Præterea Psalmo quadragesimo septimo, Psalmista loquens de Ecclesia sub nomine, siue metaphora *Sion* expresse nostrum probat intentum. Ibi enim sic canit. *Circumdate (Sion) & complectimini eam, quoniam hic est Deus noster in aternum, & ipse reget nos in secula*; igitur si Deus reget in sæcula, seu in æternum Ecclesiam suam, dicat Caluinus, quomodo poterit errare Ecclesia Dei? Isaias

Caluini blasphemia est omnibus Hæreticis communis.

(A) *Synodo 7. sect. 6*

Prima Caluini confutatio ex Sac. Scriptura.

Differentia inter Synagogam & Ecclesiam.

Secunda confutatio.

Tertia confutatio.

Digitized by Google

quoque, cap. quinquagesimo nono, postquam ex persona Dei dixit. *Hoc fœdus meum cum eis*, statim subdit *Spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, amodo, & vsque in sempiternum.* Quid clarius ò Caluine? Semen mysticum Dauid, nulli dubium est, Sanctam Ecclesiam esse; Unde idem Dauid Psalmo octogesimo octauo in Dei Personam loquens tali pacto cecinit. *Iuraui Dauid seruo meo, vsque in æternum præparabo semen tuum.* Si igitur verba Ecclesiæ Dei verba sunt, quomodo poterit falli, vel alios ipsa Ecclesia fallere? Vlterius idem Dauid Psalmo centesimo trigesimo primo sic ait. *Elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi. Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam*; si igitur Deus Ecclesiam inhabitat per Æternitatem, quomodo Domus Dei poterit dici ab erroribus simul inhabitata, cum error repugnet cum Veritate, quæ Deus est? Præterea nulli dubium est Ecclesiam Militantem esse illam, quam sub figura Ciuitatis vidit Euangelista Ioannes Apocalypsis cap. vigesimo primo; *nouam* (scilicet) *descendentem de Cælo, à Deo paratam, sicut Sponsam ornatam viro suo.* At hoc eodem tempore Ioannes prædictus, quo hanc Ciuitatem descendentem videbat, audiuit vocem ita loquentem. *Ecce Tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis* (audi Caluine) *& ipsi Populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.* Ecce Ecclesia militans; igitur, si Deus erit, & est cum Ecclesia Militante, quomodo hæc fallere, vel falli poterit?

confutatio quarta.

confutatio quinta.

confutatio sexta.

Sed accedat Paulus Gentium Doctor, & Caluini Magister, ac eiusdem, cunctorumque Hæreticorum confundat perfidiam. Hic Apostolus igitur epist. ad Ephesios cap. quinto post multa sic scribit. *Vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam, aut aliquid huiusmodi* (aduerte Lector, quod hic Paulus loquitur de Ecclesia Vniuersali, non particulari, vt reijcias Anabaptistarum instantias) *sed vt sit sancta, & immaculata.* Dicat nunc Caluinus, esset ne Ecclesia sancta, sine ruga, & immaculata, si errores doceret, vel docere posset? Vlterius idem Paulus scribens primam Epist. ad Timotheum cap. tertio sic loquitur. *Vt scias, quomodo oporteat te in Domo Dei conuersari,* (audi Caluine) *quæ est Columna, & Firmamentum Veritatis.* Quod si talis, quomodo poterit esse Magistra erroris? Progredior vltra. Si Matthæi cap. decimo octauo dicitur Ecclesiæ; *Quæcumque solueritis, vel ligaueritis, erunt soluta, vel ligata in Cælis*, & ibidem cap. vigesimo octauo subiungitur. *Ego vobiscum sum, vsque ad consummationem sæculi*, & ibidem cap. citato decimo octauo subditur. *Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum sum.* Hac præmissa, & promissa à Christo suæ Ecclesiæ assistentia, poterit nè Caluine Ecclesia vnquam errare? si affirmatiuè respondebis; ergo, vel Christus mendax, vel mendax Caluinus. Primum est falsum, & negatur à Caluino. ergo restat, vt falsissimus sit Caluinus.

confutatio septima.

confutio octaua.

confutatio nona.

At fidelis Deus in verbis suis; infidelissimus Caluinus, qui Diuinis nõ credit promissis. Nonnè promissum Christi ecclesiæ datum fuit illud

apud

Digitized by Google

apud Ioannem cap. quarto decimo. *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, qui maneat vobiscum in æternum Spiritum Veritatis.* Quod si Paraclitus Spiritus promittitur cum Ecclesia semper mansurus; nonnè repugnabit in terminis Ecclesiam posse decipere quemquam, vel posse falli? Vlterius, apud eumdem Ioannem cap. sexto decimo Christus tali pacto loquitur Apostolis. *Cum autē venerit ille Spiritus Veritatis, docebit vos omnem veritatem*; ergo quomodo docebit, vel permittet in Ecclesia falsitatem? Præterea, apud Matthæum cap. decimo octauo Christus talem fecit Apostolis promissionem. *Ego vobiscum sum, vsque ad consummationem sæculi.* Numquid Caluine semper in terris vixerunt Apostoli, & Christus cum eis? certè nequaquam; ergo ad Ecclesiam est directus Christi discursus, & promissio; quod si Christus, qui Veritas est, semper est cum Ecclesia, quomodo cum eadem Ecclesia error, vel falsitas cohabitabit, & conuiuet? Progredior vltra; Apud Ioannem cap. decimo septimo legitur. *Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per Verbum eorum in me*; ergo Ecclesiæ Christus loquitur, & pro ea rogat Patrem de assistentia, & non exaudietur?

confutatio decima.

confutatio vndecima.

confutatio duo decima.

Quod si quis Hæreticorum insipienter dicat; hæc verba Apostolis tantum fuisse dicta, & promissa, non vero Ecclesiæ. Refellitur hæc responsio. Nam pariformiter deberet affirmari, omnia Christi præcepta, vel consilia, tantum Apostolis fuisse ab eodem tradita; & sic reliqui Christiani ab huiusmodi præceptorum, vel consiliorum obseruantia essent soluti, & exempti, quod quidem ridiculum est asserere, nec ab ipsismet Hæreticis insipientibus admittitur.

Quæ possent respondere Hæretici, sed confutantur.

Aliter igitur respondet Caluinus, nimirum, quod quando Christus promisit Ecclesiæ Spiritum Sanctum, vt omnem eā doceret Veritatem, nō promisit Vniuersitati Ecclesiæ solum, nempe Concilijs, & Cathedræ Petri, sed etiam promisit singillatim, & singulis Fidelibus omnē Veritatem; adeo quod quisque Fidelis est iure istius promissionis omni Veritate ditatus. Ecce Caluini verba formalia. (A) *Spiritus Veritatis non modò Vniuersæ simul Ecclesiæ, post Apostolos, sed singulis etiam Christianis promissus, & datus est.* Hæc Caluinus. Sed ò insipientem interpretationem! ò maximam talis Hæresiarchæ fatuitatem! vnde sic eum conuinco. Catholici pugnant cum Caluinistis, cæterisque Hæreticis, ob oppositas inter eos circa Fidei dogmata sententias; Paraclitus est Spiritus Veritatis, & docet singulos secundum omnem Veritatem; ergo quomodo duas, vel plures docebit circa idem secundum idem oppositas Veritates, cum oppositarum propositionum, altera debeat esse vera, altera falsa? ò confusionē, ò ignauiam, ò dæmoniacā dementiam! sed in has prolabitur Caluinus insanias, solum vt Romanæ contradicat Ecclesiæ. Vlterius eum sic coarcto. Si Spiritus Sanctus omnem docet Veritatem, & non solum Apostolos, & Ecclesiam docuit, sed etiam, & singulos Fideles; quomodo ergo Caluinus paulò ante asseruit Ecclesiam posse decipere, & falli? ergo non docuit omnem Veritatem; ò contradictiones, ò fabulas insanas! Præterea, si singuli fuerunt edocti à Paraclito secundum omnem Veritatem;

(A) *Loco supracita to.*

Ridiculum Caluini assertum non minus, quā enormis interpretatio.

In eluctabilis confutatio.

Confutatio secunda.

confutatio tertia.

cur

confutatio quarta.

cur Caluinus non vult Catholicis credere, cũ & ipſi poſſideant omnẽ veritatem? Progrediamur vltra, & ſuis manibus Caluinus ſeipſum percutiat. Impugnat Caluinus Anabaptiſtas remouentes, & negantes in eccleſia omnem Doctrinam, & aſſerentes, quemquam hominem Fidelem eſſe Diuinitus per interiorem illuſtrationem inſtructum de omnibus ijs, quæ ad æternam ſpectant ſalutem; ſi igitur Caluinus tales aſſertores rationabiliter impugnat; cur nunc factus Anabaptiſta ſuſtinet iam à ſeipſo oppugnatam ſententiam? probatur ſequela; quia ſi quiſque hominum interius Veritatis Spiritum habet, ſuperflua eſt Cathedra, ſuperuacaneum Eccleſiæ Magiſterium, Doctrina, Præcepta, & Dogmata; ergo Caluinus eſt Anabaptiſta, & incidit in foueam, quam Anabaptiſtis parauit. Sed nil mirum, quia cæcorum pedes, vbi plantas firment, non vident, niſi ducantur, & ideo ſemper in falſitatis foueas cadunt.

Prima ratio probans Eccleſiam procul eſſe ab erroribus contra Caluinum, & cæteros Hæreticos.

Sed reuertamur ad noſtram propoſitam materiam, nempe firmare, ac ſtabilire, nunquam eccleſiam poſſe errare, vel decipere quempiam; quod primò ad hominem contra Caluinum, & cæteros ſic probo, ac ſtabilio. Si per Caluinum quiſque fidelis habet Spiritum docentem omnẽ Veritatem; ergo multò perfectius talem Spiritum Veritatis habebit Vniuerſalis Eccleſia ſimul adunata, & prima Cathedra Petri; ergo ex Caluini principijs, neque Ecclesia poteſt errare. Vis huius argumenti tam cõuicit Caluinum, vt parum de contradictione ſuarum præmiſſarum curans, ſit coactus in hæc prorumpere verba. *Neque nego quin tota Fidelium ſocietas longè ampliori, & vberiori cæleſtis Sapientiæ theſauro prædita ſit, quam ſeorſum ſinguli.* Ergo Caluinus, licet ſibi contradictorius, volens, nolens cogitur admittere Ecclesiam errare non poſſe.

Verba Caluini loco ſupracit.

confutatur ſecundo.

Sed vlterius probatur hæc euidentiſſima Veritas authoritate Matthæi cap. decimo octauo ſupracit. vbi Chriſtus loquens de Ecclesia, sic ait. *Qui non audierit Eccleſiam ſit tibi tamquam Ethnicus, & Publicanus.* Ethnicus, & Publicanus ſunt aberrantes, à vera Doctrina. At iſti aberrantes à vera Doctrina (iuxta Chriſtiferum dictum) aduerſantur eccleſiæ; ergo in Eccleſia non eſt error, ſed vera Doctrina. Accedit, quia illi aberrant, qui eccleſiam non audiunt; ergo audientes Ecclesiam falli non poſſunt; ergo eccleſia errare non poteſt. Præterea, debemus nè nobis ſuadere Chriſtum nos conſuluiſſe, imo iuſſiſſe, vt fidem adhibeamus linguæ mendaci, & ea quæ à tali lingua nobis præcipiuntur, ſub onere æterni reatus, ac pœnæ, nos cogere tam rigoroſè ad obſeruandum? Nimis impius eſt, qui hanc blaſphemiam admittit, nimirum Chriſtum nos coarctare ad obediendum Cathedræ erranti, quæ poſſit nobis callem extorquere ſalutis, & à recta via noſtros revocare greſſus; imo potius ad callem perditionis noſtros dirigere motus, & actus; nam hoc affirmans tenetur ex conſequenti affirmare Chriſtum Dominum, qui eſt Veritas, & via ſalutis, fuiſſe cauſam noſtrorum errorum, & damnationis, dum nobis præcepit erranti, & ignaro obedire Magiſtro, nempe eccleſiæ erranti, quod impijſſimum eſt aſſerere; & contra literam ſacri textus Ioannis cap. quarto decimo, vbi dicit Chriſtus. *Ego ſum via, Veritas, & Vita.*

Tertia confutatio.

& Apo-

Digitized by Google

& Apocalypsis cap. vigesimo quinto legitur. *Domine Deus Omnipotens iustæ, & veræ sunt viæ tuæ*, & ad Thessalonicenses cap. tertio subiungitur. *Dominus noster Iesus Christus dirigit viam nostram ad vos.*

Coactus, & victus hoc efficaci argumento Caluinus, concedit audiendam esse Ecclesiam, & quod falli non possit, sed cum addito, scilicet, quod tunc est audienda, cum certitudine Veritatis, quando nil statuit, quod in Scriptura expresse non sit prænunciatum. Audiamus eius verba. *Ecclesia audienda est quis negat? Audienda est, quando nihil prænunciat, nisi ex verbo Domini.* Hæc Caluinus. Sed ego ipsum sic redarguo. Quis, ò impiè Hæresiarcha ex Catholicis vnquam negauit recedendum esse à verbis Domini? at tua verba optimè cerno, quot occultent insidias, nempe Verbum Diuinum solum illud esse, quod explicitè in Sacra Scriptura legitur, seu sensus literalis, siue grammaticalis. O Vulpem à Dæmoniacis fraudibus edoctam? ergo solum literalis significatio erit loquela, & sermo Diuinus? ergo Concilia, traditiones, præcepta positiua Ecclesiæ, sensus mysticus, anagogicus, allegoricus, metaphoricus, &c. non sunt verba Dominica, ò Caluine? Jam supra, capite primo hoc tuum patenter est confutatum assertum; sed vltra ibi dicta scias, quod non multum distas à loco, in quo te sic durius, & acriter torquebo, vt velis nolis cogaris confiteri omnia antedicta, & non solum literam esse Verbũ Domini. Expecta tantisper, quia cito ab hac tua vltima responsione me expediam, & postea stabimus simul vsque ad vltimum sanguinem pugnantes. Pro nunc audi Caluine tuum puerilem, & consuetũ circulum, seu principij petitionem, quam in tua facis responsione. Asseris igitur audiendam esse Ecclesiam, quando prænunciat ex verbo Domini. Equidem bene; sed quæro, quid est Verbum? ecce eiusdem Verbi responsum. *Ego sum Veritas*; ergo recedere à Verbo, est recedere à Veritate, & ad falsitatem accedere; & è contra, non recedere à Verbo est non recedere à Veritate; ergo totum id, quod infertur ex Caluinistica responsione est quidam vitiosus circulus, nempe, quod Ecclesia verum dicit, quando dicit verum, quia tunc dicit verum, quando non discedit à Verbo, seu à vero, quia Verbum est Veritas; sed quid quid sit de insidiosa, & fallaci Caluini Dialectica, iam fusè supra dictum est, Ecclesiam semper esse cum Verbo vnitam, quia secum Verbum incarnatum est cum Spiritu Veritatis vsque ad consũmationem sæculi per assistentiam, & sic non solum non poterit errare, sed semper hominibus omnem prænunciabit Veritatem,

Verba Caluini vbi supra.

Redarguitur Caluinus.

Conuincitur Caluinus de petitione principij iterum.

CA-

Digitized by Google

CAPVT NONVM.

In quo ostenditur non solum Verbum esse Diuinum id, quod inuenimus scriptum in Sacra Scriptura; sed etiam multa, quæ scripta non sunt, Verba esse Diuina.

ADsum Caluine ad mea erga te complenda (paulò supra) data promissa; & tecum in arenam descendo, vt Ducem, & Commilitones omnes hæreticos illo vestro inexpugnabili denudem gladio, scilicet, Verbum Dei esse solum literalem Scripturæ sensum, siue veteris, siue noui Testamenti, quapropter vos veros Euangelicos esse, ac Christianos, dū ad literam Dei Verbum seruatis; nosque Catholicos Hæreticos esse, qui tot, tantaque à nobis efficta præcepta, determinationes, sanctiones suademus obseruari, & esse Dei Verbum, vt sunt Concilia, Traditiones, consuetudines, & cætera huiusmodi, fidelium conscientias aggrauando, & deprauando, contra Domini voluntatem, & intentum dicentis. *Iugū meum suaue est, & onus meum leue*, Itaut verificetur de nobis illud, quod Christus dixit de Phariſæis apud Matthæum cap. vigesimo tertio. *Imponunt onera grauia, & importabilia super humeros hominum*. Hæc Hæretici contra Catholicos vociferantur, & opponunt.

Sed hoc Hæreticorum assertum, quo ad primam partem, nempe Verbum Diuinum esse solam, & nudam literam, iam capite primo fuit à me inuincibiliter confutatum; quapropter ad secundam partem accedo, nimirum, Concilia, Traditiones, præcepta, Consuetudines Ecclesiæ adhuc Domini Verba esse, vt per omnia, & in omnibus remaneat victus, expugnatus, ac confusus meus Anatagonista cum omnibus eius sequacibus. Certum est (inquit Caluinus) illa esse vera Dei verba, quæ ex Dei ore procedunt, scilicet, ex Diuina reuelatione. Sic Moyses nō mittitur ad Populum, nisi ab ore Dei prius instructus, quia Dominicum os, est os Veritatis, iuxta illud. *Ego sum veritas*. Vnde Malachiæ cap. secundo legitur; *Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius*, nempe Domini. Similiter apud Ezechielem cap. tertio habetur. *Audies ex ore meo Verbum, & annunciabis illis ex me*. Item Ieremiæ cap. vigesimo tertio dicitur. *Qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum*; & alia quam plura loca habentur in Sacra Scriptura, quæ hoc totum patefaciunt, nimirum. *Hæc dicit Dominus. Os Domini locutum est*; & cætera consimilia loca adducuntur à Caluinistis, & Lutheranis, vt Catholicam nostram infringant sententiam. Ex professo omnes allatos textus, & alios quamplurimos adducis

Scripturæ à Caluino adductæ contra Catholicos.

Cal-

Digitized by Google

Caluinus; ſed ego ſcire vellem quid præſumunt Hæretici contra Catholicos vigore talium adductarum Scripturarum? quis ex Catholicis tales Scripturas vnquam negauit? ſed id, quod ab ignaris, & doloſis Hæreticis ex his textibus infertur, illud tantum negant Catholici; inferunt enim ipſi ex præfatis locis fideles debere credere totum id, quod eſt in Scripturis grammaticaliter expreſſum, & nihil vltra. At hæc conſequentia, ſolum ex Dialectica Hæreticali deducitur, videlicet, admittitur Sacræ Scripturæ textus; ergo tantum debemus credere, quod exprimitur ſolum in eadem Scriptura, & non vlterius? Quis non videt hanc illationem minimè ex antecedenti deduci? eadem eſt Hæreticorum argumentatio cum iſta alia. Veneror, & admitto Cardinalem Petrum. Ergo non poſſum admittere Cardinalem Franciſcum. Quæ connexio quæſo eſt inter hoc conſequens cum ſuo antecedenti? vel dicamus clarius. Petrus eſt verus Cardinalis; ergo Franciſcus non eſt Cardinalis verus. Sic argumentantur Hæretici. Hoc Verbum non eſt ſcriptum in ſacris folijs; ergo non eſt Verbum Dei. At falſa eſt huiuſmodi argumentatio falſitate ſuppoſitionis, quia Hæretici ſupponunt nullum aliud dari Verbum Diuinum, niſi ſolum ſcriptum, quod nos Catholici aperto ore negamus. Exemplum eſt in promptu. Vera eſt iſta propoſitio. *Omnis homo eſt animal*. At falſa eſt hæc alia. *Omne animal eſt homo*; ratio huius eſt, quia in plus ſe habet animal, quam homo. Sic in propoſito, in plus ſe habet ſermo Dei, vt ſic, & generaliter acceptus, quam ſermo Dei indiuidualiter ſumptus, nimirum ſcriptus. Imo per eamdem Caluiniſticam Doctrinam, retorquendo argumentum ſic Caluinum confundo. Moyſes ordinauit populo illa, quæ à Deo acceperat; ſed non omnia Moyſes à Deo ſcripta accepit, & tamen à Deo ſibi ordinata erant; ergo vltra Scripturam Eccleſia Dei verbum habet; ergo non ſolummodo, quæ ſcripta ſunt ſeruare debemus. Sic ego applico. Eccleſia præcipit, quæ à Deo habuit; ſed non omnia ſcripta accepit, & accipit; ergo vltra Scripturam Eccleſia Dei verbum habet. Vlterius addo. Cum Moyſes figurauerit Eccleſiam, Deo replicauit illud adamuſſim, quod poteſt nunc Eccleſia contra Caluiniſtas replicare, nimirum illud Exodi cap. quarto. *Non credent mihi, neque audient vocem meam, ſed dicent, non apparuit tibi Dominus*; & tamen licet Populus non legerit ſcriptam Diuinam ordinationem, adhuc Moyſi credidit; ergo ita à pari dicendum in caſu noſtro. Præterea Sacerdotes non annunciabant niſi Verbum Diuinum, nec omne verbum ſcriptum erat, nec omne ſcriptum exhibebatur populo ad legendum; & Eccleſia pariformiter nihil præcipit, niſi à Verbo Diuino accipiat; *quia vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo in medio eorum ſum* dixit Chriſtus apud Matthæum cap. decimo octauo. Vlterius; ſi Caluinus illa adducta verba Malachiæ ponderaſſet, *nempe cuſtodire ſcientiam, & requirere legem*, agnouiſſet talem textum infinuare verbum ſcriptum, & non ſcriptum; ratio eſt, quia ſi os Sacerdotis cuſtodit ſcientiam; ergo omnis Doctrina non eſt ſcripta, ſed ab ore Primæ Cathedræ, etiam pendet. Similiter textus Ezechielis eſt pro Catholicis, quia ibi dicitur. *Audies*

Lib 4. inſtit. initio octaui cap. vſque ad finem ſect. 6.

confutatio prima.

confutatur ſecundo, quia retorquetur Caluini argumentum contra ſuũ Authorem.

Noua, ſeu tertia confutatio ad hominem.

confutatio quarta.

confutatio quinta.

Digitized by Google

Textus Ezechielis facit pro Catholicis.

ex ore meo verbum, &c. Audies (dicit) non leges verbum; ergo non omne verbum Diuinum est scriptum. Præterea Ieremias citatus vtique dixit; *Qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum*; hæc est Scriptura. Sed silet dolosus Caluinus id, quod idem Propheta ibi subiungit; nimirum. *Qui habet somnium, narret somnium*; At somnium nõ est scriptum, vt sunt nocturnæ reuelationes; & Tandem semper ecclesia sine mendacio dicere potest. *Hæc dicit Dominus; hæc ait Dominus, &c.* Sed etiam potest subiungere illud Actuum Apostolorum cap. tertio decimo. *Visum est Spiritui Sancto, & nobis*, quia Spiritus Sanctus non solum loquitur in Scriptura, sed etiam in reuelationibus, quibus quotidiè cum ecclesia vtitur. ex quibus omnibus colligitur, & concluditur, quod duplex est verbum Dei, aliud scriptum, aliud traditum, & nos huic vtriq; Verbo debemus subijcere caput, & in ambobus his verbis nostra salus consistit.

Textus Ieremiæ adhuc pro Catholicis.

conuincitur iterum Caluinus irrefragabiliter.

Nunc audiat Caluinus suam ineluctabilem confutationem. Nullus saluari potest (inquit noster Aduersarius) nisi verbo Diuino scripto credat, & obediat. Hæc maior propositio est Caluini; At est de fide in lege Naturæ multos Patriarchas fuisse saluatos, & tamen tunc nullum aderat Verbum Diuinum scriptum; ergo non solum Verbum Diuinum scriptũ, sed etiam traditum, & auditũ ducit ad salutem. Præterea præceptum circumcisionis ab Abraham vsque ad Moysen non fuit seruatum per transmissam scripturam, sed tantum per traditionem; ergo verbum traditum adhuc ducit ad salutem. Sic pariformiter dicendum erit de Ecclesia.

confutatur secundo.

Caluini responsio.

His argumentis respondet Caluinus loco supracitato. *Postquam Deus Verbum suum scripto mandari, & consignari voluit, nihil extraneum docendum est illi, quod in lege scriptum est.* Sed facilè reijcitur, & confutatur hæc Caluini responsio; Nam si post legem scriptam omnia in Scriptura à Deo reuelata fuissent, quomodo verificaretur textus. Esdræ cap. quartodecimo, vbi ex persona Dei loquentis, sic legimus. *Enarraui Moysi mirabilia multa, & præcepi eis dicens; hæc palam facies verba, & hæc abscondes.* Ibidem etiam subiungitur. *Quædam palam facies, quædam Sapientibus absconsè trades*; Isti igitur textus nonnè reijciunt ad literam Caluini responsionem, cum loquantur post à Deo acceptam Scripturam? pro cuius notitia.

Reijcitur, & confutatur.

Sciendum est, quod Origenes homilia quinta super librum Numeri; & Hilarius super Psalmum secundum scribunt, quod Deus Moysi supra Mõtem Synai, non solum dedit legem, sed etiam reconditam talis legis expositionem, cum hoc tamen expresso præcepto, vt populo scriptam exhiberet tantummodo legem; eius expositionem solummodo oretenus communicaret suo Successori Iosue; ergo falsum est Caluini assertũ, omnes scilicet traditiones post legem scriptam defecisse, & cessasse. Addimus antedictis argumentis Regium testimonium post legem scriptam, nempe Dauid Psalmo quadragesimo octauo nostrum assertum literaliter confirmans. *Deus auribus nostris audiuimus, Patres nostri annunciauerunt*

Iterum confutatur.

Digitized by Google

runt nobis. Ecce traditiones post legem scriptam à Moyse. Quid ad hæc respondebit Caluinus? Vlterius, idē Propheta Psalmo septuagesimo septimo sic canit. *Quanta mandauit Patribus nostris notaria facere filijs suis?* vbi notandum est, non solum certas esse traditiones, sed etiam dari à Deo hominibus præceptum de Traditionibus; quid ergo, mi Caluine, dices ad hæc? Tandem Deuteronomij cap. trigesimo tertio hæc verba leguntur. *Interroga Patrem tuum, & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi.* Quid clarius, ò Caluine? cede ergo arenam, & in posterum voue, nunquam cum Catholicis pugnaturum te fore. Audio, video Caluini angustias, qui tot argumentis arctatus, tandem se reducit ad angulum; sed adhuc ex angulo paulatim expellam, & in foueam contumeliæ ipsum deijciam. Replicat ergo Caluinus, debere saltem post Christi aduentum huiusmodi cessare Traditiones. Sic Caluinus, sed sino tantisper ipsum quiescere, vt respiret ex ictibus acceptis, ad finem prænotandi quædam ad nostram pugnam necessaria, quibus prænotatis, statim contra ipsum reimpugnabimus gladium, vt iterum, ac iterum eum transfigamus.

Alia confutatio.

Caluinus replicat suadendo.

In tres differentias, seu interstitia diuidendum est Tempus post Christi Natiuitatem, nempe in illud, quo ipse Dominus cum hominibus cōuersatus est. Secundo in illud post eius Ascensionem, quo tempore sine Scriptura docuerunt Apostoli; & tandem in illud, quo ceperunt Apostoli scribere, vsque ad vniuersalem Mundi consumptionem. His præmissis redeo ad Caluinum. Quid dicis Hæretice, non esse recedendum à Scriptura eo tempore, quo Christus Dominus nobiscum permansit? si hoc asseris verè deliras, nam tali tempore Christi Verbum scriptum non erat; imo Dominus neque iussit, vt scriberetur eius doctrina; sed potius inuenio (audi Caluine) traditiones ab eodem Christo hoc tempore iussas, vt constat apud Marcum cap. sexto, vbi tale præceptum suis dedit Apostolis. *Euntes prædicate* (non dixit scribite) *Euangelium omni Creaturæ*; quod prædictum, longè antea fuerat à Jeremia Propheta cap. trigesimo primo his verbis. *Dabo legem meam in visceribus eorum, & in cordibus eorum scribam eam*; Hoc idem voluit insinuare Paulus Apostolus epist. secunda Corinthiorum cap. tertio dicens. *Epistola estis Christi administrata à nobis, & scripta non atramento, sed Spiritu Dei viui; non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus*; ergo mi Caluine hoc tempore non habemus Scripturas, sed vtiq; traditiones.

Tria tempora interstitia à Christi Natiuitate,

Prima Caluini confutatio.

Christus iussit traditiones.

Ieremias confutat Caluinū.

Et etiam Paulus.

Vel loquimur de tempore post Christi in Cælum ascensum, postquam scilicet Christus oretenus desijt suam docere Doctrinam, & hoc tempore asserit Caluinus reiectas fuisse omnes traditiones, quia (dicit ipse) *Ita pleno ore nobis edisserit, vt post se nihil docendum reliquerit.* O mendacij! ò delirium! sed veniamus ad rem. Dico primò, quod si Christus adhuc omnia docuisset, adhuc necessariæ fuissent Traditiones. Secundo dico, falsum esse Christum sigillatim, seu singula docuisse, quia multa omisit, vt postea lapsu temporis à Spiritu Paraclito ecclesiæ reuelarentur. Antequam hæc duo assumpta demonstrem, quæro, num post Christi Ascen-

Caluini verba

Adhuc si Christus omnia docuisset, necessaria essent Traditiones.

Digitized by Google

sionem aliquo temporis interstitio permanserint Apostoli vocaliter tantummodo docendo, & Verbum Dei prædicando, antequam hoc Verbū Scripturæ mandarent? Affirmatiuè fas est respondere Caluinum, quia affirmatiuè Respondent Irenæus libro tertio contra Valentinum. Eusebius libro tertio hist. cap. vigesimo quarto. Chrysostomus homilia prima in Matthæum. Theofilatus initio Comment. in Matthæum. Hieronymus Catal. Scriptorum Ecclesiast. in Matthæum, & Ioannem, & alij. Præter quam quod textus primi capitis Lucæ Euangelistæ totum hoc determinat, vbi sic scribit. *Quoniam multi conati sunt ordinare narrationes, quæ in bonis completa sunt, rerum, sicut tradiderunt nobis* (audi Caluine) *qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis, visum est mihi scribere, & vt cognoscas eorum verborum* (iterum audi Caluine) *de quibus eruditus es, veritatem*; igitur viua voce per multum temporis interstitium Apostoli docuerunt Fideles, Iudæos, & Gentes. Hoc supposito quæro à Caluino, Homines, qui hoc modo, scilicet, oretenus edocti tūc decesserunt, saluati sunt nec ne? vtique, tenetur Caluinus, & nos respondere debemus. At illa Doctrina, per quam salui facti sunt, scripta non erat, sed tradita; ergo tunc aderant traditiones, & traditionibus credentes salui fiebant; ergo (vt ad primum assumptum redeam) adhuc si Christus omnia tunc docuisset, necessaria erat hæc Apostolica traditio, qua Apostoli ea, quæ à Christo acceperant, alios oretenus docerent; At falsum est Christum sigillatim omnia docuisse, quia ipsemet apud Ioannem cap. quartodecimo proprio ore testatus est, quod *multa habebat eis dicere, quæ tunc portare non poterant*, & ideo eis se missurum promisit Spiritum Sanctum, qui omnia patefeciset, & omnem docuisset Veritatem.

Lucas Euangelista conuincit Caluinum,

Iterum conuincitur Caluinus.

Christus sigillatim non omnia docuit.

(A) *Lib. 4. sup. cit. c. 8. sect. 17.*

(B) *Caluini responsio.*

Eius contradictio.

(A) Caluinus hoc argumento victus (immemor, de eo, quod alibi dixerat, (A) nimirum, *Christus, ita pleno ore edisserit, vt nihil docendū reliquerit*) eodem capite sectione quinta sic respondet, (sed sibi contradicendo iuxta solitum) super illa verba; *multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modo*. (B) *Rudes adhuc fateor, & propè indociles erant Discipuli, cum illud à Domino audierunt; sed postea à Spiritu Veritatis ducti in omnem Veritatem sua scripta ediderunt*; ergo secundum Caluinum quædam Apostoli à Christo: quædam verò à Spiritu Sancto didicerunt, quæ antea nesciebant; ergo sibi contradicit; ergo ea, quæ vsque tunc acceperant erant tradita, non scripta; ergo standum etiam est traditionibus, tamquam Diuinis verbis.

Duo falsa Caluini supposita.

A sufficienti, igitur, temporis differentia assignata remanet (vt ipsemet Caluinus angustatus dicit) quod talis necessitas traditionum desierit esse postquam scripserunt Apostoli, & Euangelistæ, quia debemus credere in his Scripturis omnia illa, quæ Christus docuit, includi. Supponit igitur Caluinus duo; primum est, Christum docuisse totum id, quod nobis expedit, & est necessarium scire. Secundò supponit in Euangelijs adamussim scripta esse omnia, quæ Christus docuit. At ambo hæc suppositia, siue Caluinistica principia sunt falsissima. Primum suppositum pa-

Digitized by Google

pátet esse falsum ex dictis verbis Christi, nimirum; *multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modo; & Paraclitus suggeret omnia, & docebit omnem veritatem*; & ad summum, quod posset Caluino concedi, esset, Christum docuisse omnia in vniuersali, non autem in particulari, vt videtur insinuasse Paulus ad Romanos cap. tertio decimo his verbis. *Plenitudo legis est dilectio*, & idem Christus apud Matthæum cap. vigesimo tertio dixerat ante. *Diliges Dominum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum, sicut teipsum, in his duobus mandatis Vniuersa lex pendet, & Prophetæ*; hanc particularem Doctrinam Spiritui Sancto relinquens explicandam suæ Ecclesiæ, iuxta vrgentias, & necessitatem eiusdem Ecclesiæ. Non minus falsum est secundum Caluini suppositum, videlicet totam Doctrinam ab ore Christi eructatam, esse ab Euangelistis adnotatam; & ratio est, quia si omnia opera, & mirabilia, quæ Christus patrauit non sunt plenè descripta in Euangelijs, quanto magis debemus credere non omnia eius verba scripta fuisse? Doctores Ecclesiæ fatentur, plures, quam in acta missos, Christum suscitasse mortuos. Vlterius, quando Euangelistæ loquuti sunt de Christi operibus generali sermone, nimirum, *curabat omnes, &c. singulis manus imponens sanabat omnes, &c.* quot verba in his actionibus, quæ Doctrina interfuit? & tamen non leguntur ab Euangelistis scripta. Sed quid moror in hoc probando, quãdo idem Euangelium Ioannis cap. vigesimo primo hòc expressè testatur? *Sunt autem, & alia multa, quæ fecit Iesus* (inquit Euangelista dilectus) *quæ si scribantur per singula; nec ipsum arbitror capere posse Mundum* (audi Caluine) *eos, qui scribendi sunt libros*. Confirmatur totum hoc, nam Lucæ cap. vigesimo quarto legitur Christum Discipulis in Emmaus iter facientibus *interpretatum esse Scripturas: incipiens* (textus inquit) *à Moyse, & omnibus Prophetis*; & tamen eiusmodi interpretationes non videntur in acta missæ. Similiter ibidem legitur Christum post piscium comestionem, *aperuisse Apostolis sensum, vt intelligerent Scripturas*; attamen talem declarationem Scripturarum non legimus apud Lucam, nec apud alios Euangelistas. Præterea Actuum Apost. cap. primo legitur, quod apparuit Apostolis loquens de Regno Dei, & tamen non leguntur adnotata ea, quæ loquutus est; sed bene credimus huiusmodi non adnotata fuisse postea successiuè (prout res expostulabat) fidelibus tradita, aperta, & patefacta ab Apostolis.

Christus in vniuersali potest dici, quod docuerit omnia.

Nõ omnia, quæ Christus docuit fuerunt ab Euangelistis adnotata.

Aliqua Christi interpretationes Scripturarum non fuerunt ab Euangelistis scripta.

Ex his omnibus colligimus, quam falsum sit Caluini assumptum potius, quam argumentum, duobus falsissimis suppositis innixum, nimirũ cuncta necessaria non dum, sed etiam indefinitè docuisse; & quod omnia, quæ docuit adamussim sint in Euangelijs adnotata. Hac falsitate suppositorum Caluini euidenter demonstrata, sic retorqueo suum argumentum ad ipsiusmet confusionem. Christus non omnia docuit; ergo indigemus traditionibus. Retorquetur secundo sic. Nõ omnia, quæ Christus docuit sunt adnotata in Euangelijs; ergo per traditiones sunt nobis transmittenda; ergo quomodocumque loquatur Caluinus, semper remanet victus, & confusus.

Retorquetur argumentum Caluini, & cõfunditur.

Retorquetur secundo.

Sed

Digitized by Google

Hucusque benè discurrit Caluinus, sed à quo sumenda erit, hæc regula? subiungit impius; *nempe ab arcano testimonio Spiritus*. O dignum Caluino responsum! igitur ab interna inspiratione sumenda est talis regula cognoscendi in Scripturis Verbum Diuinũ? igitur proprius vniuscuiusq; hominis spiritus singulis hanc certitudinem præbet? & non erubuit Caluinus, quando has scribebat insanias? Vnde loco nuper citato sectione secunda antea scripserat. *Perinde est, ac si quis roget vnde discamus lucem à tenebris discernere; album à nigro; suaue ab amaro*; taliter quod, sicut sensus corporeus facit hæc omnia discernere; sic proprius spiritus in vnoquoque Fideli facit Scripturas falsas à veris distinguere. Hanc eamdem insaniam, etiam antea docuerat Lutherus, quasi ijsdem verbis: sed parui oneris erit hanc ridiculam assertionem reijcere. Pro quorum confutatione.

Asserit Caluinus ab arcano testimonio particularis Spiritus desumendã esse veritatem Scripturarum.

Sed confutatur una cum Luthero.

Suppono prius de eodem secundum idem Veritatem vnam esse. Suppono secundò Spiritum Paraclitum Spiritum Veritatis esse, & omnem docere veritatem; his præmissis contra vtrumque sic argumentor. Spiritus meus interior suadet mihi Machabæorum libros Canonicos esse; at vobis Spiritus vester suadet oppositum; ergo falsum est ab interiore spiritu hoc posse dignosci, quia Veritas vna est, & Paraclitus est Spiritus Veritatis; ex quo irrefragabiliter sequitur quod, vel Paraclitus in vno docebit veritatem, & in alio falsitatem, quod à vobis negatur; Vel quod de eadem re possit verificari Veritas, & Falsitas, quod quoq; repugnat in terminis. Vel ridicula est vestra sententia, & insana. Adaperite aures, ò insipientes, *& stulti aliquando sapite*, vobis exprobrat Psalmista Cantione nonagesima tertia. Toti Ecclesiæ in Vniuersali acceptæ, non singulis hominibus suam Christus, & Paraclitus promiserunt assistentiam, idcoque non oportet omni Spiritui credere inquit Ioannes Apostolus Epistola prima cap. quarto, quia multoties, imo semper vobiscum Satanas se transformat in Angelum lucis.

Ex his deducitur, quod cum Hæretici, & Catholici oppositum sentiãt, hoc à duobus spiritibus procedat, & sic mendax erit vnus, & verus alter; attamen sine erroris timore credo, quod Spiritus verax assistat Ecclesiæ, pater verò mendacij Hæreticis conctis suam præbeat assistentiam; quapropter contra nostros Antagonistas repetam verba ab Augustino circa hanc eamdem insaniam contra Manichæum prolata. *Id vos agitis, vt omnis de medio Scripturarum Authoritas auferatur, & suus cuiusque Spiritus, non Diuinus Author sit, quid in vnaquaque Scriptura probet: hoc est, vt non Authoritati vester animus subijciatur, sed contra Scripturas vobis seruire iniqua tyrannide cogatis.* Vlterius sic ambos confundo: Lutherus, & Caluinus fatentur figillatim verum possidere Spiritum; sed ambo in multis, & permultis aduersantur Dogmatibus; ergo eorum Spiritus Diabolicus, non Paraclitus est.

Fraus Caluini, & Lutheri adaperitur ab Augustino.

confutatur secundo.

Nos igitur Catholici, cum sciamus Deum nobis non oretenus loqui, sicuti antiquitus consueuerat, ac etiam quando Humanitate velatus nobiscum conuersatus est; & vlterius sciamus, quod duplici modo post suã

in

Digitized by Google

in Cælum aſcenſum nobis loquatur, nimirum, vel in Sacra Scriptura, vel per os Vniuerſalis Eccleſiæ, ſequitur, quod vel canonicas legamus Scripturas, vel ordinationes, ſiue ſanctiones Eccleſiæ Vniuerſalis audiamus, certi ſumus Deum nobis loqui; & ſicut characteres Sacræ Scripturæ in ſe nullius ſunt roboris, ſed pro eo, quod exprimunt ſunt verba Diuina; ſic conſiderando Epiſcopos ſolitariè, puri homines ſunt; ſed vt in Chriſti nomine in Concilio à Summo Pontifice congregatos, & eorum ſanctiones ab eodem Papa confirmatas, tunc eorum verba ſunt ordinationes Diuinæ. Ex quo ſequitur Scripturam totaliter pendere ab Authoritate Eccleſiæ, & Eccleſiam hanc authoritatem à Deo accepiſſe; *Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam; quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutũ, & in Cælis, & quodcumque ligaueris, erit ligatum, & in Cælis.* Vbi notandum eſt, quod non dixit Chriſtus, *quodcumque ſolueris* (*ſecundum Scripturam*) ſed abſolutè, vt oſtenderet totam Authoritatem declarandi Scripturas ab Eccleſia eiuſque capite oriri; eo magis in ſententia Caluini, qui à ſenſu literali non vult diſcedere. Tum quia ſubiunxit Chriſtus; *Tibi dabo claues Regni Cælorum; Ego vobiſcum ſum ad conſummationem ſæculi. Spiritus Paraclitus docebit vos omnẽ Veritatem.* Vltra quod ſequeretur, omnes Fideles à Petro vſq; ad Caluini tẽpora defunctos dãnatos eſſe, quia Traditionibus, & Sanctionibus Eccleſiæ crediderũt, quod quidẽ non admitteret Caluinus. *Euangelio igitur non crederem niſi me Eccleſia cõmoneret Authoritas*; repetã cũ Auguſtino citato; quodq; confirmauit Thomas Aquinas ſic ſcribens. (A) *Reſpondeo dicendũ, quod maximam habet Authoritatem Eccleſia conſuetudo, quæ ſemper in omnibus eſt amulanda, quia & ipſa Doctrina Catholicorum Doctorum ab Eccleſia Authoritatem habet; Vnde magis ſtandum eſt Authoritati Eccleſiæ, quam Auguſtini, vel Hieronymi, vel cuiuſcumque Doctoris.* Vnde colligimus illam Scripturam continere Verbum Diuinum, quæ ab Eccleſia inter Canonicas connumeratur, & ſic liber Baruch, Ieremiæ Prophetæ Cancellarij, Canonicus eſt, quia vt talis ab Eccleſia declaratur; ſed hoc negatur expreſsè à Luthero, & Caluino, ex eo, quia ibi apertè manifeſtatur interceſſio Sanctorum, quæ omninò excluditur ab ambobus his Hæreſiarchis, & adducunt rationem, cur negent talem librum Baruch eſſe Canonicum, & eſt hæc, quia talem librum non legunt ab antiquis Authoribus fuiſſe memoratum, & adductum.

(A) 2.2.q.10.art. 10.

Liber Baruch negatur à Luthero, & Caluino, & cur?

Sed hoc aſſertum refellitur, Tum quia liber Baruch fuit ſubintellectus ad Jeremiæ Prophetiam, tamquam eiuſdem à ſecretis, & quod hoc verum ſit Auguſtinus libro decimo octauo de Ciuitate Dei cap. trigeſimo tertio adducit quædam verba Baruch ſub nomine Ieremiæ. Idem faciunt Clemens in Pædagogia, & ſexta Synodus ſeſſione octaua. Tum quia Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Florentino, & Tridentino hunc librum in Canonicum acceptauit, & approbauit. Sic etiam libros Machabæorum eſſe Canonicos ſuſtinent Auguſtinus vbi ſupra cap. trigeſimo ſexto; Iſidorus libro ſexto Etymol. cap. primo; & Jnnocentius primus in Epiſt. ad Exuperium Toloſanum. Idem aſſerit Eccleſia in Concilio ſub Gelaſio

Sed confutatur

Digitized by Google

retici semper fuerunt traditionum Hostes iurati, quia Scripturam possunt ipsi pro suo arbitrio exponere, & extorquere, at non traditiones, quia istæ eorum petulantiam refellunt, & frænant; Vnde Vincentius Lirinensis sic nobis scriptum reliquit. *Intellige non modo aduersus Hæreticos plus habere traditiones, quam Scripturas virium; sed etiam omnem ferè cum Hæreticis disputationem ad traditiones à maioribus acceptas esse referendam.* Hoc idem confirmauit Tertullianus his verbis. *Aduersus Hæreticos, magis traditionibus, quam Scripturis differendum est*; & Ignatius concludit. *Ea ratione Hæreticorum vitari contagia, si diligentius, ac tenacius Apostolorum traditionibus inhæreatur.*

CAPVT DECIMVM.

In quo ostenditur, quod Concilium à Pontifice Maximo congregatum, ac confirmatum repræsentat Vniuersalem Ecclesiam, & legitimum dicitur; secus verò si non est à Pontifice adunatum, & confirmatum.

Ratio Hæreticorum contra Concilia.

DEnuò effugiunt Hæretici, asserendo, verum esse non posse Ecclesiam errare, vel fallere quempiam; & quidquid ab ea sancitur veriſſimum esse; at negant Ecclesiam vnquam aliquid ordinare, quia licet quandoque aliqua membra Ecclesiæ, nempe Episcopi in vnum congregentur, & adunentur, attamen talis Congregatio non dicitur Ecclesia; & ratio est (inquiunt) quia Ecclesia est tam, tantumque diffusa, vt impossibile sit omnia sua membra in vnum reducere, ac congregare; sed Ecclesia est vnio, & coadunatio omnium suorum membrorum; ergo cũ hæc Vniuersalis Congregatio haberi non possit, sequitur quod nunquam habeamus veram, & Vniuersalem Ecclesiam, illam scilicet, quæ errare non potest, nec alios decipere; ea postea, quæ à Catholicis nuncupantur Concilia, idest vnio paucorum Episcoporum, respectiuè ad Vniuersalitatem Ecclesiæ, est Congregatio particularis Ecclesiæ, quæ particularis Ecclesia potest decipi, & decipere, & per consequens non est standum suis decisionibus, Sanctionibus, cum à Spiritu Veritatis non sint regulata eius statuta. Totum hoc asserit Caluinus, tamquam suum vltimum Asylum, sed expectet tantisper, quia nunc, nunc eum tali refugio orbabo. Audi Caluine, & attende Catholici gladij primos lethales ictus.

Absurda quæ sequuntur ex Caluini asserto

Data Caluiniſtica opinione, nempe quod nunquam Vniuersalis Ecclesia congregetur, nec vnquam aliquid stabiliat, ipsa non solum omnibus Rebuspublicis erit inferior, sed erit magis confusa, & inordinata quacumque

eumque infima Congregatione temporali. Sequitur secundo, Christum minus æstimasse, ac dilexisse Ecclesiam suam, quam Iudæorum Synagogam: & tertio tandem probabimus, illam Ecclesiæ Christiferæ diffusionem, & numerositatem, non impedire, & obstare, quin ipsa Ecclesia possit Vniuersali nomine adunari ad generalia condenda decreta, publicandas leges, & decernenda Statuta; si quidem totum, quod ab Ecclesiæ capitibus ordinatur, nuncupatur totius Ecclesiæ determinatio; & Concilium Oecumenicum legitimè congregatum Ecclesiam Militantem representat; & vt à prima propositione sumamus exordium.

Nonne verum est, quod in qualibet Republica, licet ex tot millibus viris, & fœminis integrata, quidquid à paucis Senatoribus, vel Rectoribus, Præsidentibus, Regentibus, & Gubernantibus Rempublicam stabilitur, & præcipitur, hoc totum dicitur ab Vniuersalitate Reipublicæ ordinatum, & præceptum fuisse? sic in regimine ciuili est in praxi, apud omnes. Cur ergo hoc etiam non poterit in Christiana exerceri Republica? Quod si in rebus temporalibus, & mundanis peragendis vulgus insipiens ad Sapientes, & Proceres se remittit in omnibus, & per omnia; cur non poterit hoc etiam concedi Ecclesiasticæ Reipublicæ, vbi de regimine salutis æternæ peragitur? Non assignatur ratio euincens hanc paritatem; ergo Episcopi, qui sunt Rectores particulares Ecclesiæ, à primo Capite, seu Rectore Summo Pontifice adunati, bene totam Vniuersalemque Ecclesiam repræsentant. Vellem à Caluino audire, an sibi videatur consonum, & decens, quod rustici, vel mulierculæ conuocentur ad Fidei Dogmata stabilienda? Hæc sunt Caluinistica asserta, quasi examinare articulos Fidei affinitatem habeat cum ligone, colo, fuso, vel acicula! At hoc assertum non fuit sine doloso inuentum artificio, nempe vt rudes, & simplices Catholicos sub motiuo contemptibilitatis, & vilipendij ad se traheret, ipsis votum decidendi Dogmata in sua Synagoga Caluinus concedendo. Sed audiant Caluini assecłæ, quid de hoc dolo Caluinistico dicat Paulus prima epist. ad Corinthios cap. duodecimo. *Si dixerit auris: Quoniam non sum oculus, non sum de corpore, numquid ideo non sum de corpore?* Oculi mystici corporis Ecclesiæ Præsules sunt, ac Pastores; Laici sunt Aures; Oculi est regere corpus; Auris Oculo obedire audiendo, & seruando Oculorum directionem. Quod si omnes essent Oculi, nimirum Antistites, Rectores, &c. vbi erunt subditi? Vel si omnes essent Aures, ideſt subditi, qui nam erunt Oculi, dumtaxat Pastores, Præsules, &c.? Colligitur ergo, quod sicut, quando oculi vident, dicitur totum corpus videre; sic quando Pastores, Episcopi, Prælati, & similes stabiliunt in Ecclesia Statuta, Dogmata, &c. dicitur, quod tota Ecclesia eiusmodi sanctiones ordinauit: quid ad hæc respondebit Caluinus?

Rectores Reipublicæ totam Rempublicam repræsentant.

Subtilis Caluini dolus,

Confutatur à Paulo Apostolo

Ad hanc præmissam Doctrinam accedit contestatio Concilij Constantiensis sectione quarta sic dicentis. *Synodus in Spiritu Sancto congregata legitimè Generale Concilium faciès Ecclesiam Militantem repræsentat.* Quod si Caluinus huic contestationi, ad instar Iudæorum, responderet; (A) *Tu de teipso testimonium perhibes*; licet posset veraciter replicari, *testimonium*

Concilium Constantiense.

(A) Ioannis c. 8.

Digitized by Google

meum verum est; adhuc tamen facit pro Catholica sententia ipsa Scriptura. Nam Regum tertio cap. octauo, vbi cum essent congregati omnes natu maiores, cum Principibus Tribuum, & Duces familiarum, nihilominus licet Rex solis istis benedictionē largiretur, legitur in Sacro textu. *Benedixit Rex omni Ecclesiæ* (audi Caluine) *omnis enim Ecclesia stabat*. Præterea Actuum Apostolorum cap. quintodecimo legitur adunatū Concilium, & nihilominus ibi tantum Apostoli, & seniores conuenerunt; & quod videtur expressè contra Caluinum est illud, quod ibidem subiungitur. *Placuit Apostolis, & Senioribus cum omni Ecclesia*. Placet nè auribus Caluinisticis hæc tam dulcis harmonia?

Confutatur Caluinus literaliter à Sacra Scriptura.

Sed cur (instant cum Caluino, Lutherus, ac Melantonius) non ingrediuntur Concilium Laici sapientiores saltem, & quandoque Episcopis ipsis doctiores, ac probatioris vitæ, & sunt de gremio Ecclesiæ? sed tam ignari ex voluntate sunt Hæretici, vt nesciant causam istius exclusionis? O Vulpes? ò Dracones? Respondemus igitur ad fraudulentam Hæreticorum instantiam primo, quia regulariter circa materias, & controuersias Ecclesiasticas sunt magis sapientes Præsbyteri, quam Laici. Secundo (& est ratio potissima) quia consedenti, & definienti in Concilio debet annecti, & coniungi Iurisdictio, quam Laici non habent; nam Magisterium, & Iurisdictio (vt supra diximus) æquis, & cunctis pedibus incedunt. Hoc patet exemplo. Si quæram, cur Senatum non ingrediantur viri multoties ipsis Senatoribus Sapientiores? Non potest aliter respōderi nisi, quia Senatores habent authoritatem consulendi, & regendi, non vero aliæ personæ priuatæ; imo ex hac Hæreticorum instantia apparet in ipsis non modica erga sacros codices ignauia, nam quis nescit introeuntibus in concilium esse necessariam Iurisdictionem, quæ in solis Sacerdotibus, siue Episcopis reperitur? Nesciunt Hæretici prædicti, quod Exodi cap. decimo nono, legitur ex persona Dei ad Moysen loquentis. *Veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum? Descende, & contestare populum, ne forte velit trāscendere terminos, & pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes quoq; qui accedunt ad Dominum sanctificentur, & ascendes tu, & Aaron tecū*. Ex quo patet, quod ad montem Conciliorum, vbi cum Deo sermocinatur, tantummodo Sacerdotes ascendunt; *Moyses, & Aaron in Sacerdotibus eius*, sed populo præscribuntur confines; ne fortè transeat terminos. Vlterius in libro Deuteronomij cap. decimo septimo legitur. *Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse conspexeris, venies ad Sacerdotes*. Similiter Aggæi cap. secundo habetur. *Interroga Sacerdotem legem, non alios*. Item Malachiæ cap. secundo scribitur. *Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius*. Item Paulus ad Ephesios cap. quarto coniungit Magisterium, & Iurisdictionem dicens. *Quosdam Euangelistas, quosdam Pastores, & Doctores*; & Tandem si doceri velimus Apostolico exemplo, quando Apostoli Ierosolymis collegerunt Cōcilium (vt legitur in Actibus eorumdem cap. quintodecimo) non interfuit certè totus Populus, neque Principes Laici, sed tantummodo Apo-

Cur Laici non ingrediantur Concilium.

stoli,

ſtoli, & Seniores, vt dictum eſt. Quid ergo amplius vociferabuntur Hæretici tam craſſa inſcitia deturpati, & odio tam pertinaci erga Catholicã Matrem eccleſiam incenſi?

Tot, tantiſque ſcripturarum, & argumentorum telis confoſſus Caluinus, præ nimio cruciatu ſic contra Catholicos Sacerdotes inuehitur, & vociferatur. *Saltem in Concilium ſedere debent Sacerdotes quidem, ſed probatæ vitæ* (dum hæc ſcribo continere riſum minime poſſum, legendo, quod cloaca omnium vitiorum, & ſcelerum exaggeret contra Catholicos vitæ, & morum probitatem) *& ſanctimoniæ, nam Chriſtus non niſi inter probos, ſedet, & inuenitur. Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum ſum.* Hæc Caluinus; *At Sacerdotes Catholici* (ſupponit impius) omnes ſunt turpibus maculis fædati; ergo Chriſtus non poteſt in medio eorum reperiri.

Caluinus detrahit Sacerdotibus Catholicis.

Tali blaſphemia detrahit Sacerdotibus Catholicis Caluinus, ſed audiat impius Detractor, quomodo ego ſuas detractiones refello; & primo ſimilitudine eximij, ac Sancti Doctoris Gregorij Nazianzeni adducta in ſua Oratione de ſancto Lauacro. Nonnè à duobus ſigillis, quorum vnũ ſit ferreum, alterum aureum, ſed eadem impreſſione ſculptis, eadem reultat impreſſio, quamuis in materia ſint inæqualia? vtique certè. Sic pariformiter dicendum de probis, & improbis, qui dum ſunt in Domino congregati, ſemper eamdem veritatem ſtabiliunt, quia Chriſtus non particularibus hominibus, ſed eccleſiæ, ſcilicet Congregationi Fidelium ſuam promittit aſſiſtentiam. Secundo retundit Auguſtinus Caluiniſticam prauitatem exemplo, ſiue ſimilitudine aquæ, quæ licet per incile marmoreum fluat ad Hortum irrigandum, nihilominus madefacit optimè Plantas, quamuis eadem aqua inutilis ſit incili (per quod ad Hortum transfunditur) quia marmoreum extat. Sic ad propoſitum, quamuis improbi, vel ſceleſti ſint Epiſcopi in Chriſti nomine in Concilio adunati, attamen Verbum Dei, quod ex eorumdem oribus egreditur, ſemper ſalutare eſt apud Vniuerſalitatem Eccleſiæ, & ratio eſt, quia per ſuam malitiam non deperdunt Epiſcopatus Iuriſdictionem.

Confutatur Caluinus.

Sed hoc opus, hic labor eſt (exclamat Caluinus) quid eſt congregari, ſcilicet, in nomine Chriſti? Reſpondet impius Hæreſiarca iſtis præciſis verbis. *Hoc eſt pactum quod cum Leuiticis Sacerdotibus olim Deus pepigit, vt docerent ex ore ſuo.* Itaque ſenſus Caluini eſt, quod tunc Concilium eſt adunatum in Chriſti nomine, quando ſecundum Chriſtum loquitur. At quis non videt in hac reſponſione vitioſum iuxta ſolitum Caluini circulum, & idem per idem probare? tunc ſcilicet Concilium eſt ſecundum Chriſtum congregatum, quando ſecundum Chriſtum loquitur; & tunc ſecundum Chriſtum loquitur, quando in Chriſti nomine eſt adunatum. Quid tibi (Lector cariſſime) videtur de tam profunda Theologia, imo Dialectica Caluiniſtica?

Quid ſit congregari in nomine Chriſti ſecundũ Caluinum.

Nouus Caluini circulus.

Sed ad ſanam redeo Doctrinam. Vt igitur ſciamus quid ſit in nomine Chriſti congregari, prius declarandum eſt, quid hæc vox (*Nomen*) ad noſtrum propoſitum ſignificet? Omitto breuitatis cauſa multas alias expoſi-

Quid ſignificet congregari in nomine Chriſti.

Digitized by Google

positiones, & vnicam tantum adducam, quæ magis est rationi consentanea. Nomen ergo significat authoritatem, siue iussionem alicuius. Exẽplo me declaro; nam quando aliquem nomine alicuius salutamus, solemus dicere, te saluto in nomine Petri; ideſt, ex commissione Petri. Sic etiam quando publicantur Pragmaticæ ab aliquo Ministro, sub nomine Regis, siue Principis illius Status, prodeunt, & præcipiunt hanc, vel illam legem.

Accedo igitur ad nostrum propositum. Congregari in nomine Christi est adunare Fideles ex commissione Christi per suum Vicarium manifestata. Ex hoc sequitur, quod tunc Concilium intelligitur in nomine Christi congregatum, quando iussu Pontificis Maximi adunatur, & semper permanet sub tali nomine adunatum, vsque dum ab eodem Pontifice dissoluitur. Tandem (ò quam acrite! hic contorquetur Caluinus) illa sola statuta, decreta, sanctiones, vel Canones dicuntur fuisse in Christi nomine stabilita, quæ ab eodem Christi Vicario remanent confirmata. Tota ergo vis, robur, & Authoritas Conciliorum pendet à conuocatione, conseruatione, & Pontificia confirmatione. Errauerunt Concilium secundum Ephesinum, & Basilienſe, quia, & si à Pontifice conuocata, non tamen ab eodem fuerunt confirmata. Errauerunt, imo potius Conciliabula fuerunt Ariminenſe, & Constantinopolitanum Concilium sub Leone Imperatore, quia nec conuocata, nec à Christi Vicario fuere confirmata; & sic discurrendum de cæteris Concilijs non congregatis, nec confirmatis Pontificali Authoritate. Vbi è conuerso non inueniemus vnquam Concilium aliquod legitimè congregatum, & confirmatum, quod in quauis leuissima, vel grauissima materia erassset, vel errauerit; quia dato oppoſito, Christus fuisset mendax, dum Petro dixit. *Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Verum tamen est, quod circa mores inuenitur, quod quædam fuerunt ab aliquo Concilio ordinata, quæ non fuerunt ab alio confirmata, ob diuersam temporum consuetudinem, & circumstantias; at in materia Fidei nunquam inuenimus Concilia inter se discrepasse; Tũ quia Veritas vna est; Tum quia in nomine Christi fuerunt congregata. Imo data hypothesi impossibili, quod Episcopi in domino adunati, ob imbecillem suorum intellectuum cognitionem, aliquid erroneum Dogma ordinarent, in isto casu nunquam Deus permitteret tales ordinationes, siue sanctiones à Pontifice confirmari, vel ipsius mutando propoſitum in casu, quod cum Episcopis sentiret; vel repentino obitu eum ex hac vita eripiendo, si pertinax vellet (reſistendo Diuinæ illuminationi) in suo errore perſistere.

Concilia à Summo Pontifice cõuocata, cum ſeruata, & cõfirmata ſunt ſub Chriſti nomine adunata.

Sic congregata, & confirmata nunquam errauerunt, nec poſſunt errare circa materiã Fidei, ſecus vero circa mores.

Caluini inſtantia contra noſtram Doctrinã

Falsum est hoc (vociferatur Caluinus) casus in promptu est, ad euincẽdum tale assertum de falso. Audiatur casus sub his præcissimis verbis à Caluino adductus. *Sed vnum Exemplum, quod eſt præ omnibus memorabile, pro omnibus ſufficiat.* Parturient certò Montes. *In eo Concilio, quod collegerunt Pontifices, & Phariſæi Hieroſolymis aduerſus Chriſtum, quid deſideres, quod ad extremam ſpeciem attinet? ſit ſolemnis conuocatio; præi-*

bat

bat Summus Pontifex; totus Ordo Sacerdotalis assidebat; damnatur tamen Christus; ergo(cõcludit petulanter Caluinus) potest Concilium legitimè congregatum, & confirmatum à Pontifice errare, & plusquam errare.

Hoc Argumentum adducit Caluinus tamquã ĩsuperabilem Goliam contra Populum Catholicum. Sed videamus quæso, num hoc Venenũ à Caluino pro nece Doctrinæ Catholicæ paratum inseruiat Fidelibus pro Theriaca efficacissima contra Caluinisticum virus. Audi Caluine. Nos dicimus Concilium congregatum, & à Pontifice confirmatum errare nõ posse; & tamen adductum à te Pharisaicum Concilium, licet omnibus desideratis circumstantijs, & conditionibus firmatum, in errorem, seu Deicidium prolapsum est. In primis, mi Caluine, non possum non mirari de tua insipientia! vellem igitur à te scire, quo in lyceo didicisti Conciliabula Synagogæ similia, & eiusdem veritatis esse cum Catholicis Concilijs, vnde ex ijs, quæ in Conciliabulis Pharisæorum acciderunt valeat inferri, quod idem eueniat in Concilijs Christi nomine congregatis? *Caluinus suis manibus sibi pedes praecidit.*

At condonemus hanc insipientiam huic Caluinistico Theologo, & examinemus factum allatum, vt antidotum salutarem conficiamus ad retundendum huius serpentis venenum. Discurramus igitur hoc modo, vt magis capiatur robur Theriacæ Catholicæ. Quod nam Concilium, imo Conciliabulum fuit magis erroribus implicitum, quam Pharisaicum allegatum? In ipso Sacerdotes erant Sacrilegi; Pontifex ambitiosus, Hypocrita; Iudices erant simul Rei, & Actores; Reus præsumptus non fuit auditus, & innocens plusquam Agnus; Accusatores erant Lupi; Summus Pontifex erat omni liuore, rabie, inuidia, inhumanitate, crudelitate vallatus; igitur si Conciliabulum vllum debebat errare, nullum magis quàm istud debuerat in errorem incidere; & tamen (ò infinitam Dei Prouidentiam!) omnes congregati in tam sacrilego Conciliabulo, licet à liuore impulsi loquerentur, & discurrerent, nihilominus quando ad sententiam peruenerunt, Caiphas Summus Pontifex coactus inuisibili afflatu (licet inuitus) in Sanctissimum prorupit Decretum, nempe. *Expedit, vt vnus Homo moriatur pro Populo, ne tota gens pereat*. Hic maturè, & reflexè obseruandum est id, quod attentè scripsit Ioannes cap. vndecimo, nimirum, quod Caiphas, quia Pontifex erat in eructatione sententiæ, eructauit verbum non suum, sed bene Diuinum, prophetando. Hæc sunt Ioannis verba. *Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset Pontifex anni illius prophetauit*. Quid ad hæc, mi Caluine, respondes? Dic rogo, est ne tuum virus expulsum? deguſtat tuum hanc Theriacam palatum? sed hoc omne non satis est mihi. Audi Caluine, & præ nimio dolore sequentium ictuum, luge, conquerere, ingemisce. *Notatu dignissimum.* *Deridetur Caluinus.*

Asserit Caluinus adductum Conciliabulum habuisse omnes illas conditiones, quæ ad legitimum requiruntur Concilium; & ego cum Caluino placatus, nolo pro nunc ipsi displicere, sed benignè suum intendo assertum admittere, dummodo ipse mecum super hoc beneuolè discurrat. Audiat igitur Caluinus hunc meum discursum, & respondeat familiariter,

num

Digitized by Google

Ferè omnia Caluini dogmata ad hominem confutantur.

num sibi gratus, suauisque reddatur. In isto Concilio Caluinistico non legitur tota Synagoga congregata, sed tantum Pontifices, & Pharisæi; ergo pauci, non omnes, non singuli repræsentãt Vniuersalitatem Ecclesiæ. Quid tibi videtur de hoc consequenti, mi Caluine? In hoc Concilio non interfuere Laici, sed tantum Sacerdotes; ergo soli Sacerdotes debẽt ad Concilium accedere. Hæc consequentia, mi Caluine, est ne tuis auribus harmonica? In isto Concilio interuenere homines scelestissimæ vitæ; ergo non solum viri probatæ vitæ debent in Concilium admitti. Hoc consequens iudico aliquantulum dissonans auribus Caluinisticis, & tamen ex eius resultat doctrina. In hoc Concilio Sacerdotes primo errarunt; *nescitis quidquam*; ergo ante confirmationem Pontificis, errare potest Concilium. Hæc consequentia est aliquantulum aspera apud Caluinum, attamen ex suis resultat principijs. In hoc Concilio Pontifex omnia stabiliuit, & vltimo determinauit; ergo in Concilio, vt legitimum fit, est necessario attendenda Pontificis confirmatio. Hoc consequens Caluinisticum est, igitur debet libenter ipsum Caluinus admittere. In hoc Concilio Pontifex erat omnibus vitijs, ac peccatis deturpatus, & tamen verum dixit, nec à seipso locutus est; ergo malitia in Pontifice non aufert iurisdictionem ab eodem. Hæc consequentia est tantisper amara erga Caluini palatum, sed quia salutaris est pro Caluino, deglutiatur ab ipso; & tandem in hoc Concilio Pontifex fuit Dei organum, dum prophetauit; ergo in Concilijs Pontificis approbatio est necessariò Verbum Diuinum. O muficam suauissimam! ò symphoniam dulcissimam! sed video Caluinum nimis se contorquentem, velut Tigrem, dum hos ego eructo concentus? Si Tigris est dilaceret pro suo placito seipsum, & discat (si tempus est discendi) inter illos suos cruciatus æternos, submittere, non extollere contra Sanctam Catholicam Romanam Ecclesiam petulantem ceruicem, ipsamque tàm virulento atramento, (sed frustra), non inficere.

CA-

Digitized by Google

CAPVT VNDECIMVM.

In quo ostenditur, quod nunquam nobis innotesceret Veritas Verbi Diuini in scripturis, nisi prius Ecclesia Catholica tales scripturas declararet.

DIctum est in præcedentibus non solum Verbum Dei esse illud, quod in Scriptura legimus, sed etiam illud, quod à Catholica accipimus Ecclesia, per traditiones, Concilia, &c Nunc his addendum est hoc aliud verissimum Dogma, nimirum, ignoratum fuisse à nobis Verbum Diuinum, etiam in ipsa Sacra Scriptura, nisi Deus per os Ecclesiæ nos certiores faceret se loquutum in hac, & non in illa Scriptura, Vel clarius; nisi Ecclesia ex Diuina assistentia Sacræ Scripturæ libros approbasset; seu (vt ita dicam) nisi canonizaret tales Scripturas, Verbum Diuinũ in ipsis Scripturis descriptum nobis esset ignotum; adeoquod nobis constat librum Geneseos (exempli gratia) continere Diuinum Verbum, non quia liber Geneseos est, sed quia Ecclesia testatur Spiritus Sancti afflatu talem librum esse canonicum à Moyse descriptum illustratione, & reuelatione Diuina; & sic de singulis libris discurrendum est; quapropter de omnibus illis Scripturis, quæ ab Ecclesia non sunt inter Canonicas connumeratæ, non potest dici, quod Verbum Dei contineant. Tam verum est hoc Dogma, quod Augustinus scribens contra Epistolam fundamenti cap. quinto in hæc verba prorupit. *Ego vero Euangelio non crederem, nisi me Ecclesia commoneret Authoritas.* Qua propter inter cætera spiritualia beneficia à Deo nobis collata præcipuum est istud, quod non solum Verbum suum patefecit in Scripturis, sed etiam nobis tradidit firmam, & certam regulam distinguendi illas scripturas, in quibus ipse loquitur ab alijs, in quibus ipse non loquitur, quæ Regula est Ecclesiæ approbatio. Exemplo me declaro. Nos habemus plura Euãgelia ab Hominibus scripta, vnũ nempe à Marco, qui nunquam Christum vidit; alium à Nicodemo, qui ferè continuo cum Christo conuersatus est; & nihilominus Ecclesia testatur Euangelium Marci à Deo dictatum esse, Nicodemi vero à puro homine fuisse descriptum. Consimiliter dicendum de Pauli Apostoli Epistolis; nam Ecclesia admittit omnes Epistolas Paulinas, sed non illam ad Laodicenses. Sic etiam ab Ecclesia non amplectitur Euangelium Iacobi Apostoli, & Christi consanguinei, sed benè acceptat Euangelium Lucæ, qui tamen non fuit Apostolus, nec Christo affinis, sed vnde hoc oriatur?

Libri Sacræ Scripturæ intãtum robur habent Verbi Diuini in quantũ Ecclesia testatur ipsos Diuina reuelatione, & afflatu scriptos fuisse.

Respondet noster Caluinus his verbis. (A) *Altius, quam ab humanis, vel rationibus, vel indicijs, vel coniecturis petenda est hæc persuasio.*

(A) *Lib. 1. instit. c. 7 sect. 4.*

Hucusque

Digitized by Google

Hucusque benè discurrit Caluinus, sed à quo sumenda erit, hæc regula? subiungit impius; *nempe ab arcano testimonio Spiritus*. O dignum Caluino responsum! igitur ab interna inspiratione sumenda est talis regula, cognoscendi in Scripturis Verbum Diuinũ? igitur proprius vniuscuiusq; hominis spiritus singulis hanc certitudinem præbet? & non erubuit Caluinus, quando has scribebat insanias? Vnde loco nuper citato sectione secunda antea scripserat. *Perinde est, ac si quis roget vnde discamus lucem à tenebris discernere; album à nigro; suaue ab amaro*; taliter quod, sicut sensus corporeus facit hæc omnia discernere; sic proprius spiritus in vnoquoque Fideli facit Scripturas falsas à veris distinguere. Hanc eamdem insaniam, etiam antea docuerat Lutherus, quasi ijsdem verbis: sed parui oneris erit hanc ridiculam assertionem reijcere. Pro quorum confutatione.

Asserit Caluinus ab arcano testimonio particularis Spiritus desumendã esse veritatem Scripturarum.

Sed confutatur vna cum Luthero.

Suppono prius de eodem secundum idem Veritatem vnam esse. Suppono secundò Spiritum Paraclitum Spiritum Veritatis esse, & omnem docere veritatem; his præmissis contra vtrumque sic argumentor. Spiritus meus interior suadet mihi Machabæorum libros Canonicos esse; at vobis Spiritus vester suadet oppositum; ergo falsum est ab interiore spiritu hoc posse dignosci, quia Veritas vna est, & Paraclitus est Spiritus Veritatis; ex quo irrefragabiliter sequitur quod, vel Paraclitus in vno docebit veritatem, & in alio falsitatem, quod à vobis negatur; Vel quod de eadem re possit verificari Veritas; & Falsitas, quod quoq; repugnat in terminis. Vel ridicula est vestra sententia, & insana. Adaperite aures, ò insipientes, *& stulti aliquando sapite*, vobis exprobrat Psalmista Cantione nonagesima tertia. Toti Ecclesiæ in Vniuersali acceptæ, non singulis hominibus suam Christus, & Paraclitus promiseruat assistentiam, idcoque non oportet omni Spiritui credere inquit Ioannes Apostolus Epistola prima cap. quarto, quia multoties, imo semper vobiscum Satanas se transformat in Angelum lucis.

Ex his deducitur, quod cum Hæretici, & Catholici oppositum sentiãt, hoc à duobus spiritibus procedat, & sic mendax erit vnus, & verus alter; attamen sine erroris timore credo, quod Spiritus verax assistat Ecclesiæ, pater verò mendacij Hæretieis cunctis suam præbeat assistentiam; quapropter contra nostros Antagonistas repetam verba ab Augustino circa hanc eamdem insaniam contra Manichæum prolata. *Id vos agitis, vt omnis de medio Scripturarum Autheritas auferatur, & suus cuiusque Spiritus, non Diuinus Author sit, quid in vnaquaque Scriptura probet: hoc est, vt non Authoritati vester animus subijciatur, sed contra Scripturas vobis seruire iniqua tyrannide cogatis*. Vlterius sic ambos confundo: Lutherus, & Caluinus fatentur figillatim verum possidere Spiritum; sed ambo in multis, & permultis aduersantur Dogmatibus; ergo eorum Spiritus Diabolicus, non Paraclitus est.

Fraus Caluini, & Lutheri adaperitur ab Augustino.

confutatur secundo.

Nos igitur Catholici, cum sciamus Deum nobis non oretenus loqui, sicuti antiquitus consueuerat, ac etiam quando Humanitate velatus nobiscum conuersatus est; & vlterius sciamus, quod duplici modo post sũ

in

Digitized by Google

in Cælum aſcenſum nobis loquatur, nimirum, vel in Sacra Scriptura, vel per os Vniuerſalis Eccleſiæ, ſequitur, quod vel canonicas legamus Scripturas, vel ordinationes, ſiue ſanctiones Eccleſiæ Vniuerſalis audiamus, certi ſumus Deum nobis loqui; & ſicut characteres Sacræ Scripturæ in ſe nullius ſunt roboris, ſed pro eo, quod exprimunt ſunt verba Diuina; ſic conſiderando Epiſcopos ſolitariè, puri homines ſunt; ſed vt in Chriſti nomine in Concilio à Summo Pontifice congregatos, & eorum ſanctiones ab eodem Papa confirmatas, tunc eorum verba ſunt ordinationes Diuinæ. EX quo ſequitur Scripturam totaliter pendere ab Authoritate Eccleſiæ, & Eccleſiam hanc authoritatem à Deo accepiſſe; *Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam; quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutũ, & in Cælis, & quodcumque ligaueris, erit ligatum, & in Cælis.* Vbi notandum eſt, quod non dixit Chriſtus, *quodcumque ſolueris* (*ſecundum Scripturam*) ſed abſolutè, vt oſtenderet totam Authoritatem declarandi Scripturas ab Eccleſia eiuſque capite oriri; eo magis in ſententia Caluini, qui à ſenſu literali non vult diſcedere. Tum quia ſubiunxit Chriſtus; *Tibi dabo claues Regni Cælorum; Ego vobiſcum ſum ad conſummationem ſæculi. Spiritus Paraclitus docebit vos omnẽ Veritatem.* Vltra quod ſequeretur, omnes Fideles à Petro vſq; ad Caluini tẽpora defunctos dãnatos eſſe, quia Traditionibus, & Sanctionibus Eccleſiæ credidertũt, quod quidẽ non admitteret Caluinus. *Euangelio igitur non crederem niſi me Eccleſiæ cõmoneret Authoritas*; repetã cũ Auguſtino citato; quodq; confirmauit Thomas Aquinas ſic ſcribens. (A) *Reſpondeo dicendũ, quod maximam habet Authoritatem Eccleſiæ conſuetudo, quæ ſemper in omnibus eſt amulanda, quia & ipſa Doctrina Catholicorum Doctorum ab Eccleſia Authoritatem habet; Vnde magis ſtandum eſt Authoritati Eccleſiæ, quam Auguſtini, vel Hieronymi, vel cuiuſcumque Doctoris.* Vnde colligimus illam Scripturam continere Verbum Diuinum, quæ ab Eccleſia inter Canonicas connumeratur, & ſic liber Baruch, Ieremiæ Prophetæ Cancellarij, Canonicus eſt, quia vt talis ab Eccleſia declaratur; ſed hoc negatur expreſsè à Luthero, & Caluino, ex eo, quia ibi apertè manifeſtatur interceſſio Sanctorum, quæ omninò excluditur ab ambobus his Hæreſiarchis, & adducunt rationem, cur negent talem librum Baruch eſſe Canonicum, & eſt hæc, quia talem librum non legunt ab antiquis Authoribus fuiſſe memoratum, & adductum.

(A) 2.2.q.10.art. 10,

Liber Baruch negatur à Luthero, & Caluino, & cur?

Sed hoc aſſertum refellitur, Tum quia liber Baruch fuit ſubintellectus ad Jeremiæ Prophetiam, tamquam eiuſdem à ſecretis, & quod hoc verum ſit Auguſtinus libro decimo octauo de Ciuitate Dei cap. trigeſimo tertio adducit quædam verba Baruch ſub nomine Ieremiæ. Idem faciunt Clemens in Pædagogia, & ſexta Synodus ſeſſione octaua. Tum quia Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Florentino, & Tridentino hunc librum in Canonicum acceptauit, & approbauit. Sic etiam libros Machabæorum eſſe Canonicos ſuſtinent Auguſtinus vbi ſupra cap. trigeſimo ſexto; Iſidorus libro ſexto Etymol. cap. primo; & Innocentius primus in Epiſt. ad Exuperium Toloſanum. Idem aſſerit Eccleſia in Concilio ſub Gelaſio

Sed confutatur

Digitized by Google

adunato; ac etiam in tertio Concilio Carthaginensi, Florentino, & Tridentino. Quod si Ecclesia in omnibus his Concilijs connumerat inter Canonicos libros Baruch, & Machabæorum, ergo verè in ipsis reperitur Verbum Dei. Nec valet responsio, quod in vetustis, & primitiuis Concilijs non fuerunt tales libri recepti, vt Canonici; ergo nunquam debebant recipi. Quia huiusmodi responsio reijcitur ex eo, quia argumentū ab Authoritate negatiuè non probat. Tum quia Ecclesia, & Spiritus Sanctus, qui docent omnia, non tamen docent omnia simul, sed successiuè, vt patet de multis Fidei Articulis successiuè determinatis in diuersis Concilijs.

CAPVT DVODECIMVM.

In quo demonstratur Primatus Ecclesiæ Romanæ, & eius non interrupta successio primæ Cathedræ vsque ad præsentem diem.

Lutherus, & Caluinus negant Primatū in Ecclesia Catholica.

NEgant aperto ore Lutherus, & Caluinus in Ecclesia Catholica Primatum super omnes Ecclesias, asserentes Romanum Pontificem ante tempus, quo Phoca Orientis regebat Imperium, fuisse tantum simplicem Romanum Episcopum, & à præfato Phoca precibus impetrasse, vt talis Romanus Antistes Primus, & Caput Vniuersalis Ecclesiæ diceretur, & agnosceretur; quo obtento priuilegio in posterum, vt Episcopus Orbis, & Urbis fuit veneratus in terris; adeo quod huiusmodi Primatum non habuit à Christo, sed à Principe terreno post tot secula ab ascensu Christi in Cælum.

Sed confutatur primo.

Sed hæc Hæreticorum perfidia reijcitur, & confutatur primo ad hominem tali pacto. ex supradictis habuimus confiteri Lutherum, & Caluinum veram Ecclesiam cum suo Capite Vniuersali spatio trium seculorum; ergo & in posterum semper Ecclesia Romana talem habuit Primatum, cum semper habuerit successorem in Cathedra vsque ad præsentem Innocentium Vndecimum, nec sit assignabile absque expressa falsitate, & negatione euidenti tempus, in quo sine Pontifice visa fuerit Petri Cathedra, vt infra patebit. Tum quia non videtur, cur trium priorum seculorum spatio talem habuerit Primatum, & non postea, cum eadem Sedes semper Successores habuerit, & eadem Ecclesia permanserit; ergo fabulosè hoc asseritur ab Hæreticis prædictis.

confutatur secundo.

Quid scribat Platina ab Hæreticis adductus

Super Platinæ Historici narrationem fundant Lutherus, ac Caluinus hanc fabulam; igitur videamus quid huiusmodi Chronista scribat. Sic iste Historicus loquitur. *Bonifacius tertius magno labore obtinuit à Phoca Imperatore Sedem Petri Apostoli (quæ Caput est omnium Ecclesiarum)*

ita

ita nuncupari, & vt talem ab omnibus haberi; quem locum Prælationis Ecclesia Constantinopolitana sibi vsurpare, & appropriare attentabat malorum Principum fauoribus, & auxilijs innixa. Hucusque Platina.

Miror certè, cur tam excęcati ab inuidia, & liuore reddantur Hæretici, vt illam Grammaticæ significationem, quam tanti faciunt in Scriptura hic penitus non capiant, vel intelligant! examinemus quæso Platinæ verba. *Obtinuit* (inquit Historicus (*Sedem Petri Apostoli, quæ caput est omnium Ecclesiarum, &c.* ergo (ò insipientes) supponit, & testatur vester Chronista Sedem Petri esse Caput omnium Ecclesiarum; ergo Bonifacius non rogauit Phocam, vt Romanam Ecclesiam Caput omnium Ecclesiarum constitueret, sed vt cogeret Græcos (vt par erat) ad eam, vt talem agnoscendam, ad finem euitandi schisma tam præiudiciale animabus totius Orientalis Imperij. Nunc dicite stulti, est ne hæc rogatio Constitutio Primatus Primæ Cathedræ in Ecclesia Romana? Instabat Bonifacius, vt reprimeretur ab Imperatore Constantinopolitanus Antistes, qui temerè audebat vsurpare sibi, quod suum non erat, sed Ecclesiæ Romanæ; ergo petitio huius repressionis est constituere Primatū in Ecclesia Romana? solum stultitia Hæreticalis potest has deducere illationes. Tum quia, quos canones legit Caluinus, qui hanc facultatē Principibus Laicis concedant supra Ecclesiasticos non solum, sed etiam distribuendi Primatum, vel auferendi in Ecclesia Dei ab hoc, vel illo Antistite? Nisi legerit in Bibliotheca Caluinistica hunc impijssimum canonem, certè nullibi inueniet Principes Laicos talem potestatem habere, imo potius inueniet esse ipsis penitus interdictam sub grauissimis pœnis, & censuris; nec alius quàm perfidus schismaticus, & Sacrosanctæ Ecclesiæ rebellis, vti Caluinus, poterat tam execranda proferre Dogmata. Quis est ita cæcus, vt Hæreticorum in hac assertione insana liuorem non videat? Ex Hæreticorum Schola tantummodo prodit nuper hæc noua Doctrina, nempe Diuinam potestatem, & spiritualem, Principibus temporalibus subijci, quod idem est, ac Dominum Supremum omnium seruis subijcere. At tales apprehendunt Doctrinas, qui Diaboli lycea sectātur. Saltē (possunt replicare Hæretici) ab Episcopis Orientalibus non agnoscebatur Romana Ecclesia, vt Caput Vniuersale omniū Ecclesiarum. Respondeo verum esse de aliquibus Episcopis Orientalibus Schismaticis, & ambitiosis (sed non de omnibus) qui aliquando congregauere Conciliabula, & nuncuparunt seipsos Episcopos Vniuersales, vti fuit Ioannes Archiepiscopus Costantinopolitanus, & alij. Sed quid ex hoc ad nostrum propositum potest inferri? ergo nè quia aliquis Populus se eximit ab obedientia Principis; Princeps, siue Imperator non erit talis? sed huiusmodi instantiæ fatuorum sunt, vt sunt Hæretici omnes.

confutatur tertio.

confutatur quarto.

Caluinus plusquam ignarus, ignauia à liuore originata.

Potestas, Iurisdictio, & Primatus fuerunt Christo Ecclesia tradita non à temporali Ptincipe.

Hæreticorum instantiæ, & solutio.

Sed vt ad nihilum Lutherum, Caluinumque reducam ostendam à Phoca retrocedendo vsque ad Petrum Apostolum, semper Romanum Pontificem in Ecclesia Vniuersali munus Supremi Capitis exercuisse. Tempore quo Gregorius primus Magnus, & Maximus Pontifex Petri Sedem occupa-

confunduntur omnino.

Digitized by Google

cupabat assumptus fuit ad Orientale Imperium Phocas prædictus, qui Gregorius antecessit prænominatum à Platina Bonifacium tertium. Audite nunc Hæretici, si ante Bonifacium Prædictum huiusmodi Primatus in Ecclesia reperiebatur Romana.

Gregorius primus Pontifex Maximus.

Gregorius hic, præter illam Authoritatem, quæ ex suis scriptis, & sanctionibus apparet, subtraxit, & exemit omnium Regularium Monasteria ab Episcoporum vsurpationibus in Anglia. Aquileiæ Episcopos deputauit, & Episcopatus instituit. Quomodo, ergo, poterat Gregorius hæc agere, si Episcopus Vniuersalis, & Caput non fuisset ecclesiæ?

Pelagius secundus Pontifex Maximus.

Antecessit Gregorium Pelagius secundus, sub cuius regimine fuit cõgregatum tertium Concilium Toletanum, in quo sancitum fuit, omnes Conciliorum Constitutiones, & Romanorum Pontificum Decreta esse adamussim seruanda. Sed fatuum erat hoc decernere, si Romanus Pontifex non erat Caput Vniuersalis Ecclesiæ.

Benedictus primus Pontifex Maximus.

Antecessit Pelagium Benedictus primus, cui ex vltimis Hispaniarum finibus à Dauid Episcopo fuerunt Oratores transmissi pro declaratione accipienda in multorum Fidei dogmatum materia, quæ legatio nonnè superflua fuisset, si prima Cathedra Romana non esset?

Ioannes tertius Pontifex Maximus.

Antecessit Benedictum Ioannes Tertius, qui scribens Germaniæ Episcopis, & Galliæ, mandauit eisdem, vt omnia Decreta, & Constitutiones suorum Prædecessorum ab ipsis plenè obseruarentur, sub pœna inobseruantibus in posterum negationis cuiuscumque remissionis, & indulgentiæ. At si Ioannes prædictus non extitisset Caput Ecclesiæ, quomodo posset hæc præcipere Episcopis Regionum tam ab Vrbe distantium, si nullam cum Romano Episcopo affinitatem, vel erga Romanam Cathedram subiectionem Præsules particularium Ecclesiarum haberent?

Pelagius secundus Pontifex Maximus.

Antecessit Ioannem Tertium, Pelagius Primus, sub quo in Aurelianense Concilio statutum fuit Dominicum Pascha, celebrandum esse iuxta vsum, & consuetudinem Romanæ Ecclesiæ; & si circa hoc oriretur dubitatio ad eamdem Sanctam Sedem esse recurrendum pro determinatione. Imo in Concilio Turonensi sub eodem Pontifice celebrato, ad Decretum Innocentij Papæ ibi adductum, fuit subiunctum à Concilio. *Quis Sacerdos audebit contra talia agere Decreta, quæ ab Apostolica Sede processerunt?* Sed vnde hæc obsequentissima reuerentia erga Romanum Pontificem, nisi Caput Ecclesiæ Vniuersalis esset?

Vigilius primus Pontifex Maximus.

Antecessit Pelagium Vigilius Primus, qui in quodam suo Decreto sic scribit. *Sancta Romana Ecclesia voce Domini consecrata, ac confirmata ex Sanctorum Patrum Authoritate obtinet super omnes Ecclesias Principatum.* Audite Aspides Abyssi; voce Domini, non Phocæ Imperatoris, ecclesia Romana super omnes alias habet Primatum.

Siluerius primus Pontifex Maximus.

Antecessit Vigilium Siluerius Primus Martyr, quem per Epistolas rogans Theodora Augusta, vt Hæreticum Anthemium Archiepiscopum Con-

Digitized by Google

Costantinopolitanum damnatum, & in exilium missum in suam Archiepiscopalem remitteret Sedem, noluit consentire Siluerius. Dicant igitur nostri Antagonistæ, si Siluerius non erat Caput Vniuersalis Ecclesiæ ante Phocam, nonnè insana fuisset Theodoræ Legatio, epistola, & intercessio pro remissione Anthemij ad pristinum honorem, & Sedem?

Agapitus Primus Pontifex Maximus.

Antecessit Siluerium Agapitus Primus, qui dictum Anthemium è Sede Episcopali Constantinopolitana expulit, in qua subrogauit Mennam; sed qua authoritate hoc perfecit, si non erat Caput Ecclesiæ Vniuersalis; sed hoc euenit ante Phocam, adaperite aures Hæretici; ergo non à Phoca ortum habuit Primatus in Romana Ecclesia.

Ioannes Secundus Pontifex Maximus.

Antecessit Agapitum Joannes Secundus, cui ad obedientiam præstandam Iustinianus Jmperator Hippatum, & Demetrium episcopos, Legatos, ac Oratores misit. Sed quæro ab Hæreticis, cur Romano Pontifici, & non alteri, vel alij Episcopo Orientali talem ordinauit legationem? sed hæc legatio Phocam præcessit.

Bonifacius Secundus Pontifex Maximus.

Antecessit Ioannem Bonifacius Secundus, qui eulalio Patriarchæ Alexandrino scribens, sic ait. *Authoritatem habemus diuino nobis assistente præsidio Vniuersalem Ecclesiam subueniendi, corrigendi, & emendandi omne noxium, quod in ipsa reperitur Apostolica Authoritate.* Audite Hæretici, quod, *Diuino præsidio* testatur Bonifacius talem Primatum habere, non Phocæ Jmperatoris Priuilegio.

Fœlix Quartus Pontifex Maximus.

Antecessit Bonifaciũ Fœlix Quartus, qui scripsit Episcopis permultis, in diuersis Prouincijs regentibus Christi Gregem, eis præscribendo formulam seruandam in sacrificio Missæ, & consecrationibus Templorum, memorando, & iniungendo, ne a Capite separentur Ecclesiæ. Audite Hæretici, nam hic Phocam Pontifex præcessit Imperatorem.

Ioannes Primus Pontifex Maximus.

Antecessit Fælicem Ioannes Primus, qui Constantinopolim profectus, Iustinus Imperator ei cum multo Comitatu obuiam iuit, Cruce, facibus accensis, & alijs solemnitatibus per plura milliaria, veluti Christi Vicarium, & Petri Successorem venerando. At Phocam antecessit Iustinus; ergo phreneticantur Lutherus, & Caluinus.

Hormisda Primus Pont. Maximus.

Antecessit Ioannem Hormisda Primus, cuius authoritatem solemniter per Epistolas supradictus Iustinus Augustus requisiuit ipsum rogando, vt posset suis viribus multos particulares Africæ Ecclesias ab Hæresi laceratas ad veram Fidem, Ecclesiæq; reducere obedientiam. Qua facultate obtenta ad optatam quietem Lybycas Ecclesias reduxit. Vbi notandum est, quod in hac Epistola Iustini ad Hormisdam fuit annexa professio Fidei Catholicæ Episcopi Costantinopolitani (à qua paulò ante discesserat) & in tali Fidei professione confitetur præfatus Antistes in Romana Ecclesia verè Christi sedere Vicarium. At Iustinus Phocam antecessit, ergo Hæretici delirant.

Symmacus Primus Pontifex Maximus.

Antecessit Hormisdam Symmacus, sub quo in quodam Romano Concilio fuit admissus, siue probatus liber Ennodij, in quo asserebatur causas hominum debere ab hominibus iudicari, at causam Romani Episcopi debere solum à Deo. Sed cur hoc? Respondet Concilium sub Marcellino

Digitized by Google

cellino Pontifice, ac Martyre; quia Prima Sedes à nemine iudicatur.

Anastasius secundus Pontifex Maximus.

Anteceſſit Symmacum Anaſtaſius Secundus, qui ſcribens quandam Epiſtolam Anaſtaſio Imperatori, inter cætera in tali Epiſtola contenta, hæc verba leguntur. *Quod ſicut ipſe Anaſtaſius eſt ſuper omnes Gentes Imperator; ſic ipſe Pontifex gaudet Primatu, & Principatu ſuper Vniuerſam Eccleſiam.* At Anaſtaſius præceſſit Phocam; ergo, &c.

Gelaſius Primus Pontifex Maximus.

Anteceſſit Anaſtaſium Gelaſius primus, cuius multa decreta leguntur, & præcipuè illud, nimirum, quod Acta cuiuſcumque Concilij, non ſunt alicuius roboris, vel vigoris, abſque Pontificis Romani Authoritate, & confirmatione. Similiter, quod in omnibus cauſis poſſint ad Pontificem appellare Fideles, vltra quam Supremam Cathedram non datur alia appellatio. Audite Hæretici, & adnotate.

Felix Tertius Pontifex Maximus.

Anteceſſit Gelaſium Fælix tertius, qui multa Decreta edidit contra defectus eccleſiarum Africæ. Sed quid ad ipſum ſi Iuriſdictio Romani Epiſcopi non excederet limites Romanæ Diœceſis?

Simplicius primus Pontifex Maximus.

Anteceſſit Fælicem Simplicius Primus, qui declarauit Eutichianum Petrum Epiſcopum Alexandrinum; ſed qua Authoritate damnauit, niſi Caput fuiſſet Vniuerſalis Eccleſiæ.

Hilarius primus Pontifex Maximus.

Anteceſſit Simplicium Hilarius Primus. Hic per totum Orientem ſua tranſmiſit decreta. Eutichen, & Neſtorium declarauit Hæreticos; ſed qua Poteſtate niſi Chriſti fuiſſet Vicarius?

Leo primus Pontifex Maximus

Anteceſſit Hilarium Leo Primus, de quo legimus, quod Martianus Auguſtus, & Pulcheria Coniux, cum emiſſionem Fidei ab ambobus proprijs manibus ſcriptam, & ſubſcriptam præſentaſſent Patribus in Concilio Calcedonenſi congregatis, rogarunt prædictos Patres Concilij, vt talem eorum confeſſionem, & Profeſſionem Sanctiſſimo Pontifici Leoni tranſmitterent, vt ab ipſo probaretur, vel corrigeretur. Similiter in Vaſenſi Cõcilio ſub eodem Leone habito ſtatutum fuit, vt in eccleſijs nomen Pontificis pro tempore Sedem Petri occupantis, nominaretur. At neſcio ſi in Eccleſia Hæreticorum hoc idem ſit in praxi.

Xyſtus tertius Pontifex Maximus.

Anteceſſit Leonem Xyſtus Tertius. Hic decreuit, quod Epiſcopus appellans ad Romanam Eccleſiam, iudicio Sanctæ Sedis, ſine alio recurſu, deberet ſtare. Sed niſi Romana Cathedra Suprema, & Vniuerſalis foret, quomodo poterat Xyſtus hoc ſancire?

Caleſtinus Primus Pontifex Maximus.

Anteceſſit Xyſtũ Cæleſtinus Primus, cuius extant Decretales Sanctiones directæ ad Epiſcopos Apuliæ, Calabriæ, & Galliæ; quod facere nequiuiſſet, ſi Caput non fuiſſet Vniuerſalis Eccleſiæ.

Bonifacius primus Pontifex Maximus.

Anteceſſit Cæleſtinum Bonifacius Primus, apud quem Galli habuerũt recurſum, ex eo, quod Maximus Epiſcopus, vti plurium delictorũ Reus iudicium effugiebat; quibus Gallis Bonifacius remiſit cognitionem cauſæ, præcipiens inſuper, quod antequam ferrent ſententiam, certior fieret Apoſtolica Sedes, vt eius Authoritas in re tam graui adhuc accederet. Sed hoc fuit ante Phocam.

Zoſimus primus Pont. Mux.

Anteceſſit Bonifacium Zoſimus Primus. Hic decreuit eſſe deponendos ab Epiſcopatu Præſules Romano Pontifici inobedientes. Quod ſi ſola ino-

Digitized by Google

la inobedientia erga Romanam Cathedram meretur Infulæ priuationem, quid merebitur Caluinus, qui intendit omnem à Summo Pontifice remouere poteſtatem, imo ipſum Antichriſtum appellat?

Innocentius primus Pontifex Maximus.

Anteceſſit Zoſimum Innocentius Primus. Ab iſto Pontifice Concilium Milleuitanum, velut à ſuo Magiſtro, & Capite requiſiuit multas declarationes circa plurima Fidei Dogmata. Quibus Patribus congregatis Innocentius Reſpondit, eos monendo, vt in Articulis difficilioribus Fidei, ſemper Romanæ Sedis attenderent ſententiam. Audi Caluine.

Anaſtaſius primus Pontifex Maximus.

Anteceſſit Jnnocentium Anaſtaſius Primus. Hic Apoſtolica Authoritate ſanciuit, vt in Miſſa Fideles Euangelium ſtantes audirent, præcipiens hoc inuiolabiliter obſeruari, ſicut hucuſque ſeruatur. Quod iniungere non potuiſſet. niſi Caput Vniuerſalis Eccleſiæ fuiſſet.

Syricius Primus Pontifex Maximus.

Anteceſſit Anaſtaſium Syricius Primus. Hic Romanam Sedem Caput Eccleſiæ nominat, docens ſuper ipſam Sanctam Sedem, veluti ſuper fundamentum, Deum Vniuerſalem ædificaſſe Eccleſiam; ergo Caluinus, qui hanc negat Eccleſiam, in Chriſti non reperitur Eccleſia.

Damaſus Primus Pontifex Maximus.

Anteceſſit Syricium Damaſus Primus. Huic quamplures Epiſcopi ſcripſerunt pro declaratione aliquorum Articulorum Fidei; quibus ipſe in reſponſione diuerſa tranſmiſit decreta, iniungens, vt tales Sanctiones inuiolabiliter obſeruarent. Imò ſcribens quibuſdam Epiſcopis Italiæ dãnat quaſdam deteſtabiles conſuetudines, ſiue abuſus his verbis. *In poſterum nos prohibemus Apoſtolica Authoritate per totum Orbem terrarum* (audite Hæretici) *ne huiuſmodi conſuetudines patrentur.*

Felix ſecundus Pontifex Maximus.

Anteceſſit Damaſum Fælix Secundus. Huic Epiſtolas ſcripſere omnes Ægypti, Thebaidæ, & Africæ Epiſcopi, Alexandriæ in Concilio cõgregati, confitendo Romanam Sedem à Deo accepiſſe poteſtatem ſuper omnes alias Eccleſias ligandi, & ſoluendi. Audi Caluine.

Liberius Primus Pontifex Maximus.

Anteceſſit Fælicem Liberius Primus. Huic Patres Concilij Alexandrini antedicti ſcribendo exaggerant præſuppoſitiuè applicationem, quam debebat habere erga Eccleſiam Vniuerſalem à Deo ſub eius cura commiſſam, ad hoc vt in regimine eiuſdem Eccleſiæ omnes ſuas applicet vires, & labores. Audi Caluine.

Iulius Primus Pontifex Maximus.

Anteceſſit Liberium Iulius primus, quo tempore celebratum fuit Cõcilium Sardicenſe, in quo Concilio ſancitum fuit Epiſcoporum cauſas remittendas eſſe Romano epiſcopo; cum hoc addito, quod licet Præſules à Prouincialibus Concilijs remaneant damnati, nihilominus Rei appellando ad Summum Pontificem, iuxta eiuſdem Pontificis delegationem debeat iterum cauſa examinari.

Marcus Primus Pontifex Maximus.

Anteceſſit Iulium Marcus Primus, à quo Epiſcopi Ægypti requiſierunt copiam Niceni Concilij, ipſum nuncupando Romanæ, Apoſtolicæque Sedis epiſcopum, ac Vniuerſalem, & ſubiunxerunt, Romam eſſe Matrẽ, & Caput omnium Eccleſiarum. Audi Caluine.

Silueſter Primus Pöt. Max.

Anteceſſit Marcum Silueſter Primus, ſub quo celebratum fuit Romanum Concilium. Ab iſto Concilio ſancitum fuit, neminem Primam Sedem

dem iudicare posse, sed omnes Ecclesiæ ab hac Prima Sede debere iudicari, & in Proemio Concilij Niceni scriptum reperimus hoc axioma retudens Hæreticorum prauitatem, nimirum. *Sanctam Romanam Ecclesiam non praire reliquas Ecclesias ob Conciliorum constitutiones, sed quia talē Primatum habuit* (audite Hæretici) *à viua Christi voce*. Hæc exprimit prima Nicena Synodus à Caluino venerata, quid igitur Respondebit impius? recurret ne amplius ad Phocam? sub Silvestro celebratum fuit hoc Nicenum Concilium, vltra dictum Romanum, & tamen talem de Prima Cathedra testationem reliquit, vt cunctos confunderet hostes Romanæ Ecclesiæ. Quod si Costantinus Magnus Imperator Augustus Costantinopolim Sedem transtulit Imperialem, ob reuerentiam Apostolicæ Sedis Romæ commorantis, vt quid ergo Lutherus, & Caluinus in Phocam tot seculis Costantino posteriorem refundunt concessionem Primatus erga Romanam Cathedram? Præterea (ne membra vestra contorqueatis impij) hoc ipsum Concilium Nicenum à præfato Silvestro Pontifice humiliter petijt suorum canonum confirmationum. Placet ne vobis delirantibus hæc medicina?

Melchiades primus Pontifex Maximus.

Anteceſſit Silvestrum Melchiades Primus. Hic Episcopis Hispaniarū scribens, sic loquitur. *Ne iudicetis Episcopos, nec eos eondemnare præsumatis, absque huius Sanctæ Sedis Authoritate, quod si secus attentare audebitis, nulla erunt vestra iudicia, imo vos ipsi damnati remanebitis, quia hoc priuilegium à tempore Apostolorum iniunctum fuit obseruari, & integrum vsque ad præsentem cernitur diem*. Audi Caluine.

Eusebius Primus Pontifex Maximus.

Anteceſſit Melchiadem Eusebius Primus. Hic docuit ob Romanæ Ecclesiæ priuilegium, ad Summum spectare Pontificem Vniuersalis Ecclesiæ curam habere. Item festum Sanctæ Crucis instituit, Campaniæ, & Etruriæ Episcopis præcipiens, vt talem festiuitatem celebrare, & seruare deberent. hanc iubendi facultatem Eusebius à quo habebat? forsitan à Phoca? delirant Lutherus, & Caluinus si affirmatiuè respondent.

Marcellus primus Pontifex Maximus.

Anteceſſit Eusebium Marcellus primus, qui scripsit Petrum à Christo Vniuersalis Ecclesiæ regimen obtinuisse, & quod prius Antiochiæ sedit; deinde ex præcepto, & ordine Christi Domini Sedem Romam transtulit; audi Caluine.

Marceninus primus Pontifex Maximus.

Anteceſſit Marcellum Marcellinus Primus, cui (ab apostasia resipiscenti, & cordialiter pœnitenti) fuit dictum à Concilio ferè trecentorum Episcoporum Sinuessæ congregatorum, *vt seipsum iudicaret, tamquam totius Ecclesiæ Caput, nam prima Sedes à nemine iudicatur*. Audite Hæretici, & erubescite. Neque plenum, & legitimum Concilium præsumpsit Summum Pontificem de Apostasia Reum iudicare; & vos sic fatuè Summos Pontifices, etiam de leuissima materia iudicatis?

Caius Primus Pont. Max.

Anteceſſit Marcellinum Caius Primus. Hic scriptum nobis reliquit, vt omnes Fideles in quæstionibus ortis, & orituris Sanctam Romanam Sedem consulerent. Audite Hæretici.

Eutichianus primus Pōt. M.

Anteceſſit Caium Eutichianus, cui ex vltimis Hispaniarum terminis missi-

missi fuerunt legati pro declaratione Mysterij Dominicæ Incarnationis. Audite Hæretici.

Anteceſſit eutichianum Fœlix Primus, qui ſcripſit, ſemper ardua, & difficiliora fuiſſe à Sede Romana determinata ab Apoſtolico tempore vſque ad diem, in quo ipſe Petri Cathedram occupabat. At tunc non viuebat Phoca. *Felix primus Pont. Max.*

Anteceſſit Fælicem Dionyſius Primus. Hic ſcripſit ſe à Petro Apoſtolo authoritatem hauſiſſe ſubueniendi Vniuerſali Eccleſię; ergo non à Phoca. *Dionyſius primus Pontifex Maximus.*

Anteceſſit Dionyſium Xyſtus ſecundus, qui ſcripſit ſe fuiſſe à Domino ſuper alios præpoſitum, non alios ſuper ſe. Ergo non à Phoca; ergo inſani Hæretici, dum ſeipſos Summo Pontifici anteponunt. *Xyſtus Secundus Pontifex Maximus.*

Anteceſſit Xyſtum Stephanus Primus, qui ſe ſubſcribebat; *Epiſcopum Sanctæ Apoſtolicæ Vniuerſalis Eccleſiæ Romanæ.* Audi Caluine. *Stephanus primus Pontifex Maximus,*

Anteceſſit Stephanum Lucius Primus: Hic Romanam Eccleſiam appellat Sanctam, & Apoſtolicam Matrem omnium Eccleſiarum, & IESV Chriſti Sponſam, & tamen tunc temporis non aderat Phoca. *Lucius primus Pont. Max.*

Anteceſſit Lucium Cornelius primus, cui Cyprianus epiſcopus Carthaginenſis ſcripſit, Hæreſes nõ aliunde ortum ſumere, niſi ex inobediẽtia Sacerdoti Dei Summo, & quod nolunt in eccleſia vnum Supremum Sacerdotem Iudicem, & Chriſti Vicarium agnoſcere; imò mentionem faciens dictus Cyprianus de quibusdam Hæreticis Africanis ad Eccleſiam reuerſis inquit, quod tales in eorum abiurationibus in hæc verba prorupere. *Scimus Cornelium ſublimatum fuiſſe ad Epiſcopatum à Deo Omnipotenti, & à Chriſto Domino Sanctiſſimæ Vniuerſalis Eccleſiæ.* His debemus addere, quod Concilium Africæ adunatum ſub hoc Cypriano, cũ ſanciuiſſet Hæreticos conuerſos debere rebaptizari, à Cornelio, & Stephano Summis Pontificibus fuit tale decretum rebaptizationis reprobatum, & nihilominus Epiſcopi Africani humiliter huic Decreto reprobãti eorum ſanctiones capita ſubmiſerunt. *Cornelius primus Pontifex Maximus.*

Anteceſſit Corneliũ FabianusPrimus, qui ſcribens õnibus Eccleſiaſticis Miniſtris vbique locorum exiſtentibus fatetur ſe per Diuina præcepta, & Apoſtolicas inſtitutiones fuiſſe certiorem redditum de vigilantia, quam adhibere debebat erga omnes eccleſias, &c. ſed tunc non erat Phoca in rerum natura. *Fabianus primus Pontifex Maximus.*

Anteceſſit Fabianum Antherus primus, à quo Epiſcopi Toletani, & Andaluſiæ acceperunt regulas pro permutationibus Eccleſiarum; ſed hoc fruſtra egiſſent, niſi Romanus Pontifex ſupremum Caput Eccleſiæ Vniuerſalis fuiſſet. *Antherus primus Pon. Max.*

Anteceſſit Antherum Pontianus primus, qui ſeipſum Vniuerſalis eccleſiæ epiſcopum appellat, ſed hic Phocam præceſſit. *Pontianus primus Pöt. Max.*

Anteceſſit Pontianum Vrbanus primus, qui præcepit ſeruari communitatem bonorum inter Fideles, & modum, ſeu normam diſponit, quã debeant Eccleſiæ bona eiſdem Fidelibus diſpenſari. Reflectant Hæretici ſuper Romani pontificis poteſtatem. *Vrbanus primus Pöt. Max.*

Digitized by Google

Caliſtus primus Pontifex Maximus.

Anteceſſit Vrbanum Caliſtus primus, à quo pronunciata fuit illa ſententia, nimirum: *Eccleſiam Apoſtolicam Matrem omnium Eccleſiarum eſſe, à cuius ſtatutis, & ordinationibus vetitum eſt fidelibus eloygari.* Adnotate Hæretici.

Zephirinus primus Pontifex Maximus.

Anteceſſit Caliſtum Zephirinus primus, qui præbuit regulas exercendi iudicia circa Epiſcoporum cauſas; quæ tandem ad ſanctam Sedem Apoſtolicam ſtatuit eſſe deferendas, velut ad ſupremum Tribunal; & plures alias conſimiles ordinationes ſanciuit. Adnotate Hæretici.

Victor primus Pon. Maximus.

Anteceſſit Zephirinum Victor primus. Hic appellat ſeipſum Romanæ, & Vniuerſalis Eccleſiæ Archiepiſcopum; & ſententiam excommunicationis Africanis prælatis comminatus eſt; niſi ab ipſorum contentionibus reſipiſcerent. At huiuſmodi ſonus nimis diſplicet auribus hæreticalibus.

Eleutherius primus Pontifex Maximus.

Anteceſſit Victorem Eleutherius primus. Hic regulas iudicandi prælatos Galliæ Epiſcopis tranſmiſit; & Lucius Angliæ Rex per ſuos Oratores apud ipſum inſtitit, vt ei Baptiſmum concederet. ſed hæc melodia torquet Hæreticas Tigres.

Sother primus Pont. Max.

Anteceſſit Eleutherium Sother primus. Hic ſcripſit ſui muneris eſſe ſuper omnes Eccleſias vigilare, vt ſi quid reprehenſibile foret, poſſet corrigere, ac emendare. Et hic concentus etiam durus videtur Eccleſiæ hoſtibus.

Anicetus primus Pōt. Max.

Anteceſſit Sotherum Anicetus primus. Hic Galliæ Epiſcopis iniunxit, vt in cauſis inferiores Magiſtratus recurrerent ad maiorem; & vltimum iudicium ad Sedem Apoſtolicam pertinere declarauit, tamquam ad Tribunal Supremum. Audiat Lutherus, & Caluinus, & à phreneſi hæreticali conualeſcant.

Pius primus Pont. Max.

Anteceſſit Anicetum Pius primus qui de ſolēnitate paſchali in die Dominico celebranda ſcribens Fidelibus, ſic inquit. *Nos Apoſtolica Authoritate vos omnes monemus, vt ita debeatis ſeruare, ſicut & nos obſeruamus; nec vllo prætextu debent membra à capite diſformiter operari.* Placet nē vobis Hæretici hæc ſymphonia?

Hyginus primus Pōs. Max.

Anteceſſit Pium Hyginus, qui omnibus Chriſti Fidelibus ſcripſit eos in Fide etudiendo, ac firmando; & eiſdem iudiciorum præbens formam reſeruando tāmen ſuperioritatem ad Romanam Eccleſiam. Adnotate diligenter Hæretici.

Theleſphorus primus Pont. Max.

Anteceſſit Hyginum Teleſphorus primus, qui omnibus Epiſcopis ritū Romanæ Eccleſiæ circa ieiunia ſeruandæ mandauit, & etiam normam celebrandi miſſam ordinauit. Sed niſi Caput fuiſſet Eccleſiæ, quomodo poterat iſta ſancire?

Xyſtus primus pont. Max.

Anteceſſit Teleſphorum Xyſtus primus, qui ſeipſum Epiſcopum Vniuerſalem Apoſtolicæ Eccleſiæ appellabat. Scripſit etiam quandam Epiſtolam omnibus Epiſcopis authoritate ſuprema conſcriptam, minitans in ipſa omnes ſibi inobedientes excommunicationis vinculo illaqueare. Audite Hæretici.

An-

Digitized by Google

Anteceſſit Xyſtum Alexander primus, qui omnibus Chriſti Fidelibus per diuerſas Mundi partes exiſtentibus præſcribit, ordinem ſeruandum in Eccleſijs, cum regimen omnium Eccleſiarum ſui muneris ſit. Audite Hæretici. *Alexander primus põt. Max.*

Anteceſſit Alexandrum Euariſtus primus, cui miſerunt omnes Africani Epiſcopi Oratores ad audiendam ſententiã Sanctæ Sedis circa quoſdam articulos; quibus ipſe reſpondit, tales Antiſtites prudenter ad Sedem Apoſtolicam habuiſſe recurſum, tamquam ad Caput Eccleſiæ; & non temere proprio Marte ad vllam determinationem veniſſe. *Euariſtus primus põt. Max.*

Antecesſit Euariſtum Cletus primus, qui plures Epiſtolas Epiſcopis, & Chriſti Fidelibus ſcripſit, quorum ſummarium eſt, quod Eccleſia Romana eſt Caput, Regula, Mater, & Magiſtra omnium Eccleſiarum, & hoc modo ſeipſum appellat. *Cletus conſtitutus in Apoſtolica Sede* (audite Hæretici) *à Domino, & Preſbyter ordinatus à Diuo Petro Apoſtolorum Principe, &c.* Quid vobis videtur de hoc titulo hoſtes iurati Apoſtolicæ Sedis? *Cletus primus pontifex Max.*

Antecesſit Cletum Clemens primus Petri Diſcipulus, qui docuit eundem Petrum fuiſſe Romanæ Eccleſiæ fundamentum, & ſibi Clementi poteſtatem ligandi, ac ſoluendi tradidiſſe, eo modo, quo ipſe Petrus à Chriſto talem poteſtatem acceperat; ergo non à Phoca Imperatore. *Clemens primus pont. Max.*

Antecesſit Clementem Linus primus, qui ſanciuit, ne Mulier, niſi velato capite Eccleſiam intraret, in ſignum ſupremæ poteſtatis, & authoritatis ſupra Fideles. *Linus primus pon. Max.*

Linum tandem Antecesſit Petrus Apoſtolus; petrum vero præcesſit Chriſtus, Caput, & primum fundamentum Catholicæ, Chriſtianæque Eccleſiæ, nam petra erat Chriſtus. His igitur præmandatis redeo ad Lutherum, & Caluinum. *Petrus Apoſtolus primus põtifex Romanæ Eccleſiæ.*

Dicite quæſo errorum Magiſtri, ex iſto à me adducto ſucceſſiuorum pontificum Catalogo, poteſt ne veſtra fatua opinio firmiter ſtare, nimirũ, quod à Phoca Bonifacius III. primatũ Vniuerſalis Eccleſiæ ex Imperiali priuilegio, ſiue indulgẽtia obtinuerit? ſed cõtra pertinaces voluntarios, quales vos eſtis non datur ratio conuincens, niſi ignita ſit, vt vos veſtroſque aſſeclas in cineres reducat. At bene ad præſens. tartareus ignis veſtras æternaliter torquendo animas, veſtram euincit inſipientiã, ac prauitatem.

Sed vlterius hos Hæreticos ſic confundo argumento deſumpto ex Apoſtolico Concilio in Actibus Apoſtolorum cap. quintodecimo adnotato, vbi hæc leguntur verba. *Conueneruntque Apoſtoli, & ſeniores videre de verbo hoc, cum autem magna conquiſitio fieret, ſurgens Petrus dixit ad eos. Viri fratres vos ſcitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in vobis elegit per os meum audire Gentes verba Euangelij, & credere, &c.* Sed ſi, & alij Apoſtoli Verbum Dei prædicarunt, cur Petrus dicit, Deum ab antiquis diebus os Petri deputaſſe ad Diuinum Verbum euangelizandum, vt omnes Gentes crederent? Vtique alij Apoſtoli Verbum Dei prædicarunt, ſed ſub authoritate Petri, & cum ſubordinatione ad eumdem, ad quem dubia *Confutantur iterum.* *In Cõcilio Hieroſolymitano Petrus tamquã pontifex præfuit.*

Digitized by Google

confutantur denuò.

bia Fidei declarare ſpectabat, ob authoritatem à diebus antiquis ipſi Petro delegatam. Præterea dicant noſtri Aduerſarij, cur Paulus Hieroſolymis peregrinatus eſt, (vt ipſemet ſcribit ad Galatas cap. ſecundo) niſi vt ſolum Petrum videret? Nonnè, & alij Apoſtoli erant Diſcipuli, & quidam ex eis Chriſti Domini etiam conſanguinei? vtique certè; at quia ſolummodo Petrus erat Apoſtolorum Princeps Eccleſiæ Caput, & Saluatoris Vicarius, ideo vt Eccleſiæ Principem veneraretur Hieroſolymam petijt. Vlterius progredior; Cur Chriſtus poſtquam reſurrexit prius Petro apparuit, quam cæteris Apoſtolis? non poteſt alia aſſignari cauſa, niſi quia Petrus Caput erat Eccleſiæ, Princeps Apoſtolorum, & Chriſti Vicarius, ſiue Locumtenens Supremus in terris? præterea Chriſtus Petra erat, & Petro titulum, ſeu metaphoram Petræ contulit; ergo expreſſe colligitur pro ſuſtentatione Eccleſiæ poſt Chriſtum fuiſſe Petrum, & non alium in Petram fundamentalem deputatum.

confutatur iterum.

Hæreticorum reſponſio, & ſimul irrefragabilis confutatio.

Sed forſitan reſpondebunt Hæretici, ſoli Petri perſonæ hanc fuiſſe traditam authoritatem, non ſucceſſoribus eius, nam Chriſtus dixit (*tibi*) quæ vox perſonam reſpicit non ſucceſſionem. Sed reijcitur hæc reſponſio, Tum quia contradicit ſibi ipſi Caluinus ſic reſpondendo, quandoquidem ſupra vidimus, de mente eiuſdem Caluini, per tria primitiua ſecula iam extitiſſe Eccleſiam cum eius Capite; ergo ly (*tibi*) non ſonat perſonaliter, ſed etiam realiter ad ſucceſſores. Tum quia vellem à Caluino diſcere, cur ipſe reflectat ſuper ly (*tibi*) & non ſuper ly (*dabo, fundabo, &c.*) nam ſi reflexiſſet, aliter certè reſpondiſſet. Ecce argumentum contra noſtrum Hæreſiarcham prorſus inſolubile. Si Chriſtus ſoli perſonæ Petri conceſſiſſet primatum, dixiſſet (*tibi do*) in tempore præſenti, & non in futuro; cur ergo loquutus eſt in futuro, & non in præſenti, dicendo (*dabo, fundabo, &c.*) certe (nec aliter poteſt Reſponderi) niſi quia ad futuros Succeſſores Chriſtus Petri Authoritatem extendebat; igitur concludendum eſt dari primatum Chriſti ferum in Eccleſia Catholica Romana, innixum ſuper Summos Pontifices pro tempore talem Eccleſiam regentes & gubernantes; quodque fortius conſtabit in ſequenti Capite.

Ca-

Digitized by Google

CAPVT TERTIVM DECIMVM.

In quo ostenditur Dei Ecclesiam debere regi ab vno Supremo Capite, & quod primum Caput talis Ecclesiæ fuit Petrus Apostolus à Christo ad eiusmodi Primatum eleuatus

NEgat Caluinus mordicus (vt supra diximus) Romanum, siue Petri primatum (A) ipsum sacrilega lingua blasphemando, iniurijs deturpando (sed frustra) siue infamando; & quia Caluinus varijs in locis varia asserit, & sibi contradicit, nostræ erit patientiæ suas legere contradictiones, & licet sibi sit cõtradictorius, propter quod de falsitate cõuincitur, attamen omnia sua asserta infringere, & ad nihilum reducere conabimur vt lectores veræ salutis studiosi, patenter agnoscant, & confiteantur Caluinum præcipuè inter omnes Hæreticos magis insanum fuisse. Assumo igitur demonstrandum, siue probandum, Dei Ecclesiam Vnius regimine gubernari debere, & quod hic primas in Ecclesia inter omnes Apostolos fuit, & debebat esse Petrus.

(A) *Lib 4. instit. c. 6*

Et vt ordinatè procedamus videtur etiam Politicos docere regimẽ Monarchicum nobilius esse Democratico, Politico, & Aristocratico regimine, quia minus graue est vni soli, quam multis obedire. Præterea plura Capita in eadem sententia difficilius concordãt, quam vnum solum, & sic promptius habetur Reipublicæ beneficium ad vnum, quam ad multos recurrendo. Hoc tam verum est, quod Deus (cuius opera omnia perfectissima sunt) Monarchicum, & Supremum habet erga Creaturas Dominium; signum euidens inter omnia regendi genera Regnum esse nobilius regimen.

Minus onerosũ est vni, quam pluribus obedire.

Regimen Ecclesiasticum est supremum, & Monarchicum.

Hoc igitur supposito, si possumus Ecclesiæ à Christo institutæ nobilius genus regiminis tribuere, cur ei hoc perfectius imperium denegabimus? Fuit Christus (quodque concedunt Hæretici) Perfectissimus inter omnes legislatores; ergo suæ Reipublicæ perfectissimum debebat præscribere gubernandi genus, nimirum Monarchicum; hoc patet, quia quotiescumque Christus de sua Ecclesia, veluti de quadam Congregatione alicui subiecta sermonem fecit, semper eam appellauit Regnum, & nunquã Politiam, Aristocratiam, vel Democratiam, &c. Imo non solum de sua Sponsa Ecclesia Deus hanc habuit prouidentissimam curam, sed etiam de Synagoga, vt adhuc isto genere gubernandi gauderet perfectiori. Vnde Exodi cap decimo octauo legitur de Deo Moysi loquente. *proside de omniple-*

Etiam Synagoga fuit Monarchicè recta.

Digitized by Google

ni plebe viros Sapientes, qui iudicent Populum *in omni tempore, sed quidquid maius fuerit referent ad te, & ipsi minora tantummodo iudicent.* Item Deuteronomij cap. decimo septimo legitur. *Qui superbierit nolens obedire Sacerdotis* (non Sacerdotum) *imperio ex decreto Iudicis morte moriatur, &c.* Quod si in Synagoga vnum deputauit Summum Sacerdotem, est nè credibile, quod Ecclesiæ ab ipso in suam Sponsam electam eiusmodi genus perfectius regiminis denegasset? Sic etiam, sicuti Matrē suam Christus vni Apostolo, nimirum Ioanni, commendauit; *Ecce Mater tua*, sic quoque consonum erat, vt Sponsam suam Ecclesiam vni cōmendasset Apostolo, nempe Petro; & quia hæc Sponsa Corpus habet visibile, scilicet Fideles; sic eidem visibile Caput assignare debebat, alioquin monstruosissimum fuisset hoc Corpus visibile Caput habere inuisibile; & sic ascendendo in Cælum primum Caput Christus, aliud Ecclesiæ suæ visibile debebat relinquere Caput.

His omnibus est addendum, quod Deus, qui in sui dispositione non fallitur, & cuius Prouidentia regimur, à tali Prouidentia defecisset, & rem imperfectam, & confusissimam reliquisset in Terra, quoties regimē Ecclesiæ vni *Supremo* Principi non commendasset. Hoc patet, nam in casu controuersiæ inter Fideles ob Materiam Fidei post Christi in Cælum ascensum, summæ fuisset incuriæ in Institutore, si non determinasset ad quem recurrendum esset in tali casu pro decisione.

Caluini responsio, & confutatio.

Sed posset respondere Caluinus, in tali casu pro decisione nos ad Scripturam potuisse habere recursum. At hæc responsio, quia non satisfacit reijcitur; nam ipsa non soluit argumentum, quandoquidem si in Scriptura non haberetur eiusmodi decisio; vel si circa eamdem Scripturam insurgeret controuersia, in isto casu ad quem recurrendum esset? si ad nullum, ecce Diuinæ Prouidentiæ incuria, quod est absurdissimū asserere. Si ad vnum est recurrendum, ecce Caput Ecclesiæ, ecce Caluinus conuictus.

Noua Caluini replicatio, & simul confutatio.

Sed posset denuò replicare Caluinus, huiusmodi decisionem potuisse sumi ex Doctrina multorum Fidelium simul vnitorum. At insipientissima est huiusmodi responsio, nam non solum non soluit argumentum adductum, sed ipsum denuò firmat, quia si inter ipsos Fideles vnitos interpretatione Scripturæ oriretur discrepantia, & controuersia, vt facile est inter homines euenire, in tali casu ad quem recurrendum esset pro decisione? ergo stat in robore argumentum, vel de Diuina incuria; vel quod ad vnum pro decisione esset recurrendum; ergo datur in Ecclesia visibile Caput. Præterea si Caluinus verè constans esset in responsionibus, & assertis, & sic sine trepidatione, & inconstantia sustineret in controuersijs Fidei nos debere ad Scripturam habere recursum, facile inter laqueos caperemus Caluinum, nam in Sacra Scriptura, non solum ante mortem, sed etiam post mortem suam Christus pluribus in locis Petro huiusmodi Ecclesiæ primatum promittit, & largitur. Hæc sunt verba Caluini ad propositum antedictæ Hypothesis de controuersia Fidei.

Caluini verba.

Nullus quæstionē hanc soluere melius potest, quam Scriptura ipsa, si locos omnes conferamus,

vbi

Digitized by Google

vbi docèt quid muneris, & poteſtatis habuit Petrus inter Apoſtolos, qualiter etiam ab ijs fuerit acceptus. Stemus igitur Caluine in tuo aſſerto, & rogo te, vt hac vice tantum ab ipſo ne recedas. Audi nunc quomodo ego ſuper tuam fundatus doctrinam tuum confundam errorem. Primum Concilium (ſi hoc nomine ipſum appellare velimus) fuit illud in Actibus Apoſtolorum cap. primo deſcriptum, in quo propoſitum fuit de ſurrogando Iudæ proditori ſucceſſorem; at hoc Concilium fuit à Petro conuocatum, à Petro diſpoſitum, & à Petro confirmatum; ergo Petrus illius Primitinæ Eccleſiæ Caput erat, quia ibi munera à Petro exercita omnia fuerunt Pontificalis Authoritatis. Item ibidem cap. ſecundo, cum omnes Apoſtoli à Iudæis arguerentur, ſolus Petrus arguentibus ſe oppoſuit, & pro Apoſtolorum defenſione compoſuit Apologiam, vt poteſt loco citato legi. Vlterius ibidem cap. vndecimo, Nullus ex Apoſtolis auſus fuit Gentes ad Baptiſmum admittere, niſi poſtquam Petrus ſuo exemplo eis talem admiſſionem conceſſit. Item ibidem cap. octauo Petrus deſtinauit Miſſionarios Samariæ, inter quos ipſe Petrus voluit connumerari. Item ibidem cap. quinto, Decretum Summarium de morte ſubeunda eſt Principis Supremi, & Primæ Iuriſdictionis; at hoc ſolus Petrus cum Anania, & Saphira coniugibus exercuit, eos ad mortem damnando. Item ibidem cap. quinto decimo ſolus Petrus reijcit Simonem Magum à Diſcipulorum conſortio, quod denotauit ſupremam in Petro Authoritatem. Item ibidem legimus Hieroſolymis (vbi vti Epiſcopus præerat Jacobus minor Apoſtolus, & ibi tunc præſens) à Petro conuocatum Concilium, in quo omnium primus ipſe Petrus locutus eſt; ante omnes primum dedit votũ, ſiue ſuam protulit ſententiam; igitur ſi Petrus Primus non erat, & Caput Eccleſiæ, quomodo in aliena Cathedrali poterat in omnibus, & per omnia præire? Reſpondeat ad hæc, ſi poteſt Caluinus. *Confutatur.*

Præterea Chriſtus in materia Fidei, ſemper Petrum, & non alios interrogabat; vt Lucæ cap. ſexto. Item in omnibus Catalogis Apoſtolorũ ſemper videmus Petrum anteire, vt legitur apud Matthæum cap. vndecimo. Item primam confidentiam cum Chriſto habuit Petrus; primus Iudæorum Concionator; primus, qui Gentes conuertit; primus ex Apoſtolis flagellatus; primus, in cuius Nauim Chriſtus aſcenderit; primus, cui Chriſtus lauerit pedes; primus poſt Chriſtum, qui curauit infirmos; primus qui ſolo verbo homines occiderit; primus, qui vnico verbo mortuos ad vitam reuocauerit; primus, cui poſt Chriſtum Angeli locuti fuerint; Item ſolus Petrus pro ſeipſo, & pro Chriſto ſoluit miniſtris Cæſaream cenſum; ſolus de remiſſione peccatorum Chriſtum interrogauit; ſolus miſit ſe in mare, vt iungeretur Chriſto; ſolus fuit à Paulo viſitatus; ſolus audiuit à Magiſtro ſibi dici, *Tu me ſequere, duc in altum, &c.* Vis igitur nè Caluine ex Scripturis colligere Petri Primatum in Eccleſia? Iam Scripturas audiſti. *Scripturæ ex quibus colligitur Petri Primatus.*

Sed Reſpondet Caluinus, licet omnia prædicta concedantur, nihilominus Petrus in ſua prima Epiſt. cap. primo ſcribens Paſtoribus, ſeu Prælatis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, & Bithyniæ eos nominat, non infe- *Caluini reſponſio.*

Digitized by Google

Confutatur.

inferiores, sed conseniores, & Coepiscopos; At hæc Caluinistica respõsio facit pro nobis, nam ita se gerit Pontifex, vti Petrus se gesit, nam quãtum ad Romanam Diœcesim Pontifex est Coepiscopus cum alijs Præsulibus; at quoad regimen Vniuersale est omnium Episcoporum Caput, Primas, & Princeps.

Replicat Caluinus.

At replicat Caluinus; si Petrus Princeps erat Apostolorum, & Ecclesiæ Caput, quomodo poterat argui à Paulo in Epist. ad Galatas cap. secundo, si Paulus inferior, & subordinatus fuisset? sed reijcitur Caluinistica instantia, quia loco citato ad Galatas, supra Paulum Petri superioritas appareret, nam Paulus non fuit ausus Euangelium prædicare, nisi prius contulerit cum Petro Doctrinam, quam prædicare intendebat. Quantum vero ad reprehensionem à Paulo Petro factam dicimus cum Augustino illam non fuisse veram reprehensionem ex superioritate ortam, sed ex motiuo partialis Charitatis, siue affectus, quam Paulus erga Gentiles habebat, sicut Petrus erga Iudæos, Petrus quidem tuebatur circumcisionem, Paulus vero præputium.

Sed reijcitur.

Noua Caluini instantia, quæ refellitur.

Igitur (colligit Caluinus) erant hi duo Apostoli inter se pares, siue æquales, dum vnus alteri non cedebat. Respondemus huic instantiæ Caluinisticæ negando consequentiam, & ratio negationis est, quia in Apostolis tria considerari poterant, nempe Ordo, Prædicatio, & Gradus. Ratione Ordinis omnes Apostoli æquales erant. In Prædicatione Petrus, & Paulus erant æquales. In Gradu vero solus Petrus erat Primas Ecclesiæ, & Apostolorum Princeps. Hanc distinctionem non intellexit, nec vidit rude Caluini ingenium. Sed quid prosunt vsq; nunc dicta?

In Apostolis tria sunt reflectenda.

Iuxta solitum, & consuetum transuolat Caluinus super suas inconstãtiæ plumas vociferans, se nunquam Petro concessurum Ecclesiæ Primatũ, nisi prius expressas pro hoc Dogmate viderit scripturas, quasi nos hucusq; voluntariè, & absque scriptũris nostram firmauerimus Doctrinam; sed quia delirat commiserandus est Caluinus, & ego agnoscens ipsum nil à paruulis differre, qui nolunt, & volunt; nec vnquam satiantur, recentem eius palato exhibeo cibum, vt eiusdem appetitum explere possim. Asserit Caluinus nos Catholicos nullum ad probandum eiusmodi Primatum Sacræ Scripturæ locum habere, nisi illum *Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam*. At hic textus (vocitat Caluinus) non exprimit, nec cõcedit primatum, sed Christus Petri Fidem, siue confessionem eructatam, *Tu es Christus Filius Dei viui*, commendat, & extollit; sed sic insipientiam Caluinisticam reijcio; Nam in primis falsum est assumptum, nempe Nos non habere aliam Scripturam ad hunc probandum Primatum, præter illam à Caluino allatam; Nam adsunt istæ aliæ, scilicet Ioannis primo supra vigesimum cap. *Pasce agnos meos*. Item Lucæ cap. vigesimo secundo; *Pasce oues meas*; & alibi pluries legitur. *Diligis me plus his? Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos; Tu me sequere; Tibi dabo claues Regni Cælorum; quodcumque ligaueris, &c.* & quamplures aliæ extant circa talem primatum scrip-

Caluini instantia, quæ refellitur.

Scripturæ, quas Caluinus, quia cæcus voluntarius est, noluit videre, vel legere. At vt etiam complaceamus Caluino (suspendo pro nunc adductas Scripturas) examinemus quæso illam ab ipso allatam, & tam parum consideratam.

Sciendum igitur est nos non negare super Christum, & super eius Fidem Ecclesiam fundatam esse, vt exponit Augustinus sermone tertiodecimo de Verbis Domini; & in Tractatu centesimo vigesimo quarto in Ioannem; At non per hoc secundum eundem Augustinum lib. primo Retractationum cap. vigesimo primo, excluditur alius sensus, quod scilicet etiam super Petrum fundata sit Ecclesia; imo magis aptata est hæc secunda expositio, quia si super facti circumstantias reflectamus, nempe, quod Christus Apostolos interrogauit; *Quem dicunt Homines esse filium hominis? Vos autem, quem me esse dicitis?* & nihilominus ad omnes istas interrogationes, solus Petrus dedit responsum. *Tu es Christus Filius Dei viui.* Hanc responsionem assumit Christus, & subiungit. *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam*; quibus omnibus attentè reflexis, quis non videt Christum soli Petro tale priuilegium ædificandi Ecclesiam suam concessisse? & ne sumeretur occasio errandi, quod scilicet ad alium Simonem Apostolum loqueretur, addidit cognomen paternum Petri, nempe, *Barionæ*. Præterea si Christus non intelligebat super Petrum fore ædificaturum suam Ecclesiam, vt quid ipsum Simonem sub Petræ metaphora interpellare? Ad quid eidem nomen Simonis in Petrum commutare? Assignant huius mutationis causam Hieronymus, (A) & Chrysostomus, (B) & dicunt quod nominis mutatio semper in Sacra Scriptura augmentum significat Dignitatis. Vltra quod, quis erit ita insipiens, quod audiens alicui nomen imponi nouum, habens allegoriam ad aliquam metaphoram, & sub tali metaphora illi aliqua fit facta promissio, & non statim credat, quod illi, cui impositum fuit metaphoricũ nomen sit facta talis promissio? Exemplo me declaro. Si dicam Francisco, Tu es serpens, & hunc serpentem pro tropo habeo prudentiæ, quis non intelliget Prudentiæ Virtutem me assignare, vel appropriare Francisco? sic ad propositum, vsus est Christus post impositionem nominis, *Petri*, Metaphora Petræ; igitur quis non videt hanc metaphoram super Petrum fundari? Quod si alias dicatur, nempe metaphoram Petræ ad alium Apostolum, vel hominem habere allegoriam, quis non intuetur impositionem, & mutationem nominis de Simone in Petrum frustratoriam, & sine ratione à Christo factam fuisse, quod est erroneum dicere? His addo, quod hoc nomen, *Petrus* apud Græcam, Hebræam, & Syriacam linguam (in qua Christus tunc loquebatur) coniunctum cum sequẽtibus Christi vocibus, faciunt hunc sensum, *Tu es*, non Petrus, *Sed Petra, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.*

(A) *Lib. 4. comment. super Ierem. & in Comment. Epist. ad Damasum.*

(B) *Hom. 18. in Io:*

At respondet Caluinus, quod huiusmodi interpretationes, *sunt veteres ineptiæ*: igitur ex ore Caluini ad minus habemus hoc, quod tales interpretationes sunt veteres; ergo non recentiorum fatuorum Geneuensium. Respectu vero alterius partis, nempe quod sint ineptiæ, videamus, & au-

Caluini responsio, & confutatio.

Digitized by Google

& audiamus, quinam fuerint isti viri inepti, & insipientes, quos Caluinus insipienter deridet. Primus est Chrysostomus homilia quinquagesima quinta in Matthæum. Secundus est Hilarius Canone sextodecimo in Matthæum. Tertius est Cyprianus in Epistola ad Quintium. Quartus est Origenes in tractatu quinto super Matthæum. Quintus est Theophilatus super vigesimum secundum caput Lucæ. Sextus est Leo Magnus Pontifex in secunda Concione de Petro, & Paulo. Septimus est Tertullianus de præscriptionibus Hæreticorum. Octauus est Epiphanius in Ancorano. Nonus est Dionysius Areopagita ad Timotheum. Decimum est Concilium Chalcedonense. Vndecimus est Augustinus in quæstionibus noui Testamenti, quæstione septuagesima quinta; & super Psalmum centesimum octauum, enarratione prima; & in Ioannem tractatu quinquagesimo sexto; & libro secundo contra Donatistas cap. primo; & in Epistola centesima octaua; & in sermone vigesimo sexto de sanctis; & in festo Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli sermone quinto, & alibi sæpè. Quid dicis ergo Caluine? Videntur ne tibi inepti, & insipientes omnes isti tam eximij Doctores, qui asserunt illis verbis, *Tu es Petrus, & super hãc Petram ædificabo Ecclesiam meam*, Petrum à Christo Primatum super Ecclesiam suam obtinuisse? sed, vt video Caluinus est mentecaptus; non insipientes hi, qui fuerunt Ecclesiæ, & totius Orbis lumina.

Alia Caluini responsio, & cõfutatio.

Sed adhuc vociferatur Caluinus his verbis. *Fundamentum aliud nemo potest ponere, nisi Christum Iesum, inquit* Paulus, (A) *& de Christo subiungit idem Apostolus*, (B) *Petra autem erat Christus*. At mi Caluine antiquum est hoc argumentum à veteribus Hæreticis adductum, & veluti antiquo, Patres veteres responsum dedere, quos Patres, vel non legisti, vel legisse dissimulas. Basilius de Pœnitentia; Ambrosius in Lucam cap. nono; Cyrillus Alexandrinus super cap. quartum Isaiæ; Leo Pontifex Epistola octogesima quarta; & alij quam plures vetusti Patres hanc Caluinisticæ instantiæ responsionem dederunt, nimirum, quia cum Bonum sit sui ipsius diffusiuum (teste Diuo Dionysio de Diuinis nominibus cap. quarto) mirum non est Christum Summum Bonum taliter sua diffudisse bona, vt etiam propria nomina alijs communicauerit. Ipse vocatur lux apud Ioannem cap. octauo; *Ego sum lux Mundi*, & tamen Apostolis, etiam dixit apud Matthæum cap. quinto *Vos estis lux Mundi*. Ipse solus est bonus apud Marcum cap decimo, *Nemo Bonus, nisi solus Deus*; & tamen Lucæ cap. sexto dixit *Bonus Homo de Thesauro, &c.* Ipse peccata remittit apud Lucam cap. quinto: & tamen apud Ioannem cap. vigesimo dixit Apostolis, *Quorum remiseritis peccata, &c.* Ipse est Agnus apud Ioannem cap. primo. *Ecce Agnus Dei*; & tamen apud Matthæum cap. decimo Apostolis subiunxit; *mitto vos sicut oues in medio Luporum, &c.* Ipse est Deus apud Ioannem cap. primo; *Deus erat Verbum*; & tamen adhuc Hominibus dixit apud eundem ibidem. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Ipse est Pastor apud Ioannem cap. vigesimo primo. *Ego sum Pastor bonus*, & tamen dixit Petro ibidem; *Pasce oues meas*; sic pariter dicendum, quod Christus est primum fundamentum; & tamen fundamenta communia sunt

(A) 1. *Corinth. c.* 3

(B) *Ibid. cap.* 10.

Digitized by Google

sunt adhuc Apostoli, & prophetæ, vt dicitur Ephesiorum cap. Secundo; *Superædificati super fundamentum Apostolorum, & prophetarum*; sic ad propositum fuit fundamentum primum post Christum; *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*; Christus est Petra simpliciter, at Petrus est Petra propter Petram; Christus Caput inuisibile, Petrus vero Caput, & Fundamentum visibile Catholicæ Ecclesiæ.

primatus triplex est: scilicet, Dignitatis, potestatis, & Fidei.

At quid denotet in Petro hoc esse Fundamentum Ecclesiæ? est aduertendum, quod aliud non denotat, quam Petrum esse primatem in Ecclesia. Verum hic primatus in Petro triplex fuit, nimirum Dignitatis, potestatis, & Fidei, quia Petrus, & successiuè omnes Pontifices, fuit primus inter omnes Apostolos, & Episcopos in Dignitate; primus in Iurisdictione; & primus propter Fidei confirmationem. His tribus primatibus correspondent tria verba à Christo Petro dicta, & Successoribus eius. *Pasce oues meas*, ecce primum verbum correspondens primatui Dignitatis. *Quodcumque ligaueris super terram, &c.* ecce secundum Verbum correspondens primatui Iurisdictionis. *Confirma fratres tuos*, ecce tertium verbum correspondens primatui in Fide. Quo ad Dignitatem, si Caluinus cupit primatum cernere, debet attentè obseruare, quod vbi alijs Episcopis conceditur cura, nunc istarum, nunc illarum ouium in particulari; Petro tamen fuit iniunctum regimen Vniuersale omnium Christi Ouium. Non enim Petro fuit dictum, Pasce has, vel illas oues, sed absolute, & Vniuersaliter, *Pasce oues meas* Neque fuit eidem Petro dictum, super hanc Petram ædificabo hanc, vel illam Ecclesiam; sed absolutè, & Vniuersaliter, *ædificabo Ecclesiam meam.*

Attente reflectenda sunt Christi Verba Petro dicta.

Episcopi à Deo Petro diuersis Ecclesijs deputati.

Ex hoc primatu pendebat Authoritas illa, qua Petrus in tot mundi partes Episcopatus erexit, & Episcopos deputauit; nempe Hierosolymis Iacobum Apostolum; Antiochiæ Euodium; Tarsi Vrbanum, Siciæ Epaphroditum; Ephesi Figellum; Smyrnæ Apellem, Cæsareæ Philippi Olympium; Thessalonicæ Iasonem; Corinthi Siliam; & quamplures alios deputauit Episcopos, hac sola ratione (vt dicebam) quia ad Petrum tamquam Ecclesiæ Vniuersalis Summum primatem attinebat de omnibus Ecclesijs curam habere. *Pasce oues meas.*

Omnes, quæ à Christo fuerũt Apostolis collectiuè concessa fuerunt solitariè Petro commissa.

Habuit etiam Petrus primatum Iurisdictionis sibi à Christo promissam apud Matthæum cap. sextodecimo, *Quodcumque ligaueris super terram, &c.* Vbi est notandum, quod omnia illa, quæ à Christo fuerunt Petro collectiuè cum alijs Apostolis expressa; postea ab eodem Christo soli Petro, absque cæteris Apostolis fuerunt replicata, & ratificata. Exemplo me declaro. Tribus Apostolis fuit in Horto Gethsemani à Christo dictum. *Non potuistis vna hora vigilare mecum*; at paulò post solum Petrus arguitur à Christo. *Simon dormis?* Alijs Apostolis dicitur; *Faciam vos fieri Piscatores hominum*, at paulò post soli Petro dicitur. *Ex hoc iam eris homines capiens*; Omnibus Apostolis iubetur; *Euntes prædicate Euangelium, &c.* & paulò post soli Petro dicitur, *Pasce oues meas, &c.* & tandem (quod ad nostrum magis propositum facit) si Apostolis omnibus dicitur; *Accipite Spiritum Sanctum, &c.* & alibi, *quodcumque alligaueritis, &c.* tamen

men soli Petro postea dicitur apud Matthæum cap. sexto decimo; *Quodcumque ligaueris super terram, &c.*

Duplex in Ecclesia Potestas ligandi, ac soluendi.

Ex his omnibus colligitur, duas in Ecclesia Dei ligandi, & soluendi Potestates reperiri; Vna est soluendi à peccatis in Sacramento Pœnitentiæ media absolutione, & ligandi, non absoluendo à peccatis; altera est Potestas ligandi mediantibus Ecclesiasticis Censuris, nempe excommunicatione, interdicto, & similibus; vel soluendi eos, qui ab his censuris annodati fuere. Inter has duas Potestates tres inueniuntur differentiæ; prima intendit absolutionem per se, & per accidens ligamen. Exemplo me declaro. Intentio Sacerdotis per se est absoluere à peccatis Pœnitentes; per accidens vero est, ob deficientes conditiones requisitas ad Sacramentum Pœnitentiæ, nõ absoluere, & sic ligare. Secunda differentia opposito modo se habet, nã per se respicit ligare, & per accidens soluere, & sic Iudex Ecclesiasticus habens Iurisdictionem per se intendit medijs censuris annodare, & peraccidens ligatum soluere. Tertia differentia est, quod primus modus soluendi, vel ligandi semper est ordini Presbyteratus annexus, itaut, qui Sacerdos non est talem non habeat Potestatem; at secundus modus ligandi, vel soluendi non est coniunctus cum Presbyteratu, quia etiam Laicus habens Jurisdictionem potest excommunicare, interdicere, &c. Ex hoc resultat, quod Potestas absoluendi à peccatis, in quantum est ordini Presbyteratus coniuncta, reperitur in omnibus Sacerdotibus: at potestas soluendi, vel ligandi à censuris, & pœnis, est maior in vno, quam in alio, & maxima est in Summo Pontifice, in quo tanquam in radice, vel Fonte residet.

Tres differentiæ inter has Potestates.

Potestas soluendi à censuris est maior in vno. quam in alio, sed maxima in Summo Pontifice.

His præmissis, quando Christus Petro collectiuè cum Apostolis dicit apud Io: cap. vigesimo, *Quorum remiseritis, &c.* dico, quod dedit primam Authoritatem annexam cum Ordine Presbyteratus, nempe Potestatem absoluendi, vel ligandi peccata. Similiter, quando Christus apud Matthæum cap. decimo octauo ijsdem Apostolis dixit; *Quodcumq; ligaueritis, &c.* dedit eis secundam Potestatem Iurisdictionis, nempe ligandi, vel soluendi à censuris, quæ concessio constat ex immediatis sequentibus verbis, scilicet, *quod si non audierit Ecclesiam, sit tibi tamquã Ethnicus, & Publicanus.* Diximus supra, quod Potestas Dignitatis annexa Sacerdotio per se respicit solutionem à peccatis; ecce totum hoc adnotatum in prædicto vigesimo Ioannis capite, vbi dicitur; *Quorum remiseritis, &c.* nota, quod à remissione exordium habet Christi loquela. At verò Potestas Iurisdictionis, per se respicit ligare, & per accidens soluere; ecce totum hoc in decimo octauo capite Matthæi diligenter specificatum, vbi sic Christus loquitur. *Quodcumque alligaueritis, &c.* obserua quod à ligamine incipit Christi sermo. Prima Potestas, quia Sacerdotali Ordini coniungitur specificatur per illa verba eiusdem Capitis vigesimi Ioannis citati. *Accipite* (nimirum) *Spiritum Sanctum, &c.* At secunda Potestas, quia non est ordini annexa, non facit de Spiritu Sancto mentionem, sed tantummodo dicitur; *Quodcumque alligaueritis*, &c. vt scilicet Christus hanc esse solam Potestatem Iurisdictionis, non

Or-

Digitized by Google

Ordinis ostēderet, & quia hæc Potestas Iurisdictionis, tamquam in Fonte, & radice residet in Sūmo Pontifice, eius concessio replicatur soli Petro apud Matthæū cap. sexto decimo supra citato. *Quodcumq; ligaueris, &c.* & à ligamine, sine Spiritus Sancti mentione incipit huiusmodi concessio; & sic Petrus, & in eo omnes Pontifices habent tres Primatus, scilicet, Ordinis, seu Dignitatis *Pasce oues meas*; Iurisdictionis, *quodcumque ligaueris, &c.* & Fidei decisionem, confirma Fratres tuos. Audi Caluine.

Epilogando igitur cuncta, quæ diximus in hoc capite habemus, Christum reliquisse suæ Ecclesiæ vnum Caput visibile, nempe Petrum, quem Primatum exercuisse apparet ex Scripturis, quam institutionem accepit à Christo illis verbis *Tues Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam*, quibus expressionibus, tres Primatus obtinuit, nimirum, Dignitatis, Iurisdictionis, & Confirmationis Fidei.

CAPVT QVARTVMDECIMVM.

In quo nouis Argumentis Petri Primatus in Ecclesia demonstratur.

ABhorret, tamquam pestilens obiectum, non solum personam, sed etiam nomen ipsum Pontificium, impius Caluinus, Christi Vicarium, Antichristum appellans. Sed contine sacrilegam Metaphoram antichristianorum, vel potius, Atheistarum Signifer! Non vides, ò fatue in quales tu insipientes conceptus irrumpas? Dic mihi stulte, hoc nomen, *Antichristus*, est ne officij, vel personæ? negare non poteris nomen esse personę: si sic, cur ergo omnes Pontifices sunt Antichristi, cum omnes diuersæ sint personæ, & varijs, ac disparatis nuncupentur nominibus? Si nomen est officij, ergo plures futuri erant Antichristi à Redemptore nostro prophetizati, & tamen Christus semper in singulari locutus est de Antichristi persona; & Christus est Veritas, ergo Caluinus mendax, & impius. Vlterius sic confundo Caluinum. Paulus scribens ad Thessalonicenses secundam Epistolam cap. secundo docet, quod Antichristus sedebit in vera Dei Ecclesia; sed Pontifex sedet in Romana Ecclesia, & per Caluinum est Antichristus; ergo Romana est vera Christi Ecclesia, & per consequens Ecclesia Caluinistica est vera Synagoga Hæreticorum.

Caluinus appellat Summum Pontificem Antichristum.

confunditur.

confutatur secundo.

Sed vt hos effugiat scopulos Caluinus, se paulatim reducendo ad angulos, sic loquitur. (A) *De Petro concedam illum fuisse Apostolorum Principem.* Sed supra (vt vidimus) non fuit nobiscum tàm vrbanus Caluinus, dum Petrum in omnibus, & per omnia cæteris cum Apostolis parem ad summum asseruit. At quando subinferimus; Petri Successor est Primas omnium Episcoporum, & Caput ecclesiæ, contorquetur, & exclamat; *Non est causa cur ex singulari exemplo Vniuersalem faciant regulam.*

(A) *Lib. 4. inst. c. 6. sect. 8.*

Digitized by Google

gulam; Sed has Caluiniſticas inſanias ſic reijcio. Aut Primatus Eccleſiæ aliquid honorificum eſt, aut non? ſi non, cur Chriſtus talem Primatum dedit Eccleſiæ ſuæ Sponſæ in perſonam Petri? ſi honorificum eſt, qua de culpa poſt Petri obitum fuit Eccleſia tali expoliata Primatu à ſuo Sponſo Chriſto Domino?

Abſurda innumera, quæ ſequuntur ex Caluiniſtica opinione.

Non habens Caluinus, quid ad hæc reſpondeat, velut auicula de ramo in ramum ſaltillans ſubiungit. *Volumus Euangelicam libertatem*. Igitur (ego colligo) Chriſti Eccleſia vinculis ſeruitutis fuit in Petro deturpata? ſic Chriſtus ſuam honorauit Sponſam? ergo dicitur libertate gaudere Ciuitas non habens Rectorem; Nauis non habens Nauclerum? Gymnaſium ludi Magiſtro orbatum? Ædificium, ſine fundamento regi? Domus Oeconomo priuata? Regnum procul à Rege. Corpus ſeiunctum à capite, vel ſine Capite? & non ſunt iſta ita fatua, fatuiſſima, vt neque Xenodochiorum dementes in talia hucuſque eruperint? & hæc dicitur libertas? dicat melius Caluinus, ſe .ſ. velle cum ſuis Atheiſmum, ac ita verum dicet.

Euincens petitio contra Caluinum.

Sed ſcire vellem à Caluiniſtis, ſi Chriſti oues ſemper erant permanſuræ, cur non ſemper debebāt habere Paſtorem? Præterea ſi Apoſtoli repræſentabant Epiſcopos; & Apoſtolis defunctis adhuc remanſere Epiſcopi, & habuere ſucceſſores, concedente Caluino, cur etiam Petro defuncto non remanſit in ſucceſſoribus eius authoritas, & Primatus? Vlterius data hac Caluini reſponſione, non videt, quot indè ſequerentur abſurda? nimirum Eccleſiam non poſſidere perfectius regimen, quod eſt Monarchicum. Quod falsò Chriſtus nomine Regni ſuam nuncupaſſet Eccleſiam. Quod magis à Deo dilecta Synagoga fuiſſet Phariſaica, quam ſua Sponſa Eccleſia. Et quod ſi oriretur controuerſia in materia Fidei, vel inter Patres Conciliorum careret Capite decidente. Et ecce Eccleſia in Babylonem conuerſa, imò potius in Infernum, vbi nullus ordo, ſed omnis reperitur confuſio, At quarè ſic voluntariè dogmatizet Caluinus, audiamus.

Ratio Caluini, cur defecit primatus in Eccleſia.

Deſijt Primatus (inquit impius) ſed attendamus huius defectus rationem, quæ eſt hæc. *Vnus inter Apoſtolos ſummus fuit, quia pauci erant numero. Tamen ad regendum totum Orbem terrarum nemo vnus ſufficit*. Hæc Caluinus; ſed ipſe ex dictis nolens volens confitetur illam eſſe verā Eccleſiam, quæ totum regit terrarum Orbem. At his omiſſis retorquetur Caluini argumentum. Apoſtoli in virtutibus, & donis à Spiritu Sancto confirmati; à Chriſto oretenus eruditi, numero pauci, nullo Capite regente, & dirigente indigebant, & tamen concedente Caluino hoc Caput habuerunt (*quia vnus inter Apoſtolos Summus fuit*) ergo quāto magis hoc Capite indiget Eccleſia in Fide, & Charitate torpeſcens

Retorquetur Caluini argumentum.

Victus Caluinus, tandem maxima cum liberalitate fingit ſe donare, quod non poteſt exponere venale, & quaſi in Dogmatibus Fidei debeat iocosè diſcurri, vel aulica vrbanitate nobiſcum agi, ſic temere ſubiungit. *Alterum illis largiar* (nempe Catholicis) *ſic conſtitutum in Petro Eccleſia Primatum, vt perpetua ſucceſſione ſemper maneat; ſed cur non Antio-*

Ridiculum Caluini ſubterfugium,

che-

Digitized by Google

chena Ecclesia primatum sibi iure vendicat. Hæc Caluinus, qui certè ad risum me prouocat; nam si tale tantumque obsequium profitetur erga Antiochenum Episcopum, cur quando à Romana apostatauit Ecclesia, sub regimine Antiocheni Præsulis non remisit seipsum? assignabo ego rationem, & est hæc, quia Episcopus Antiochenus apud Romanum residet Pontificem, cuius pedes deosculatur humiliter, & cuius pedibus caput submittit; & sic Caluinus, vt talem faceret Antistitem ab Ecclesia Romana declinare, hac sua pietate, & obsequio talem Episcopum ad Apostasiam stimulat, & inuitat. Sed quomodo volebat Caluinus alicui se submittere Episcopo, cum omnes conculcet, & remoueat Prælaturas Caluinistica Secta? cur se facit Caluinus Caput, Geneuensis Ecclesiæ, dum tam obsequentem seipsum erga Antistitem Antiochenum demonstrat?

Noua Caluini petitio.

Petit adhuc Caluinus, cur Hierosolymis (vbi Christus vixit, & mortuus fuit) non remansit supremum Sacerdotium? Respondeo, quod si Caluinus totam legisset Scripturam, quam sic adamussim exaggerat esse seruandam, inuenisset apud Paulum Apostolum ad Hæbreos cap. septimo hæc verba. *Quod translato Sacerdotio, necesse est, vt legis translatio fiat.* Idem in actibus Apostolorum cap. tertiodecimo arguens Iudæos Antiochenos sic loquitur. *Vobis oportebat loqui Verbum Dei, sed quia indignos vos redditis, ecce conuertimur ad Gentes.* Similiter apud Matthæum cap. vigesimo ex ore Christi habetur. *Auferetur à vobis Regnum Dei*; Quod si hos textus legisset, sua petitione Caluinus molestus nobis non esset.

cui satisfatit Paulus Apostolus, & Christus.

Sed si verè scire exoptat Caluinus, cur Romæ firmata sit vera, & prima Christi Sedes, audiat à Marcello Pontifice rationem, qui scribens quandam epistolam Presbyteris Antiochenis, sic ait. *Et si Petri Sedes initio apud Antiochenos fuit, tamen postea* (audiat Caluinus) *iubente Domino Romam translata est*. Hoc Marcelli testimonium corroboratur ab Anacleto Pontifice Epistola ad omnes Presbyteros, & Episcopos. Idem testantur Hieronymus de viris illustribus in vita Petri, & Damasus Pontifex in vita eiusdem Petri. Præter allatam reuelationem, adhuc dicimus, quod tribus alijs motiuis Petri successor magis debet dici Romanus, quam Antiochenus Episcopus; Tum quia maiori temporis interuallo Petrus Romę commoratus est; quam Antiochiæ. Tum quia residentia Romana fuit illa Antiochiæ posterior; Tum tandem, quia Petrus Romæ crucifixus fidem proprio sanguine, & obitu purpurauit, viuificauit, & confirmauit.

Iussu Christi Domini Petri Cathedra fuit ex Antiochia Romã translata.

CA-

Digitized by Google

CAPVT QVINTVMDECIMVM.

In quo ostenditur quot annis Petrus Romanam tenuerit Sedem, & quod Romæ idem Petrus Martyr occubuerit.

Caluinus negat Petrũ Romæ obiisse, & viginti quinq; annorum curriculo ibidem cõmoratum fuisse

CAluinus, vt tempus (quod tam pretiosum est) terat, in puerilia prolabitur, & ludendo circa ea, quæ etiam cæcis sunt obuia Catholicos vexare conatur. Negat primo Petrum Romæ vltimum clausisse diẽ, & postea quasi cordis munificentia motus, se retractat ab hac assertione; affirmando tamen non viginti quinque annorum spatio ipsum Petrum Romæ suam habuisse Cathedram. Hoc assumptum Caluinisticum duas habet partes, vnam de morte, alteram de Petri mora. Pro eo, quod attinet ad mortem ecce Dionysius Corinthus Author antiquissimus, qui Romanis scribens sic testatur. *Sed vt vos per talem Doctrinam, & cohortationem Romanæ, & Corinthiæ Ecclesiæ plantationem à Petro, & Paulo consitam contemperastis; Ambo enim, & Corinthi apud nos eadem docuerunt, & istic in Italia apud vos, cum eadem simul promulgassent, eodẽ tempore Martyrio sunt perfuncti.* Caius etiam Scriptor peruetustus sic subiungit. *Ego vero Apostolorum trophæa demonstrare possum, si enim in Vaticanam, aut Ostiensem viam ire velis, Apostolorum, qui Ecclesiã hãc fundarunt, fundamenta inuenies.* Sequitur istos Scriptores Hieronymus, qui in suo Catalogo ita scribit. *Simon Petrus secundo Claudij anno ad expugnandum Simonem Magum Romam perrexit, ibique viginti quinque annis Cathedram Sacerdotalem tenuit.* Sed quid moror, cum hoc sit luce clarius, & Caluinus melius, quam nos Catholici hoc habeat pro indubitato? ideo tandem nobis vrbanè hoc totum concedit.

Argumenta Caluini probãtia Petrum nũquam Romam vidisse.

Sed veniamus ad moram Romanæ residentiæ, & Caluini audiamus argumenta, quibus conatur (quod pejus est) probare Petrum nunquam Romam vidisse. Primum argumentum Caluinisticum est hoc. In Epistola, quam Paulus ad Romanos scribit, nullam facit de Petro mentionem; ergo numquam Romam adijt; quia si adijsset, vel ibi commoratus fuisset mentionem fecisset. O dignum Caluino argumentum! Saltem concluisset (& fuisset minus ridiculum) ergo eo tempore, quo Paulus scripsit, absens erat Petrus ab Vrbe. Sed certè deliciatur nobiscum Caluinus, dum in tam puerilia labitur. Secundum eius argumentum est. Paulus dum Romæ moraretur scripsit ad Philippenses (A) epistolam, qua conquerebatur seipsum fuisse ab omnibus destitutum; ergo Petrus tunc non

(A) *cap. secundo.*

erat

Digitized by Google

erat Romæ; ergo nunquam fuit, & resedit in Vrbe. Quis non ridebit de huiusmodi Caluinisticis consequentijs? Tertium argumentum Caluini. Lucas in Actibus Apostolorum nullam mentionem facit de hoc itinere Romano, vel mora; ergo nunquã Petrus Romam vidit. Quartum argumentum est istud, non minus quã antecedentia ridiculum. Petrus suam scribens primam Epistolã cap. quinto, ex Babylone scribit his verbis præcisis. *Salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylone coelecta*, ergo si ex Babylone scripsit, numquam Romam vidit. *Omnia Caluini argumenta euã nescunt.*

Sed omnia hæc puerilia Caluinistica argumenta leuiter infringo, & primo generaliter omnia quatuor prædicta argumenta simul refello. Respondendo, quod argumentatio ab authoritate negatiuè nil probat per regulam Logicalem. Secundo Respondeo specialiter ad primum, nimirum, Paulus scribendo ad Romanos non fecit mentionem de Petro, ergo iste Apostolus numquam Romam vidit, negatur tamquam ridicula consequentia; Vel quia necessitas non cogebat facere de Petro mentionem; Vel quia quando Paulus scripsit aberat Petrus ab Vrbe, nam (vt infra dicemus) Petrus varijs vrgentibus causis, illo spatio annorum viginti quinque, quo Romanam rexit Cathedram, pluries alio se transtulit; & sic isto temporis interstitio facile est ipsum Petrum procul ab Vrbe fuisse, vnde Paulus conscius de absentia, nullam de Petro fecit mentionem. Tum quia, quæ necessitas tam vrgens esse poterat, vt Paulus Romanis scribens necessario Petrum debuerit nominare? Num cum ego meas epistolas Amicis Romam, vel alio scribo, est mihi necessarium omnes notos meos figillatim salutare, eosque omnes nominare? Hoc adamussim est id, quod supponit Caluinus; ergo ridicula est Caluinistica illatio. *confutatur primum.*

Secundum Caluini argumentum erat. Paulus Romæ existens, scribens ad Philippenses conqueritur se ibi esse ab omnibus destitutum; ergo tunc Romæ Petrus non aderat; ergo numquam adfuit. Sed quis non videt insipientem illationem huius argumenti? Concedatur gratis, quod Petrus tunc non aderat; ergo nunquam fuit in Vrbe? ex quibus præmissis, scire vellem Caluinus hanc colligit consequentiam? nempe dum hæc scribo absum à Venetijs, ergo nunquam Uenetias vidi, nunquam ibi commoratus fui? Talis est Caluinistica illatio; igitur de se euanescit, tamquã ridicula, & puerilis; Vlterius, nonne poterat Paulus, quando hæc scripsit, reperiri in vinculis, vnde rationabiliter conquereretur ab omnibus fuisse derelictum, confirmans antiquum adagium; *Dum Fortuna perit, nullus amicus erit?* *confutatur secundum.*

Tertium Caluini argumentum erat hoc. Lucas in actibus Apostolorũ nullam facit mentionem de hoc Romam versus Petri itinere; ergo numquam Petrus fuit Vrbis Episcopus. Rideamus simul candide lector, de subtilissimo Caluini argumento, simili huic alteri ad eiusdem Caluini derisionem à me confecto. Lucas non testatur Petrum, & Paulum martyrium subijsse, & eorumdem animas in Cælum ascendisse; ergo Petrus Paulusque minimè martyrium subierunt, nec in Cælum ascenderunt. Non- *confutatur tertium.*

Digitized by Google

nè ridiculus est hic argumentandi modus? talis est Caluinisticus.

Confutatur quartum.

Quartum Caluini argumentum erat istud. Petrus ex Babylone suam scripsit Epistolam; ergo nunquam Romam vidit. O insipientem Argumentationem? Certè Caluinus fuit velox adinstar illius Bestiolæ nomine *Granipes*, qui vnius diei naturalis spatio solum palmare complet iter; vnde interuallo annorum quinque super viginti decurrendo, certè non poterat Romam peruenire. At omnis alius, qui in motu *Granipes* non erat commodè poterat eo temporis spatio, ex Babylone discedere, & ad Vrbē accedere. Præterea ad hominem contra suum Authorem argumentum sic retorqueo. Petrus scripsit ex Babylone; ergo tunc Romæ erat. Probatur consequentia; Nam Babylon sumitur à Petro metaphoricè, Romanis vitijs, & impietatibus alludendo, quibus Vrbs erat tam onerata, vt merito Babylon dici posset. Hoc modo interpretantur Babylonem, hic à Petro nominatam, Hieronymus, Papias, & Ecumenius; ergo Caluinus contra seipsum argumentum producit.

Retorquetur Caluini argumentum.

Babylon metaphoricè sumitur

Fuit igitur Romæ Episcopus, & totius Mundi Primas Petrus; imo Optatus Milleuitanus sic loquitur. *In ea Cathedra, in qua Petro Linus, Lino Clemens successerunt, &c.* Præterea Egesippus, Papias, & Clemens Alexandrinus affirmant Marcum Euangelistam scripsisse illud idem Euangelium, quod Romæ à Petro prædicatum audierat. At quis melius, quā Caluinus hoc scit, qui ante suam à Catholica Fide Apostasiam, cum esset Parochus, toties in tot scriptoribus, & in officio eiusdem Apostoli, quotidiè ab ipso recitato, & legerat, & didicerat, & docuerat, & crediderat, & prædicauerat? Quapropter conscientiæ cruciatu tandem perculsus concessit Romæ Petrum sedisse, sed non tam longa annorum serie, nimirum quinque super viginti.

At quando totum hoc etiam concederetur Caluino (quod non conceditur) adhuc haberemus ipsum confutatum, nam sufficit Catholicis, quod vltima Sedes à Petro occupata fuerit Romana, in qua Vrbe propter fidē, quam docuit, in Cruce corpore inuerso diem clausit extremum, & sic Petri Successor debuerat esse Romanus, non Antiochenus Episcopus. Sed quia Catholicorum contumelia foret, vt homunculus perfidus, vti Caluinus sinatur abire sine flagello, dum Hieronymum, Eusebium, & quamplures alios ementitus est, qui affirmant Petrum per annos quinque super viginti Cathedram occupasse Romanā, sic eum coarcto. Admisso etiam, quod à Christi morte, vsque ad Petri obitum non decurrissent anni quadraginta (vt asserunt solidissimi Scriptores) sed solum septem super triginta (quod neque negare audet Caluinus) nihilominus quatuor circiter annos huc illucq; vagatus est, antequā Cathedram Antiochię firmaret: postea annorum septem spatio Antiochenum Episcopatum rexit: aliud non considerabile tempus in Romano consumpsit itinere, quod tempus totum integrat mensuram annorum vndecim cum dimidio post Christi mortem; at vt peruenianus ad mensuram annorum septem super triginta, viginti quinque superfluunt anni; ergo tot itidem annis Romanam occupauit Sedem; verum tamen est, quod aliquando ex Vrbe discessit, &

Iterum confutatur Caluinus

Asiam

Asiam petijt, vt quando à Claudio Imperatore, quarto sui Imperij anno ex eadem Ciuitate omnes Hæbrei fuerunt expulsi, inter quos connumerabatur Petrus; at non propter hanc breuem absentiam desijt esse Episcopus. Computemus nunc annos à morte Christi, vsque ad obitum Tiberij, quatuor cum dimidio effluxere; totidem annis imperauit Caligula, & habemus nouem; addamus his duos annos Imperij Claudij, quo tempore Petrus Romam ingressus fuit, & habemus vndecim; ex quibus colligitur, quod benè Hieronymus computauit annos Romanæ Residentiæ, (licet cum aliqua breui absentia) fuisse viginti quinque, & falso, ac temere Caluinus computationem Hieronymi redarguit.

Petrus spatio annorum viginti quinque Romanam occupauit Cathedram

Ex his omnibus infertur, Summũ Pontificem Caput esse Ecclesiæ Christianæ; hoc Caput tres habere Primatus, nimirum Dignitatis, Iurisdictionis, & Fidei confirmationis. Esse simul Episcopum Romanum, & Vniuersalem, habentem vnam specialem relationem ad Vrbem, alteram ad generale Orbis regimen; prima relatione est particularis; secunda est totius Mundi Pastor, Doctor, ac Rector. Totum hoc constat (vltra prædicta) ex eo, quod Pelagius secundus acriter reprehendit Ioannem Constantinopolitanum Antistitem, qui se Generalem, ac Vniuersalem Episcopum subscribebat; imò omnes actus eiusdem Ioannis reprobauit, qui inconsulto Romano Pontifice ausus fuerat quoddam conciliabulum conuocare. Eadem ipsa vestigia sui Prædecessoris secutus fuit Gregorius Primus cognomine Magnus, qui neq; ad preces Mauritij, & eius vxoris Orientis Imperatorum permittere voluit, vt dictus Ioannes sibi vsurparet eiusmodi titulum Vniuersalitatis, quia soli Petro, & eius Successoribus dictum fuerat à Christo. *Pasce oues meas*. Similiter Concilium Cõstantinopolitanum capite secundo, licet omnibus Episcopis Constantinopolitanum præponat Præsulem, intelligit tamen hanc Prælationem de Episcopis particularium Ciuitatum, non Orbis in Vniuersali. Similiter aduerte Concilium tertium Carthaginense sub Siricio Pontifice; & Concilium Africanum sub Bonifacio, in quibus prohibitum fuit, ne primæ Sedis Episcopus appellaretur Princeps Sacerdotum, quod per ly (Primæ Sedis Episcopus) non intellexerunt Romanum episcopum, sed aliquam aliam Dignitatem, quæ proprio nomine vocabatur (Primas) nam erat media inter Archiepiscopum, & Patriarcham; & summa cum ratione, id prohibuerunt; quia Princeps Sacerdotum solus est Romanus Episcopus. Similiter aduerte sextum Caput Niceni Concilij; vbi dicitur Patriarchã Alexandrinum debere præsidere in sua Metropoli, quia Romani Pontificis idem mos est, quod locus iste Concilij supponitur alteratus, nam in quodam antiquissimo textu apud Bibliothecam Vaticanam legitur (*Metropolitano*) non Romano. At etiam quando ita dixisset intelligitur Cõcilium proportionaliter, idest, sicut Romanus Episcopus toti Orbi præest, sic & Alexandrinus debet in sua Metropolitana Ecclesia, siue Diœcesi cæteros omnes anteire.

Pelagius secundus reprehendit Antistitẽ Constantinopolitanum, & cur?

Concilium Constantinopolitanum, quo modo intelligendum?

Nota diligenter, & accuratè.

Aduerte reflexè.

Quod si dicas Beatum Gregorium Magnum nunquam voluisse acceptare Vniuersalis episcopi titulum; Respondeo hoc euenisse, non quia sibi in-

Cur Gregorius Primus noluit acceptare titulum Vniuersalitatis.

indebitum, sed ob humilitatis motiuum illum respuit, imo inuentor fuit illius humillimi tituli, *Gregorius Seruus Seruorum Dei*; quod patet, quia titulum Vniuersalitatis Concilium Chalcedonēse obtulit Summo Pontifici. Hoc totum exemplis plurimis constat. Nam quot Imperatores, & Reges Summus Pontifex anathematizauit, & depositi à Principatu? Quoties Imperium transtulit, ex vna in aliam Nationem, ex vna in aliam Regionem, nimirum è Græcia in Germaniam; è Germania in Galliam; & ex Gallia iterum in Alemaniam? & tandem illa quatuor æquè Primitiua, vetusta, ac Vniuersalia quatuor Concilia, correspondentia quatuor Euangelijs (tàm Catholica sunt) nimirum Nicenum Primum, Costantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedonense, Summum Romanum Pontificem, tamquam Ecclesiæ Caput agnouerunt, & ab eodem humiliter petiere actuum suorum confirmationem, vt ostenderent in dicto Pontifice reperiri Primatum Dignitatis, Iurisdictionis, & confirmationis Fidei.

Quatuor Concilia Oecumenica correspondentia quatuor Euangelijs.

Pasce oues meas. Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum, & in Cælis. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat Fides tua, & tu aliquando conuersus confirma Fratres tuos.

CAPVT SEXTVMDECIMVM.

In quo demonstratur Hominem in lucem prodire Originali macula deturpatum à Primo Parente contracta, quam Sacramentum Baptismi emundat, ac delet.

Tria Adæ priuilegia in statu Innocentiæ.

POstquam Adam humanæ Naturæ Progenitor fuit à Summo formatus Opifice, tria à suo munificentissimo Creatore assecutus est priuilegia. Primum in ordine, est fuisse in gratia eiusdem Omnipotentis Artificis productum, & originalem Iustitiam, siue innocentiam fuisse ipsi gratuito concessam. Secundum priuilegium fuit, vt non in seipso agnosceret oppositionem humorum, & inanima Potentiarum contrarietatem. Tertium vero priuilegium fuit, habuisse à Deo firmam promissionem, quod si talem conseruaret Iustitiam, omnes homines ex ipso descendentes ijsdem priuilegijs ditarentur. Quibus præmissis, si Adam sic innocentem se conseruasset, cum peruenisset ad illum terminum, in quo Deus statuisset eum in Gratia confirmare, translatus fuisset in Cælum ad Diuinam visionem prægustandam, siue fruendam, vt nunc de facto in Patria electi, seu Beati fruuntur. Sic etiam in tali statu Innocentiæ, nec humores, nec qualitates Elementares in humano pugnassent corpore, sed semper in gradu temperato sistendo, nec corporis saluti eorum pugnis nocuis-

Digitized by Google

notuiſſent, nec hominis interitum cauſaſſent. Similiter in anima Potentiæ inter ſe non diſcordaſſent, & ſic ſenſitiua ſemper fuiſſet rationali ſubiecta, ſiue ſenſus rationi. Omnes iſtæ concordantiæ humorum, qualitatum, & Potentiarum, ex Iuſtitia originali à Deo Primo Homini miſericorditer elargita procedebant; Vnde ſi Adam ſe innocentem conſeruabat, promiſſionem habuerat à Deo, vt ijſdem priuilegijs ſui fruerentur Pronepotes. E contra vero comminatus eſt ei Deus, quod ſi præceptum de non comedendo vetito fructu violaſſet, & Diuinam Gratiam amiſiſſet, nec non peccatum commiſiſſet, Iuſtitia originali denudaretur, & per conſequens humores inter ſe pugnando corpus occiderent, & hominem deſtruerent. Similiter ſenſus, ſiue Potentia ſenſitiua à ſubiectione rationis ſe ſubtrahens, ſemper animam ſuis impulſu, fomite, & ſtimulo ad peccata, & illicita obiecta traheret, & trahendo in mortem ſpiritualem, ſcilicet in odium Dei, ipſam præcipitarent; & ſic duplici morte Homines affecti, pœnas in inferno luerent æternas, niſi Deus de remedio prouidiſſet. His penſionibus oneratus Adam, eas omnes in Poſteris Pronepotibus in ſuis lumbis contentis trāſmiſit, ſicut Jnnocentiam tranſmiſiſſet, ſi præceptum non violaſſet Diuinum.

Ex originali Iuſtitia ſcatebāt omnes concordantiæ humorum, qualitatum, & Potētiarum in Homine.

Ex omnibus igitur dictis apparet, quod quando infunditur Anima rationalis corpori organizato in vtero materno, habet veluti patrimoniū antiquum, vt hæres iræ Diuinæ, & culpæ paternæ (ſcilicet Adæ) quod peccatum originale nuncupatur, & cum hoc peccato omnes ex Adam modo naturali progeniti concipiuntur; ad quod originale peccatum ſubſequūtur omnes aliæ pœnæ prædictæ, ſcilicet humorum, qualitatum, Potentiarumque pugnæ, & tandem interitus corporis, & animæ. Dixi naturali modo progeniti, vt excludatur Chriſtus, qui Spiritus Sancti Virtute conceptus eſt, ſine copula, & virilis ſeminis commixtione, propter quod tale originale non contraxit peccatum, ſed iure Vnionis hypoſtaticæ cum Verbo originalem in primo inſtanti ſuæ conceptionis habuit Iuſtitiam.

Concipitur ergo omnis Homo reus culpæ, & pœnæ ob eam primi Parentis contractam hæreditatem, & ſic ſtatim, ac homo conceptus eſt ſit mortis ſubditus, & ad prauam inclinationem ſubiectus iuxta ætatis capacitatem, in qua homo reperitur. Ex hoc apparet, quod homo antequā ex vtero egrediatur naſcitur peccator, & Deum in Protoparente offendit, & per conſequens exul cernitur à Cælo, antequam viderit lucem. Priuſquam culpam, vel pœnam agnoſcat, culpam commiſit, & pœnam incurrit. Nec valet dicere peccatum, ideo peccatum, quia voluntariū, & Infans non dum ſuæ habet vſum voluntatis; ergo non poteſt habere peccatum. Nam reſpondeo, quod peccatum actuale, quod eſt voluntarium, non habet, nec poteſt paruulus habere, cum vſum voluntatis non habeat; at bene poteſt originale habere peccatum, quia hoc non committitur, ſed contrahitur eo modo, quo naſcuntur filij ex Parente rebelli proprio Principi, & propter rebellionem exule, & odio habito à ſuo Principe, adhuc & ipſi exules, & in odium Principis ob Parentis errorem, &

Omnis Homo concipitur reus culpæ, & pœnæ ob Adæ progenitoris tranſgreſſionem.

Digitized by Google

& cõtumaciã naſcũtur. Iſti rebellionẽ certe nõ agnouerunt, bene contraxerunt, ſiue hæreditarunt, & ideo odioſi Domino in lucem prodeunt. Reducamus igitur omnia antedicta ad paucas haſce propoſitiones, nempe, quod omnis Homo oritur morti ſubiectus, & concupiſcentiæ, quæ ad peccatum hominem inclinat, & ſtimulat; & originali culpa fœdatus, ob quam Deo odioſus ex gremio egreditur materno; *Omnes namque naſcimur filij iræ.*

Tandem hanc Doctrinã, veluti in Sacra Scriptura fundatam, non audet negare Caluinus, Vnde non valens eã cenſurare, ſe diſpoſuit redarguendum modum, quo originale peccatum probamus eſſe hæreditarium ad poſteros. Nos adducimus in primis textum Ioannis cap. tertio, vbi Chriſtus dixit Nicodemo. *Quod natum eſt ex carne, caro eſt*; qui locus moraliter loquitur de originali peccato, nam Chriſtus poſt illa verba; *niſi quis renatus fuerit, ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in Regnum Dei*, immediatè ſubdit, *quod natum eſt ex carne caro eſt*; nam ſi ſine Baptiſmo Homo non poteſt introire in Regnum Dei; ergo ſignum eſt peccatum in homine reperiri, quod talem impedit ingreſſum; In paruulis non adeſt peccatum actuale; ergo originale, ſeu hæreditarium, quia, *quod natum eſt ex carne caro eſt*, ideſt ex Parentibus peccatoribus ortus peccator eſt. Adducimus etiam textum Pauli ad Romanos cap. quinto, vbi ditur; *Propterea ſicut per vnum Hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, ita & in omnes homines mors pertranſiit, quo omnes peccauerunt*; quem locum exponit Caluinus (A) hoc modo, nimirum, quod Homines peccant in Adam, eo quia peccando imitantur Adam, caput humanæ naturæ; quam expoſitionem impius Hæreſiarcha ſumpſit ab Eraſmo in Annotationibus ſuper Paulum in hunc locum. At reijcitur Caluini expoſitio; primo, quia recedit à litera ſacri textus, & ad interpretationes recurrit, quas ipſe expreſſe negat, vt ſupra fuſè oſtendimus; ergo iuxta eius doctrinam nulla eſt eius interpretatio, vel de cõtradictione, & falſitate conuincitur. Tum quia Gloſa ſic exponit. *Qui non ſua propria voluntate peccauerunt, ſicut Adam, ſed originali tenebantur, vt pueri.* Sic etiam exponit Auguſtinus, adamuſſim confutando Eraſmum, & Caluinum, his verbis præciſis. *Non ſolum eius exemplo peccauerunt, ſed omnes vnus homo fuerunt* Ambroſius etiam ſic ſcribit *Manifeſtum eſt in Adam omnes peccaſſe, quaſi in maſſa. Ipſe enim per peccatum corruptus, quos genuit, omnes nati ſunt ſub peccato.* Similiter Chryſoſtomus ſic loquitur. *In quo omnes peccauerunt, ij etiam, qui de ligno non comederunt.* Anſelmus adhuc tali pacto loquitur. *In quo omnes peccauerunt, quia quando ipſe peccauit omnes in eo erant, & tota humani generis maſſa in illo eſt infecta peccati veneno.* Præterea Regũ tertio. cap. octauo dicitur. *Non eſt homo, qui non peccat.* Item Eccleſiaſtici cap. quarto dicitur. *Graue iugum ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris eorum.* Item Pſalmo quinquageſimo canitur. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* Item Epiſtola ad Romanos cap. quinto legitur. *Per inobedientiam vnius hominis.*

Caluinus reprobat Catholicorũ rationes, cum non poſſit Doctrinam reprobare.

(A) *lib. 2. de inſt. cap. 3. ſect. 1.*

Reijcitur Caluini expoſitio,

Et primo ad hominem.

Reijcitur ſecundo.

Auguſtinus cõfutat Eraſmũ, & Caluinum.

Digitized by Google

minis peccatores constituti sunt multi; & tandem Concilium Tridentinũ, sessione quinta sic statuit. *Si quis Adã prauaricationem sibi soli, & non eius propagini asserit nocuisse; acceptam à Deo Sanctitatem, & Iustitiam, quam perdidit sibi soli, & non nobis eam etiam perdidisse, aut in quantum illum per inobedientiæ peccatum mortem, & pœnas corporis tantum in omne genus humanum transfudisse, non autem, & peccatum, quod mors est animæ, anathema sit, cum contradicat Apostolo dicenti; per vnum Hominem peccatum in hunc Mundum intrauit.* ergo stabilitum, ac firmatum remanet Adæ peccatum, siue originale in omnes homines verè transire, quidquid fatue de imitatione dixerint Erasmus, & Caluinus Hæretici.

Concilium Tridentinum de peccato originali.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

In quo ostenditur Christi Sanguine sufficienter, & Baptismo efficaciter deleri Originale peccatum.

CAluinus, vt nos Catholicos redderet suis asseclis execrabiles, abominabilesque, insigni mendacio, ac falsitate eorumdem intellectum imbuit, scilicet, nos Catholicos, vt nostros ab originali labe mundemus Infantulos, alibi, quam in Christi meritis, & sanguine nostram collocare Spem, & fiduciam. Sed ò quantum ementitur Caluinus, & si Tridentinam Synodum legisset, in hanc falsitatem, & calumniam non irrupisset; At proprium Hæreticorum est, vel negare, vel dolis veritates calumniare Audiat igitur impius Calumniator Tridentinam Doctrinam, & confundatur. *Si quis Adæ peccatum, quod origine vnum est, & propagatione, non imitatione transfusum omnibus inest vnicuique proprium, vel per humanæ Naturæ vires, vel per aliud remedium tolli asserit, quam per meritum vnius Mediatoris Dom. Nostri Iesu Christi, qui nos Deo reconciliauit sanguine suo, &c. anathema sit, quia non est aliud nomen sub Cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.* Audiuit ne Caluinus huiusmodi Symphoniam? quod si audiuit, cur tam falso, & dolosè in illas contra Catholicos irrupit Calumnias? vel si noluit audire, vel legere nesciuit cantionem tam suauem, cur ad instar iumenti in tam voluntarium cedit mendacium?

Falsa Caluini assertio.

Ementitur Caluinus, falsum docendo assumptum, & calũniando Catholicos.

Concilium Tridẽtinũ

Dicimus igitur, vtique mundari Infantes à noxa originis per Christi sanguinẽ, sed applicatum per Sacramentum Baptismi. Omnes nostras infirmitates Christi Domini Sanguis mundauit, sed per Sacramenta applicatus. Sufficienter Christi Sanguis, sed non efficaciter omnes redemit; sed applicatus eiusmodi Sanguis per Sacramenta redimit efficaciter. (A) *Christus mortuus est pro nobis* (vtique) sed etiam, *nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius.* Acce nostra cooperatio, & applicatio Chri-

(A) 1. *Epist. Petri cap. 2.*

Digitized by Google

Absurda, quæ sequuntur ex Caluinistico errore.

Christi mortis, quod si alias dicatur, singuli homines salui fierent, etiã Turcæ, etiam Pagani, etiam Hæretici, etiam Atheistæ, quia Christus pro omnibus hominibus mortuus est. Item quisque Homo posset pro suo libito scelera patrare; Opera omnino superflua essent; portæ Inferi post Saluatoris mortem per totam clausæ fuissent Æternitatem, quæ asserta, quam impia sint quisque intelligere potest, & tamen ex Caluinistica resultant Doctrina.

Sed aliter res se habet, nam sicut in Paradiso Terrestri lethalis arbor scientiæ boni, & mali non infeciſſet, & venenasset humanum Genus, si Adam eius fructus manu non legiſſet, ac degustasset. Sic pariter ex arbore vitali, nimirum ex Cruce, infinita pendent poma meritorum Christi, & eiusdem guttæ Sanguinis ad infinitos viuificandos Orbes sunt sufficientes, & superabundantes, attamen neque vni soli homini proderunt, si manum non extendat, ad talia merita, & Sanguinis guttas sibi ipsi, modis ab eodem Christo institutis, applicando. Christus fuit Medicus, confecit Medicinã Salutarem, & vitalem sui Sanguinis; at homo ægrotus debet illam sumere, quod si renuerit accipere, non conualescet vnquam, sed finaliter, & in æternum peribit.

Christi Sanguis est medicina, sed in Carchesijs Sacramentorum, & aliorum Operum est applicandus, ut sanet.

Verè ad instar Medici corporalis Christus se gessit, animarum nostrarum peritissimus, ac pijssimus Medicus, nam præparauit nobis Medicinã sui Sanguinis, sed hanc medicinam in diuersis carchesijs variè applicauit, & ordinauit; quo supposito obseruandum est, quinque esse hominum status; primus est illorum, qui solo originali peccato sunt onerati. Secundus est illorum, qui originalem culpam contraxerunt, & mortalem etiã commiserunt. Tertius est illorum, qui vltra originale veniale peccatũ patrarunt. Quartus est illorum, qui remissione culpę accepta, & pænam in hoc mundo persoluere intendunt. Quintus est illorum, qui remissa culpa obiere, antequam pœnas remissarum culparum soluerent, & satisfacerent. His quinque statibus morbosis, quinque adhibuit, & applicauit suo sanguine medicamenta, nempe peccato originali simplici præparauit sanguinem suum in carchesio Baptismi. Peccato mortali præparauit in Carchesio Sacramenti Pœnitentiæ. Peccato veniali præparauit in carchesijs operum piorum, orationum, indulgentiarum, & similium. Illis, quibus est dimissa culpa, præparauit opera pœnalia, vt flagella, ieiunia, indulgentias, &c. Illis vero, quibus remissa culpa, absque satisfactione cessere satis, præparauit Medicinam in Carchesio Purgatorij, suffragiorum, sacrificiorum indulgentiarum, &c.

Quinque hominum status.

Ex his omnibus apparet, quod omnes ægroti Christi Sanguine, & per Christi Sanguinem sanantur, sed diuersimodè disposito, ordinato, & applicato, & quod vasa in quibus sumitur Christi Sanguis (quæ Sacramenta sunt) non habent in se valorem, nisi per tale medicamentum; sed in ipsis voluit Christus, & non aliter, vt applicaretur eius sanguis, ad hoc vt efficaciam haberet, & anima infirma statim bene valeret; at non obstante præmissa Doctrina, & explicatione.

Opponit Caluinus, quod nos Catholici magis confidimus in aqua Baptismi,

Digitized by Google

tissimi, quam in Christi Sanguine; sed apparet ex prædictis vanitas volũtariæ obiectionis Caluinisticæ, nam diximus, & denuò replicamus, quod medicina est sanguis, Baptisma est tantum vas; at Christus voluit, vt per hoc vas tantum sumatur eius sanguis ad peccatum originale delendum, & efficaciter operetur adducatque salutẽ in anima infirma; & si secus homo fecerit nullum ex tali sanguine iuuamen percipiet contra morbum originariæ noxæ; & sic Sanguis Christi per Baptismum in re paruulos curat, & adultos adhuc per Baptismum in voto. Hoc ipsum insinuauit Christus quando Nicodemo dixit apud Ioannem cap. tertio. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest intrare in Regnum Dei.* Renascuntur Baptizati, & veterem hominem relinquunt, inquit Paulus ad Galatas cap. tertio; *Quicumque baptizati estis Christum induistis*; & hac de causa iudicatur ex Christi latere Sanguinem effluxisse, & aquam, scilicet, vt ostenderet Iesus, quod homini, vt renascatur, vtique proficit, & est necessarius Sanguis, sed cum aqua applicatus; quod etiam asseruit Ioannes in sua prima Epistola cap. quinto. *Hic est, qui venit per aquam, & Sanguinem Iesus Christus*; ideſt sanguis redimit, & aqua talem applicat Sanguinem; & sic ex omnibus dictis, duæ colliguntur conclusiones; prima, falso nobis imputare Caluinũ, quod scilicet nõ habeamus spem in Christi Sanguine, sed in Baptismo; secunda, quod Baptismus originale emundat, & delet peccatum, & sic paruuli statim, ac baptizati sunt, innocentia vestiuntur, & Dei suscipiunt Gratiam. At audiamus, quid Galuinus de hoc Dogmate sentiat.

Caluinus igitur acriter negat Baptismum homines mũdare ab originali noxa; animam sanctificare, peccata dimittere, vel aliquid aliud vtile nostris causare spiritibus; sed tantummodo esse signum, quod homo per Christi Sanguinem iam mundatus est, iam sanctificatus ab originaria culpa, & hoc exemplo suum declarat errorem, nimirum, sicut Princeps aliquis, postquam concesit alicui subdito aliquam Gratiam, in testimoniũ concessionis concedit eidem literas patentes, suo obsignatas sigillo; & sic in isto casu literæ patentes, & sigillum non producunt gratiam, iam obtentam, communicatam, & acceptam, sed sunt signa apud alios, quod Gratia iam est elargita. Ita à pari (inquit Caluinus) Christus suo Sanguine remisit nobis, & deleuit omnia nostra peccata, cuius beneficij literas patentes expediuit, quæ sunt Euangelia; per Baptismum tamen, tãquam per Sigillum obsignatæ, ex quo apparet (subdit perfidus Hæresiarcha) quod Baptismus non causat, sed significat Gratiam iam acceptam. Hæc sunt Caluini verba (A) formalia. *Intelligendum est per Euangelia nobis nostræ absolutionis, & sanctificationis meritum afferri, per Baptismũ vero huiusmodi meritum obsignari.* Hucusque Caluinus.

Caluinus negat Baptismum originale delere, & animam sãctificare, sed tantummodo concedit esse signum, quod homo per Christi Sanguinem iã mundatus est.

(A) *lib. 4. inst. c. 15. sect. secunda.*

Sed hic debes aduertere (subtilis lector) ea, quæ ego de Caluino sẽper obseruo, nimirum, vt sibi licitum faciat omnem relaxationem, & sensualitatem, in omnibus suis assertionibus, semper aufert à voluntate, & refundit in intellectum; & sic asserit, quod nostra salus pendeat ab intelligentia, vel à simplici fide, & non ab operatione. Si de Clauibus

Caluinus sẽper aufert à volũtate, & refundit intellectui, vt viam sensui ampliet, & dilatet.

Digitized by Google

Petri discurrit, negat fuisse Petro concessas, vt voluntati peccanti culpas dimittant, & affirmat traditas fuisse, vt solum intellectus humanus de Christi Fide erudiat. Si de possibilitate legis discurrit inquit, quod ipsa lex sit intelligibilis, sed impossibilis obseruari. Si discurrit de Euangelio asserit fuisse nobis datum, vt nos doceret, quæ credere debemus, non quod operari debeamus, Si de fide discurrit, sustinet per ipsam Fidem tantummodo, non per opera homines saluari; & nunc (vt vidimus) ait Baptismum non mundare voluntatem nostram, sed testari humano intellectui, quod iam deletum fuit originale peccatum.

confutatur Caluinus.

Sed quidquid ipse Caluinus insipienter asserat, sic eum de Baptismo coarcto, hoc modo ipsum interrogando. Vel Sigillum ostendit Gratiam iam factam, vel ostendit Gratiam faciendam. Respondet (vt diximus) Caluinus quod ostendit Gratiam factam; ergo (subsumo ego) Baptismus per Caluinum demonstrat iam esse deletum peccatum; ergo Infantulus ante Baptismum erat sine peccato, quia mundatus à Christi Sanguine; ergo in ordine ad diuinam amicitiam nulla intercedit differentia inter Baptizatum, & non baptizatum; quod quã ridiculum sit, etiam cæcus videt.

Absurdum palpabile, quod sequitur ex errore Caluinisti. eo.

Quod si Caluinus dicat, quod Baptismus non lauat, vt pura aqua est, sed vt applicatiuus Sanguinis Christi circa Infantes; ego ita infero; igitur Caluinus Catholicam amplectitur opinionem, quam conatur reijcere, nam hoc adamussim asserunt Catholici. Vel si dicat, quod Baptismus, vt applicatiuus Sanguinis, non producat peccatorum remissionem, sed ipsam tantummodo significet; non soluit certe argumentum supra adductum, quia ante Baptismum erat peccatum deletum, & significatio non confert ad summam salutis in infantulo, sed ad patefactionem extrinsecam, scilicet quod ipse paruulus saluus sit, demonstrat; & sic nulla est differentia inter Baptizatum, & non Baptizatum. Vlterius argumentor sic. Si ante Baptismum paruulus iam in re sanctificatus est Christi Sanguine; ergo Baptisma est simplex Ecclesiæ cæremonia; ergo à parte rei omnes Infantes, qui sine Baptismo decesserunt salui facti sunt, contra expressa Christi dicta, *nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c.* Probatur hæc consequentia, nam pro omnibus hominibus Christus sanguinem fudit, testante Fide, & Paulo; ergo si in sola huius sanguinis virtute Homines iã salui facti sunt in re, etiam paruuli non baptizati (pro quibus etiam Sanguis Christi effusus est) statum possident salutis; quod quam impium sit asserere, nemo est, qui non videat, & ipsemet Caluinus negaret, & tamẽ hoc totum ex eius assertione irrefragabiliter infertur.

Validum argumentum contra Caluinum.

Quod si aliquis Caluini assecla vellet subiungere; at cum virtute sanguinis Christi, debet etiam Christi fides coniungi, quam non habet paruulus non baptizatus. Reijcitur hæc responsio, nam neque Infantulus baptizatus hanc fidem habet, ob impedimentum cognitionis in tali ætate. Nec suffragatur replicare, quod scilicet Infantulus baptizatus credit in fide parentum fidelium; nam sic talem responsionem reijcio; quia si supponamus baptizari paruulum ex infidelibus parentibus ortum, data respon-

Digitized by Google

responsio nullum habet locum; ergo omnino fatuum est Caluinisticum assertum.

Sed redeamus ad principale nostrum Dogma. Dicimus ergo, quod Baptismus non tantum significat, sed verè causat Gratiam, & Baptizatũ à noxa originali mundat, & in Dei gratiam restituit. Sic testatur Concilium Florentinum sub Eugenio quarto his verbis. *Huius Sacramenti effectus est remissio omnis originalis, & actualis peccati.* Sic affirmat Euangelium Marci cap. vltimo. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei.* Idem affirmat Paulus ad Ephesios cap. quinto. *Mundatus lauacro aquæ in verbo vitæ*; & tandem Petrus Apostolus in Actibus Apostolorum capite secundo inquit. *Baptizetur vnusquisque vestrum in remissionem peccatorum.*

Baptismus causat Gratiam.

Concilium Florentinum de Baptismo.

Ex his ergo colligitur, quod Baptizatus post Baptismum ex omni sorde peccati remanet mundatus, & in Dei gratiam remittitur, quam per originale contractum peccatum, amiserat. Sed Caluinus immemor eorum, quæ paulò ante dixerat, in aliud contradictorium, & extremum falsitatis cadit, hoc modo vociferans. *Neque post Baptismum, nec vnquam sine peccato remanemus, quia humana Natura non solum semper est in peccato, sed ipsamet est semper peccatum.* Contine risum, amice lector si potes, hæc Caluini contradictoria legendo deliria. Paulo supra dicebat Caluinus ante Baptismum fuisse vigore Sanguinis Christi remissam in paruulis originariam noxam: & nunc contradictorie asserit, nec per Baptismum, nec ante Baptismum deleri peccatum originis, imo non solum nunquam Naturam humanam esse peccato destitutam, sed ipsam met esse semper peccatum Sic etiam alibi Caluinus in corroborationem huius noui extremi falsitatis subiungit. (A) *Tota Natura nostra quanta est, nonnisi peccatum est; nilque, nisi omnium scelerum Seminarium quoddam est.* Et paulò infra subdit. *Homo totus aliud non est ab intellectu, ad voluntatẽ, ab anima ad carnem, nisi concupiscentia, reatus, culpa, & peccatum.* O Caluinisticam blasphemiam! quod si Geneſis cap. primo dicitur, quod Deus vidit cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona, cur apud Caluinum nunc principalius opus Creationis, quod est homo, est ita malum? sed impius Hæresiarcha certè delirabat, quando eiusmodi insipientias scribebat. Item primo Regum cap. tertio decimo Deus de Dauid testatus est. *Inueni hominem secundum cor meum.* Similiter de Sancto Iob affirmat Scriptura. *In omnibus his non peccauit Iob labijs suis, &c.* Item Abraham, Isaac, Iacob, Elias, & ferè mille in veteri Scriptura legimus iustos, & sine peccato extitisse, & vixisse, & nunc Caluinus, tam libere affirmat, numquam sine peccato esse humanam Naturam, sed ipsam nil aliud esse, quam idemmet peccatum? ergo Caluinus in Spiritum Sanctum, qui loquitur in Scripturis, ementitur, & non erubescit, & non reformidat? vtique, quia Caluini anima Diabolica est, sed adhuc Diaboli credunt, & contremiscunt; at Caluinus nil credidit, neque contremuit dum vixit; sed nunc (ò Dei prouidentem Iustitiam) satis superque inter tartareos cruciatus Deum vltorem experiendo contremiscit.

Caluinus semper irrumpit in extrema falsitatis.

(A) *lib. 2. instit. in initio.*

Spiritui Sancto contradicit Caluinus.

Digitized by Google

Sed redeamus ad rem, & ad noui testamenti Scripturas. Christus loquens Apostolis apud Ioannem cap. quintodecimo, & alibi dicit. *Iam nō dicam vos seruos, sed amicos meos. Pater meus diligit eum, & mansionem apud eum faciemus. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Vt sitis filij Patris vestri, qui in Cælis est. Pater noster, qui es in Cælis. Vt adoptionem filiorum reciperemus. Sedebitis super Sedes iudicantes duodecim tribus Israel*; & quamplurimæ aliæ consimiles Authoritates Scripturæ adduci possunt, de Hominum Sanctitate, & Diuina dilectione; & nihilominus audet asserere Caluinus Humanam Naturam esset ipsummet peccatum?

Diximus supra, quod in homine baptizando duo reperiebantur mala, scilicet culpæ, & pœnæ. De malo culpæ sufficienter discursum est, per Baptismum nimirum, deleri omnem culpam in Baptizato; at de malo pœnæ, vsque nunc siluimus; sed accedo ad discurrendum de eo. Iam dicebamus, quod per peccatum originale Homo incurrit infirmitates corporales, & spirituales ex concupiscentia ortas, quæ infirmitates hominē ad peccatum trahendo, & inclinando, ad mortem animam trahunt, nēpe ad priuationem Diuinæ Gratiæ. Nunc igitur videamus, an Baptismus ab vtroque morbo pœnali, corporali, & spirituali, an à culpa dumtaxat, hominem eruat, siue curet, vel præseruet? Quo ad infirmitates corporales iam de se patet, quod Baptismus ab eis hominem non liberat, vel præseruat, nam adhuc post Baptisma homo languet, vexatur morbis, doloribus, febribus, & tandem moritur. Quod vero attinet ad concupiscentiam, & fomitem peccati, dicimus Deum noluisse Baptismo hanc tribuere virtutem, vt scilicet homines baptizati per Baptisma à tyrannide concupiscentiæ, & fomitis præseruarentur, vel eriperentur. Voluit Deus cū misericordia copulare Iustitiam; & sic misericorditer per Baptismum deleuit culpam; at vt etiam iustitiam suam in hoc actu locum haberet, Deus eiusdem culpæ pœnas à nobis tolerari decreuit. Vnde adultus baptizatus mundatur à culpa, & statim si obiret saluaretur. At non decedendo, sicut non remanet sine necessitate moriendi, sic neque voluit, vt sine cōcupiscentia remaneret; quæ tamen concupiscentia non cogit hominem ad peccandum, sed bene illum allicit ad culpam patrandam, vt fusius infra.

Concupiscentia nō cogit hominem ad peccandum.

Conclusio de concupiscentia, & fomite post Baptismum.

Totum hoc testatur Concilium Tridentinum dicens: *Manere autem in Baptizatis concupiscentiam, vel fomitem, hac Sancta Synodus fatetur, & sentit.* Similiter Augustinus longe antea ad hoc propositum scripserat. *Iam ne discernis, iam ne perspicis, & in Baptismate fieri omnium remissionem peccatorum, & in Baptizatis, quasi ciuile bellum internum remanere*; ideſt, inquit Paulus ad Romanos septimo, *aliam legem repugnantem legi mentis meæ.* ideſt illud bellum ad Galatas quinto; *caro concupiscit aduersus spiritum*; ideſt illa pugna, secunda ad Timotheum cap. secundo, *in qua non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit*; ideſt illa concupiscentia, quæ in nobis remansit in pœnam originalis peccati, & continuò nos allicit ad peccatum actuale committendum; at istà concupiscen-

Concilium Tridentinum de concupiscentia, & fomite.

Digitized by Google

piscentia, neque peccatum est, neque nos potest ad peccandum cogere; & licet Paulus ad Romanos cap. septimo hanc concupiscentiam peccati appellet, nihilominus Augustinus (A) explicat hunc textum, nempe dici peccatum, vel causaliter, vel effectiuè, vel dispositiuè, sicut Verbum humanum impropriè dicitur lingua, character dicitur manus, &c. quia ex lingua, vel manu egrediuntur, quod benè conciliauit Tridentina Synodus dicens. *Concupiscentiam peccatum esse, in quantum ex peccato est, & in peccatum tendit*; est ergo Concupiscentia peccatum, idest effectus peccati originalis, & ipsa postea disponit, allicit, & remotè causat peccatum actuale; & in hoc sensu, & sub hac interpretatione intelligendus est Paulus citatus.

(A) *lib. de nuptijs & concupiscentia lib. 1. c. 23.*

Concilium Tridentinum.

Ex his colligimus infantes, & etiam Adultos ante Baptismum, sub culpa originali, & pœna reperiri, siue morborum, siue mortis, siue concupiscentiæ; at post Baptisma mundantur à culpa, siue originali, siue actuali; sed adhuc in eis remanet pœna mortis, & concupiscentiæ; & licet sint amici Dei, attamen concupiscentiã retinent, quæ eos ad peccatum inclinat.

Summarium huius capitis.

CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

In quo ostenditur, quod Homo adultus post Baptismum, licet à concupiscentia trahatur ad peccatum, semper tamen habet suum liberum arbitrium ad operandum.

AVerte oculos (pijssime lector) ne legas in hoc capite execrabilissimas Caluini blasphemias. Ex ore hominis antea veram fidem Catholicamque Religionem profitentis, docentis, Sacerdotis, Parochi eiusmodi exire detestabilissimas propositiones. Blasphemiæ sunt istæ, quas nemo vnquam audiuit, vel vllis in folijs legit, vnde mea contremiscit, dum hæc scribo penna. Hæc sunt Diabolicæ Caluini blasphemiæ. *Deus omnis mali est Author, omnisque peccati causa. Nostris delectatur culpis, deliciatur delictis*; *Cogit nos, vt scelera committamus. Tempus amittimus, si ipsum in benefaciendo consumimus, quia Deus prohibet, non vult, vt operemur bonum. Maximorum vitiorum, que ab hominibus proficiunt, Deus est Promotor, & instigator. Descendit Deus in terris, nobisque Euangelium tradidit, non vt nos ad sublimia traheret, sed vt ad Abyssum, vsque precipitaret*, & tandem concludit hic pestilens Draco (ò blasphemiam omnium maximam!) *tam Deus est nostrarum amator culparum, vt nobis publicauerit legem impossibilem obseruari, ad hoc vt semper scelera, & transgressiones committamus, & exequamur.* Quis vnquam

Caluini execrabiles, & horribilissimæ blasphemiæ.

Digitized by Google

vnquam talia, vel ex libris hauſit, vel ab ore eiuſdem Diaboli vnquam audiuit? & negari mihi poterit poſtea Caluinum verum fuiſſe Atheiſtam, vel incarnatum Diabolum, talem inueniendo, docendo, prædicando, publicando, & ſcribendo Doctrinam?

Caluinus negat liberum arbitrium in homine.

Sed volo me abducere à relatis hactenus blaſphemijs, & ad poſitiuam controuerſiam de libero arbitrio me conferre. Negat igitur Caluinus liberum arbitrium in homine, & ego primo philoſophicè impium Hæreſiarcham cogo ad hoc arbitrium admittendum tali pacto. Si hoc arbitrium negas, ò Caluine, ergo negare debes animam rationalem tres poſſidere potentias, & affirmare teneris, quod duæ ſint tantummodo iſtæ potentiæ; at hoc aſſertum eſt contra omnem Scholam, & contra omniũ Philoſophorum ſententiam, ac etiam contra experientiam, ergo Caluini aſſertum, & error non eſt admittendus; probatur prima conſequentia; Nam ſi ſunt tres, ergo inter has animæ potentias connumeratur voluntas, ſed eſſentia voluntatis per omnes Philoſophos eſt libertas, & indifferentia ad operandum; ergo datur liberum arbitrium in homine, quod nil aliud ſonat, quam actionem liberè, ſeù indifferenter arbitrari. Eſt etiã contra experientiam, quia omnes in nobis ipſis experimur in noſtra eſſe poteſtate operationes liberas exercere, vt ſunt velle, & nolle; velle moueri, & non moueri; quieſcere, & non quieſcere, &c. dico (*velle*) in actu primo, quia ab extrinſeco poſſum impediri, ne mouear, vel quieſcam; at ab intrinſeco non poſſum impediri, ne velim, vel nolim, nam iſti ſunt actus interni imperati à voluntate, nullo impedimento externo ſubiecti.

confutatur primo.

confutatur ſecundo.

Secundo ſic expugno Caluinũ. Non datur libertas arbitrij per Caluinũ; ergo fruſtra, & ridiculè Deus leges tradidit hominibus. Probatur conſequentia. Illa debent ſubditis ad obſeruandum proponi, & præſcribi, quæ in eorumdem ſit poteſtate adimplere, vel non; at ſublato arbitrio hæc poteſtas non reperitur in Hominibus; ergo fruſtra, & ridiculè Deus hominibus leges tradidiſſet. Confirmatur hæc ratio euidenti exemplo. Quando prohibet aliquis Princeps arma geſtari, quæro eſt ne in ſubditorum poteſtate arma deferre, vel non? Si Caluinus affirmatiuè reſpondebit; ergo contra Caluinum neceſſario infertur in hominibus liberum reperiri arbitrium ad vtramque partẽ contrarietatis, & hoc eſt tam verum, quod niſi adeſſet hæc Pragmatica, ferè omnes homines arma, & præcisè ignea, ſeu ſclopos deferrent; ſed propter metum pœnæ à Pragmaticis indictæ contra inobſeruantes à geſtandis hiſce armis abſtinent. Si dicas ſecundum, nimirum non eſſe in ſubditorum poteſtate talia deferre, vel non deferre arma, ergo talis lex prorſus ridicula videretur, nã eſſet ſimilis huic alteri legi, nempe ſi Princeps ſuis ſubiectis iuberet ſub pœna mortis, ne ſeneſcerent; nec vllo morbo laborarent, &c. talis Pragmatica vtique ridicula eſſet, quandoquidem non eſt in hominis poteſtate non ſeneſcere, non infirmari, &c. ergo pariter ſi Deus legem tradidit hominibus non habentibus poteſtatem eam obſeruandi, ſuperflua, & vana fuiſſet lex à Deo hominibus tradita ad obſeruandum; at hoc eſt æquè

Abſurda ridicula, quæ ſequuntur ex Caluini errore.

im-

Digitized by Google

impium, & insanum affirmare de Deo; ergo impius, & insanus Caluinus, qui talia asserit. Confirmatur hoc argumentum (vt strictius transfigam Caluinum) hoc sequenti dilemmate. Aut ea, quæ Deus nobis præcepit, sunt in nostra potestate, vt reducantur ad actum, vel non? Si primum, ecce arbitrium, ecce Caluinus confusus. Si non sunt sub nostra potestate; ergo insipientissimus erit Deus nobis præcipiendo, quæ ex intrinseco adimplere non possumus, & per consequens omnibus creatis legislatoribus insipientior. At hoc asserere de Deo, non minus impium, & insanum, quam sacrilegum est; ergo sacrilega Caluini opinio, ex cuius positione necessario hæc enormia sequuntur.

Caluini iocosa responsio.

His dictis Caluinus omittens dare debitam solutionem (quam dare nunquam poterit) deriserie, & quasi per iocum respondet, quod tale argumentum antiquum est. Sed fige pedes Caluine, scriptorum scurra, non Gentium Magister, & me attente (si attentio potest reperiri in facto) audi. Antiquissimum ad instar æternitatis est argumentum hoc, sed cur tu tam veteri argumento non aptas recentem solutionem? Respondebo pro te, quia soluere non potes, vel infringere, licet antiquum sit, allatum euidens contra te fulmen. Sic igitur, ò stultè, & insipiens tuam corroboras Doctrinam, vt in suo robore illas demonstrationes relinquas, quæ totum tuum hæreticale destruunt ædificium? Si ergo contra tam antiquam argumentationem, nec antiquam, nec recentem solutionem adducis, siue veterum Hæreticorum negantium liberum arbitrium, siue recentiorum, signum est, quod numquam hunc Gordiũ nodũ, nec nouissimi, nec vetusti soluere potuerunt Hæretici. Sed dicito mihi Caluine, cur tot Hæretici nunquam hoc antiquum argumentum potuerunt infringere? Pro te respondebo (quia tu inter æternos cruciatus ingemiscens, respondere non potes) & hæc est responsio, quia adductum argumentum, ex præcordijs veritatis desumptum, & extractum, minime potest à falsitate, & errore infringi.

confutatur Caluinus acriter.

Nouus Caluini impijssimus saltus.

Illaqueatus tam arcto argumento Caluinus, omissa solutione, saltillat denuo ad nouum, sed non minus execrabile absurdum, nempe Deum inobseruabilem legem, siue impossibilis obseruantiæ nobis tradidisse. Sed impium Hæresiarcham sic confundo. Lex Diuina per Caluinum est impossibilis obseruantiæ; ergo fatuus est Deus, dum talem legem inobseruabilem hominibus tradidit. Respondet Caluinus (contremisce Christiane lector) non ad illatam consequentiam, sed procedendo ad vlteriores blasphemias dicens, quod Deus non tradidit nobis legem, vt eam obseruaremus, sed vt eam violaremus, vel infringeremus, & sic nos præcipitaret ad tartara.

Sed reijcitur.

Respondet Caluinus, non ad argumentum, sed ad vlteriores procedit blasphemias.

Sed fige pedes, Caluine, ne volites alio. Paulò supra affirmasti mordicus Christi Sanguinem omnes saluos fecisse Fideles, & nunc immemor asserti non erubescis affirmare Deum tradidisse nobis legẽ impossibilem obseruari, vt nos ad baratrum præcipitaret Inferni? & prima deuotio erga Christi sanguinem statim euanuit? Deus, qui vult omnes homines saluos fieri per Apostolicum assertum, nunc vult omnes damnatos, siue dam-

Suamet contradictione confunditur Caluinus

Digitized by Google

damnari? Dic quæso Caluine, ergo Verbum humanam assumpsit carnẽ, vt nos æternaliter perderet? vt quid igitur tot sustinuisse cruciatus, flagella, spinas, improperia, & tandem crudeliter Christum mori, si nos homines efficaciter perditos cupiebat? quod si hoc cupiebat, cur suo sanguine, & morte, Patris satisfecit iustitiæ pro Primi parentis offensa? quod si nos exoptat perditos, vt quid tot subire labores, si simplex actus eius infinitæ voluntatis omnes potest creaturas ad nihilum redigere? Miror certe, lector carissime, cur Caluinus habuerit sequaces, dum in tam palpabiles insanias, contradictiones, & deliria prorupit.

Sed redeamus ad Caluinisticum assertum, nimirum legem Diuinam esse impossibilis obseruantiæ; quod assertum, siue respiciat veterem, siue nouam legem refello mordicus, probando vtramque fuisse facillimæ obseruantiæ, & primo probo de Mosayca lege. Apud Deutcronomium capite trigesimo leguntur hæc verba. *Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est* (audi impie Caluine) *neque procul positum, neque in Cælo situm, vt possis dicere, quis nostrum valeat ad Cælum ascendere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus, atque opere compleamus? neque trans mare positum, vt causeris, & dicas, quis nostrum poterit tranfretare mare, vt illud ad nos, vsque deferat, vt possimus audire, & facere, quod præceptum est. Sed iuxta te est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum.* O quantum hic textus Caluinum contorquet, quasi extunc, Spiritus Sanctus voluisset confutare Caluinum, sic explicitè, ac clare in tali scriptura est locutus.

Verba Deuteronomij probantia facillimam legis obseruantiam.

Caluini responsio.

Refellitur.

Respondet Caluinus loco supra citato sectione duodecima, quod talis textus Deuteronomij, loquitur de Euangelio non de lege. At huiusmodi responsio facile reijcitur primo; nam sequitur ex ipsa, quod non semper standum sit puræ, & literali significationi Sacræ Scripturæ, dum hic, vbi textus literaliter de lege loquitur, Caluinus exponit de Euangelio; ergo vel hæc responsio est voluntaria; vel falsum illud Hæreticorum Principium primum, de stando semper in Grammaticali significatione. Secundo sic Caluinum confundo. Per ipsum textus hic loquitur de Euangelio, non de lege; ergo si Euangelium, quod est strictius Mosaica lege, est tam facilis obseruantiæ, vt Deuteronomium loquitur, multo facilioris obseruantiæ erit lex Mosaica, minus arcta, quia minus obligans, quam Euangelium; ergo tam Euangelium, quam lex non est impossibilis obseruantiæ; ergo semper delirat Caluinus.

Confutatur ad huc id quod possent respondere Caluinistæ.

Quod si dicat noster Hæresiarcha in illo textu Deuteronomij Deum non loqui de præceptis, sed de Doctrina legis; vel si dicat quod proposita facilitas non respiciat obseruantiam, sed intelligentiam facilem legis; confutatur illico, & contra sonum literæ Caluinus hoc asserit; nam quod ibi loquatur de præceptis clarè ostenditur per illa duo verba (*mandatũ hoc*) mandatum namque præceptum est; ergo vana Caluini fuga. Præterea illa pauca verba vtramque amplectuntur facilitatem; *vt Audiamus* ecce Doctrinæ; *atque opere compleamus*, ecce facilitas obseruantiæ legis. *Vt possimus audire*, ecce facilitas intelligentiæ; *& facere*, ecce facilitas

Digitized by Google

cilitas obseruantiæ. *Iuxta te est sermo*, ecce Doctrina; *vt facias illum*, ecce facilitas obseruantiæ, ergo à primo ad vltimum non solum lex diuina est impossibilis, sed facillimæ obseruantiæ.

confutatur secunda Caluinus.

Præterea Ioannes Apostolus in sua prima Epistola cap. quinto sic scribit. *Mandata eius custodiamus, & mandata eius grauia non sunt.* Similiter Matthæi cap. vndecimo dicitur. *Iugum meum suaue est, & onus meum leue*; quod si ex ore Veritatis egressa est hæc confutatio, quam huic veritati extorsionem dabit Caluinus?

Caluini recursus.

Ecce in promptu Caluinistica vociferatio. Adhuc ipsa Scriptura probat Caluinisticum assumptum, Nam Paulus ad Galatas cap. tertio inquit. *Lex propter transgressionem posita est*; quem textum exponit Caluinus sua consueta insania *L. propter transgressiones faciendas.* At Sancti Patres reijciendo Caluinisticam expositionem, sic interpretantur; vel scilicet, *propter transgressionem euitandam; vel propter transgressionem cognoscendam; vel propter transgressionem puniendam*; quibus tribus expositionibus alij scripturæ textus correspondent, nam prima Corinthiorum cap. sexto dicitur. *Vnusquisque Vxorem habeat propter fornicationem*, ideſt euitandam. Item ad Romanos cap. septimo dicitur. *Peccatum non cognoui, nisi per legem.* Hic textus correspondet secundæ interpretationi, ideſt, *legem esse positam propter transgressiones cognoscendas*; & ad Galatas cap. tertio dicitur. *Lex Pædagogus fuit*; qui textus correspondet tertiæ expositioni, nimirum quod *lex posita est propter transgressiones puniendas*; & sic euanescit Caluini interpretatio.

Expositiones veræ scripturæ Paulinæ adductæ à Caluino.

Secundum Caluini argumentum.

Secundũ Caluini argumentum est textus Pauli ad Romanos cap. tertio, vbi scribit. *Per legem cognitio peccati*; & Caluinus semper ingenio, ac liuore excæcatus, non obseruat in hoc textu non dici, *per legem operatio peccati*, sed cognitio peccati; ergo Deus non præbuit hominibus legem, vt homines præcipitaret.

Infringitur.

Tertium Caluini argumentũ.

Tertium Caluini argumentum est textus eiusdem Epistolæ ad Romanos cap. quinto, vbi dicitur; *lex subintrauit, vt abundaret delictum*; sed reijcitur Caluini propositum ex hac scriptura desumptum, nam primo si bene reflexisset Caluinus agnouisset, quod ly (*vt*) facit sensum consequutiuum, non causalem, ita quod sensus est. *Subintrauit lex, ex quo euenit, vt plura, vel plurima nobis innotescerent peccata, quæ sine lege non innotuissent.* Secundo dicimus, quod idem Paulus in eadem Epistola ad Romanos cap. septimo explicat seipsum circa id, quod dixerat capite quinto. Apostolus ergo post quam dicto cap. septimo expressit hæc verba, *mandatum sanctum, & iustum, & bonum*; subiungit. *Quod ergo bonum est mihi factum est mors?* Responderet affirmatiuè Caluinus ad Pauli interrogationem, sed audiamus eiusdem Pauli responsionem. *Absit, sed vt appareat peccatum.* Vel tertio dicimus, quod ly (*vt*) æquialet (*quia*) ita quod sensus est, quia abundabant delicta in mundo lex subintrauit ad talia delicta euellenda; & sic non lex fuit causa delictorum, sed delicta fuerunt causa, vt lex subintraret ad eorum euulsionem.

Sed refellitur.

Digitized by Google

Quartũ Caluini argumentũ.

Instat quarto Caluinus. Paulus citatus in eadem Epistola cap. septimo, expresè dicit. *Lex peccatum facit*. Quid clarius pro mea sententia, vociferatur Caluinus? sed qua fronte hic falsitatum inuentor, & archiartifex in publicum producit hanc Pauli Apostoli falsam authoritatẽ, quasi nullus, se excepto, haberet Pauli opera, & eadem legere sciret; Impie Caluine Gentium Doctorem, & Magistrum veritatis adducis, ad probandam tuam impietatem, & falsitatem? Erubesce aliquando impudens, erubesce! sed gaudeo; nam purpuræ ignis tartarei per totam æternitatem te erubescere faciunt.

Falsus textus à Caluino adducitur.

Tantum abest (amice lector) vt hoc scripserit Paulus, quod potius oppositum in dicto loco legatur, nimirum. *Quid ergo dicimus? lex peccatum est? absit*. Poterat ne Paulus in allegato loco magis patenter confutare Caluini insanias? Collige ergo lector charissime, cuius prauitatis sit Caluini anima, dum sic impudenter in Doctorem Gentium mentitur. Verum tamen est quod paulò infra in eodem loco, quædam apparentia verba Paulus dicit, quem non obseruauit Caluinus, ad suam construendam falsitatem distractus, nimirum. (A) *cum venisset mandatum peccatum reuixit*. Circa hanc scripturam replicamus id, quod supra diximus, nempe quod Paulus loquitur de cognitione, non de operatione peccati, adeo quod sensus est. *Cum venisset mandatum* (nempe lex) *peccatum in hominum cognitionem, quasi mortuum* (quia ignotum) *reuixit*. Vel dicimus, quod reuixit propter pœnam contra peccatum à lege stabilitam, & promulgatam.

(A) *Epist. ad Romanos. c. 7.*

Sed quid Caluinus tot quærit ambages? intentum Caluini est scripturã aliquam inuenire testantem Deum nobis exhibuisse legem impossibilem obseruari, vt ex impossibilitate obseruantiæ nos præcipitaret. Sed ex hoc apparet quam rude sit Caluini ingenium, nam illam scripturam quærit, quæ contra suum faciat intentum, & eum confutet; quod sic euidenter demonstro. Supponamus, quod inueniatur eiusmodi Scriptura, quæ testetur Deum legem impossibilis obseruantiæ hominibus tradidisse, & vt semper peccaremus talem promulgasset legem; hac data suppositione sic Caluinum euinco. Si Deus volebat, vt homines semper peccarent, legem facilis obseruantiæ debebat hominibus tradere, non impossibilis; sed per Caluinum promulgauit legem impossibilis obseruantiæ; ergo noluit homines futuros esse peccatores. Probatur assumptum, siue maior propositio, nam nemo peccat non obseruando, quod impossibile est obseruari, cum ad impossibile nemo teneatur; ergo Deus promulgando legem impossibilis obseruantiæ noluit homines futuros esse peccatores. Ecce Caluinus suis met conuictus principijs.

Conuincitur Caluinus irrefragabiliter.

Omnes igitur Doctores confitentur, & experientia ipsa nos omnes docet Catholicos, quam facilis sit Diuinæ legis obseruantia, quam suaue Christi iugum, & quam leue onus eius, nam omnia Christi præcepta, siue Decalogi consistunt in dilectione Dei, & proximi, quæ dilectio hominibus naturalis est; reliqua negatiua sunt, at nil facilius quam abstinere,

Digitized by Google

nere; & hæc præcepta negatiua adhuc ſuper illa duo de dilectione fundata ſunt.

Totum hoc bene agnouit Caluinus, nam teſtatur omnes ſacros Doctores ita affirmare; at hæc impudentiſſima verba ſubiungit impius detractor ignarus. (A) *Omnes prafati errauerunt, & falſi extiterunt Diſcipuli Chriſti.* O blaſphemiam temerariam! Omnes Sancti Eccleſiæ Doctores ſunt falſi Chriſti Diſcipuli, & Caluinus Protohæreſiarcha tã perfidus erit fidelis Apoſtolus? Quod hoc ſit verum (ſubiungit Caluinus) Obſeruate, quod Auguſtinus, qui Doctorum eſt Aquila ſtat pro me: ſed audiamus Auguſtinum loquentem, & diſcernamus ſi Caluinus ſaltem pro hac vice ſit procul à mendacio, & falſitate. Hæc ſunt Auguſtini verba. (B) *Neque poterit aliquod impoſſibile imperare, qui iuſtus eſt; neque damnaturus eſt aliquem pro eo, quod non potuit vitare, qui pius eſt.* Audi Caluine, & dicito ſtat ne pro te Auguſtinus? (C) Item ſermone quinquageſimo nono ait. *Sciendum eſt Chriſtum non impoſſibilia præcipere, ſed perfecta.* Stat ne Caluine pro te Auguſtinus? (D) Item libro de Natura, & Gratia cap. quadrageſimo ſexto ſubiungit. *Non impoſſibilia Deus iubet, ſed iubendo admonet, & facere quod poſſis, & petere, quod non poſſis.* Stat ne Caluine pro te Auguſtinus? Item ibidem cap. penultimo ſic ſcribit. *Firmiſſime creditur Deum iuſtum, & bonum impoſſibilia non potuiſſe præcipere.* Item alibi ſic docet. (E) *Quis neſcit, quod non præciperet Deus, qua ſciret non poſſe ab homine fieri?* Item alibi ſuper Pſalmum quinquageſimum ſextum loquens de inimicorum dilectione, ſic concludit. *Neque imperaſſet hoc Deus, vt faceremus, ſi impoſſibile eſſe iudicaſſet.* Dic nobis igitur impiè Caluine, quid tibi videtur, ſtat ne pro te Auguſtinus? eſt ne quæſo Caluiniſtica hæc Auguſtini loquela? mirabar certe ſi Caluinum ſemel ſaltem expertus eſſem veracem! ſed falſus in vno in omnibus falſus.

Catholici ſunt falſi Chriſti ſequaces per Caluinum.

(A) *Lib. 2. inſtit. cap. 2. à ſect. 4. vſque ad nonã.*

Caluinus adducit Auguſtinũ pro ſua opinione, ſed falſo adducit.

(B) *Serm. 61. de temp.*

(C) *Serm. 59. ibid.*

(D) *Lib. de Natura, & Gratia c. 43*

(E) *De Gratia, & libero arbitrio cap. 16.*

At ego vellem cum Catholicis conciliare Caluinum, ſed neſcio an cum Catholicis velit conciliari, qui iurauit in manus Diaboli ſe perpetuum Catholicorum hoſtem futurum. Conciliarem vtique, ſi ipſe Caluinus intelligeret, & declararet ſuam opinionem hoc modo, nimirum, quod ſolis naturæ viribus, & ſine Dei auxilio nos minime poſſumus legẽ ſeruare Diuinam, nam hoc adamuſſim Catholici aſſerunt, & ſolus Pelagius oppoſitum ſuſtinet, homines ſcilicet ſine gratia legem poſſe obſeruare Diuinam; ſed non per hoc, quia Gratia ad obſeruantiam concurrit, liberum arbitrium de medio tollitur, vt fusè videbimus infra; at Caluinus, vt nobis oppoſitionem faciat, negat etiam, ſuppoſito gratiæ concurſu, legem Diuinam obſeruabilem eſſe.

Poſſet cum Catholicis conciliari Caluinus; at ipſe talem abhorret concordiam.

Sed ego Caluini ignauiam ſic transfigo acriter. Deus inobſeruantes, & tranſgreſſores ſuæ legis ſeuerè punit; ergo iniuſtè punit. At hoc eſt impium dicere; ergo impiiſſimum Caluini aſſertum. Antecedens patet ex infinitis caſibus à Scriptura adductis, & extra Scripturam ab Hiſtoricis temporalibus, & ſpiritualibus. Conſequentia probatur; quia ſi Princeps, qui præcepit ſubditis, ne ſeneſcerent ſub pœna mortis, poſtea ſeneſcen-

Celagius aſſerit homines ſine Diuino, & ſupernaturali adiutorio poſſe legem ſeruare Diuinam.

confutatur Caluinus acriter.

nescentes puniret, nonne iniustissimus ipse esset exigendo pœnam ex lege inobseruabili, & quæ impossibilis est obseruari? vtique certe! ergo idem dicendum esset de Deo, si legem inobseruabilem tradidisset hominibus; at hoc est sacrilegum dicere de Deo, qui essentialiter est ipsa Iustitia, & rectitudo; ergo sacrilegus Caluinus, qui dogmata tam impia docet, & sic insipienter sustinet; ergo si Caluinus in sua institutione tandem coactus concessit in homine liberum reperiri arbitrium, si lex erat possibilis obseruari, cum à nobis iam probatum sit legem diuinam esse suauissimæ obseruantiæ, supposito Dei auxilio, quod nulli negatur à Deo, sequitur, quod in hominibus liberum reperiatur arbitrium.

Ex per multis Scripturis apparet dari in homine liberum arbitrium.

Quod vt clarius, & fusius demonstretur, infinitos (vt ita loquar) adducemus Sacræ Scripturæ textus, patentibus, clarissimisque sensibus liberũ arbitrium reperiri in hominibus contestantibus. Primus Textus est libri Geneseos cap. quarto, vbi Deus Caino loquens sic ait. *Nonnè si bene egeris recipies; sin autem malè statim in foribus peccatum aderit?* & vt Cainus, siue Caluinus non refunderet in violentiam concupiscentiæ actum peccaminosum commissum (quia hæc non potest cogere liberum arbitrium operans) statim Deus ibidem subiungit. *Sub te erit appetitus eius* (ideſt concupiscentia) *& tu dominaberis illius.* Quid clarius isto textu exoptas Caluine? Item Ecclesiastici cap. quintodecimo legitur. *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui; adiecit mandata, & præcepta sua. Si volueris mandata seruare conseruabunt te, & in perpetuum Fidem placitam facere. Appositi tibi aquam, & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita, & mors, bonum, & malum; quod placuerit ei dabitur illi.*

Caluinus nescius soluere textum Ecclesiastici pro libero arbitrio, negat totum librum esse Canonicum.

Huic Scripturæ adinstar solis clarissimæ nescius respondere, quid putas (lector vrbane) fecerit Caluinus, vt ab his tam arctis compedibus se subtraheret? audi, & obstupesce. Totum negauit ex integro Ecclesiastici librum, asserens ipsum non esse Canonicum. At nos initio huius operis iam occlusimus fores, ne Caluinus ex nostris possit se subtrahere manibus. Iam supra firmauimus ad Ecclesiam Catholicam, non ad Caluinum spectare declarare libros esse Canonicos, vnde cum Ecclesia librũ Ecclesiastici inter Canonicos connumeret (vt in Tridentina Synodo nuper sanciuit) conuincit Caluinum de falso. Præterea Caluinus citat Augustinum pro se, ad quem appellat in hac materia de libero arbitrio. At audiamus Augustinum, qui pluribus in locis, (A) nimirum lib. de gratia, & lib. arbit. cap. 2. vt liberum in homine probet arbitrium, pro prima ratione ad ipsum probandum adducit hanc Ecclesiastici adductã supra authoritatem. Nec ista Scriptura contentus adducit aliam eiusdẽ libri cap. trigesimo primo, scilicet. *Beatus vir, qui potuit transgredi, & non est transgressus.*

Caluinus appellat ad Augustinum; qui Caluinii confundit (A) lib. de grat. & lib. arb. cap. 2.

Innumera scriptura pro libero arbitrio.

Quid igitur Respondebit Caluinus? Quod si Ecclesiasticum negauit, negabit ne Paulum, & reliquos libros Sacræ Scripturæ perfidus Hæresiarcha? Audiat igitur Caluinus, & torqueatur. Paulus prima ad Corinthios cap. septimo sic inquit. *Non habens necessitatem, sed potestatem va-*

Digitized by Google

voluntatis ſuæ. Item ibidem cap. nono ſubdit. *Si euangelizauero, neceſſitatem habens, nihil mihi prodeſt; ſi volens hoc ago* (audi Caluine) *mercedem habeo*. Item ſcribens ad Philemonem ſic ait. *Vt non ex neceſſitate bonum tuum eſſet, ſed voluntarium*. Item Deutoronomij cap. trigeſimo legitur. *Propoſui vitam, & bonum; benedictionem, & maledictionem; elige ergo bonum, vt & tu viuas, & ſemen tuum*. Item Regum ſecundo cap. vigeſimo quarto. *Trium tibi datur optio elige vnum*. Item Iſaiæ cap. primo; *ſi volueritis, & audieritis me bona terræ comedetis*. Itē Ieremiæ cap. vigeſimo primo. *Ecce ego do vobis viam vitæ, & viam mortis, eligite*. Idem Matthæi cap. vndecimo; *ſi vultis eum recipere, ipſe eſt Elias*. Ibidem cap. ſextodecimo. *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum*. Ibidem. *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata*. Ibidem *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende*, &c. Item Marci cap. decimo. *Quid vis tibi faciam?* Ibidem cap. quartodecimo. *Cum volueritis, poteſtis illis benefacere*. Item Ioannis ſexto. *Numquid, & vos vultis abire?* Ibidem cap. ſeptimo. *Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoſcet*, &c. Ibidem cap. quintodecimo. *Quæcumque volueritis petite*. Item prima Corinthiorum cap. ſeptimo ſupracitato. *Quod vult faciat, non peccat, ſi nubat*, &c.

Tam liberum eſt arbitrium in homine, vt fere ſemper oppoſitum diuinæ voluntatis adimpleat.

Sed his omnibus Scripturis addam, quod non ſolum liquidò conſtat hominem libero gaudere arbitrio, ſed tam intactum hoc arbitrium Deus nobis reliquit, quod multoties, & ferè ſemper peccando facimus oppoſitum illius, quod Diuina exoptaret voluntas. Iſta enim vellet omnes homines innocentes, & tamen omnes peccata ſectantur. Iſta tradidit hominibus præcepta poſitiua, & negatiua, & homines ex diametro poſitiuis reſpondent cum negatione; & negatiuis cum poſitione. Exemplo me declaro. (vt ſupra etiam tetigi) Diuina voluntas nobis præcipit, vt diligamus Deum, & proximum, & nos tam abutimur hoc eximio libertatis priuilegio, vt nolimus diligere, ſed potius volumus ſemper odio habere proximos noſtros, & ipſum Deum, nouis noxis ſemper offendendo. Similiter præcipit Deus, ne occidamus, &c. & nos ex Diametro occiſiones patramus, ſanguinem proximorum fundimus, &c. Qua propter pluribus Sacræ Scripturæ locis, Deus, vel Chriſtus de hac noſtræ voluntatis ingratitudine conqueſtus fuit, vt apud Iſaiam cap. ſexageſimo quinto his verbis. *Pro eo, quod vocaui, & non reſpondiſtis, & quæ nolui elegiſtis*. Item apud Matth. cap. vigeſimo tertio; *quoties volui congregare filios tos ſub alas, ſicut Gallina congregat pullos ſuos, & noluiſtis?* Ibidem cap. quintodecimo. *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me*. & ſic de multis alijs Scripturis dicendum, quæ breuitatis cauſa omittuntur. Videat igitur Caluinus ſi tota ſcriptura contra ipſum conqueritur, ex eo, quia profitendo tantummodo ſenſum litteralem, ſic poſtea eiuſdem grammaticali ſignificationi contradicit, & tam ceruicosè reluctat.

At forſitan Sancti Patres ſtabunt pro Caluiniſtica opinione? videamus, ſiuè audiamus, quid fateantur pro, vel contra liberum arbitrium. *Ireneus*,

Digitized by Google

Sancti Patres pro lib. arbitrio

(A) lib. 4. c. 9.

(B) Apolog. prima.

(C) Lib. 2. contra Marcionem.

(D) Secundo stromatum.

(E) Homil. 4. super Cantic.

(F) Epist. 55. ad Cornelium.

(G) In oratione cõtra Idola.

(H) Cathechesi 4.

(I) Super Psal. 2.

(K) Haresi 18 decima

(L) Super Psal. 61.

(M) Orat. de Beatitudinibus.

(N) Orat. super 19. cap. Matthai.

(O) Super Psal. 4.

Quid scribat Augustinus de libero arbitrio.

Haresis Manichai, confutata ab Augustino.

Pelagij error cõfutatus ab eod.

contra Pelagiũ Aug. tuebatur Gratiã, contra Manichæũ tuebatur arbit.

neus (A) sic loquitur. *Homo verò rationabilis, & secundum hoc similis Deo liber in arbitrio factus, & suæ potestatis, ipse sibi causa est, vt aliquando frumentum, aliquando palea fias.* (B) Iustinus Martyr sic inquit. *Omnium vero, qui generati sunt, hæc natura est, vitium, & virtutem accipere posse, neque enim quidquam eorum dignum laude esset; nisi illi vtramque in partem flectere, & quasi conuertere se possent.* Tertullianus sic ait. (C) *Cum liberum, & suæ potestatis inuenis hominem à Deo institutum, nullam magis imaginem, & similitudinem Dei aduertere in illo potes.* Clemens Alexandrinus sic fatetur. (D) *Neque vituperationes, neque honores, neque supplicia iusta sunt, si anima non habet liberam potestatem.* Origenes sic scribit. (E) *Pro arbitrij libertate possibile est vnumquemque ex parte alterius transire ad partem Dei.* Cyprianus (F) sic ait. *Homo libertati suæ relictus, & in arbitrio proprio constitutus est.* Athanasius sic fatetur (G) *Anima rationalis libera est, & sui arbitrij.* Cyrillus Hierosolymitanus sic testatur. (H) *Cognosce animam esse sui iuris, & liberæ potestatis.* Hilarius sic docet (I) *Vnicuique nostrum libertatem promisit.* Epiphanius connumerat. (K) *Inter Hæreticos negantes liberum arbitrium.* Basilius sic loquitur. (L) *Liberum in nobis arbitrium statuendum est* Gregorius Nissenus sic dicit. (M) *Libera summa, plenaque potestas, quam in Natura Dominus Naturæ fabricatus est* Gregorius Nazianzenus sic fassus est. (N) *Tu rationem tibi insitam, virtutis fomitem per arbitrij libertatem exuscita.* Ambrosius sic scriptum reliquit. (O) *Homini dedit diligendi arbitrium*; & sic de omnibus alijs Ecclesiæ Doctoribus dicendum, quod adhuc cognouit (vt supra diximus) & confessus est Caluinus. At omnes isti (subdit impius) fuerunt falsi Christi Discipuli, præterquam Augustinus, quem excipit fatuus Hæresiarcha, quia ipsum ad suam hæreticam opinionem (sed nescio quo fundamento) adiudicat. Videamus igitur, quid de libero arbitrio sentiat Augustinus.

Hic Doctorum Aquila, & Catholicæ Doctrinæ Magister multos edidit libros, ex his, aliqui purè, & simpliciter Catholicam docent Doctrinã. Aliquos contra Hæreticos scripsit, & vt plurimum contra Manichæum pro libero arbitrio; & contra Pelagium pro Gratia tuenda; & sic quando Manichæum impugnat, se partialissimum liberi demonstrat arbitrij, nam Manichæus mordicus negabat in hominibus liberum inueniri arbitrium; sed ex ineuitabili necessitate desuper nobis imposita nos operari, adeo, quod neque mereri, neque demereri possimus. Pelagius è contra sustinebat Homines vtique liberum possidere arbitrium, sed vt in alterum extremum incideret adiungebat, esse tam validum, tantique roboris nostrum arbitrium, siue libertas ad operandum, vt sine supernaturali adiutorio, seu sine Gratiæ Diuinæ auxilio, solis naturæ viribus possimus bene, & meritoriè operari, gloriam mereri, & Beatitudinẽm adipisci; quo declarato est aduertendum, quod quando Augustinus impugnabat Pelagium, vt ipsum conuinceret se gratiæ particularem ostendebat, nunquam tamen cum tali partialitate à veritate recedendo; quando vero impugnabat

Digitized by Google

bat Manichæum acriter tuebatur arbitrium. Et sic Augustinus contra ambos istos Hæreticos probat nos liberum possidere arbitrium, verum sine gratiæ concomitantia, & supernaturali auxilio nos non posse mereri, vel aliquid boni facere, siue gloriam adipisci. Contra Manichæum ergo negantem liberum arbitrium tres integros composuit libros; & hoc non obstante audet Caluinus asserere Augustinum absolute negare liberum in Hominibus arbitrium. At vbi Augustinus non disputat de libero arbitrio, sed indifferenter pro veritate scribit, adhuc calamum veritatis pro libero arbitrio implicat; & sic in libris de vera Religione capite quartodecimo ita loquitur. *Postremo, si non voluntarie male facimus, nemo obiurgandus est.* Imo (quod est notatu dignum) vbi contra Pelagium disputat, & eneruat ad veritatem vsque liberum arbitrium, vt gratiam extollat, adhuc pro libero arbitrio est, nimirum pro veritate. Vnde in tractatu de peccatorum meritis, & remissione, libro secundo, capite sexto, sic inquit. *Potest homo, si vult esse sine peccatis.* Similiter in libro de Natura, & Gratia contra Pelagium edito ita scribit. *Non enim cum istæ commemoramus, arbitrium voluntatis tollimus.* Et libro secundo de nuptijs, & concupiscentia, capite tertio, postquam fassus est liberum arbitrium in homine reperiri, his verbis præcisis concludit. *Hoc enim Catholica fides tenet*; Ergo Caluinus consueta falsitate citat Augustinum in Patronum suæ hæreticalis assertionis. Appellet igitur Caluinus ad Augustinum, quia velocius incidet in laqueos, quos contendit effugere. Sed verè Caluinus confitetur implicite se iumentum esse, vt de ipso verificetur illud Psalmi. *Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis*, nam remouendo arbitrium ab homine Brutum est, quia per hoc homo secernitur à Bruto, quia rationalis, & liber est; Brutum vero irrationabiliter, naturaliter, & sine vlla electione operatur.

Augustinus contra Manichæū pro libero arbitrio tres integros composuit libros.

Sed Caluinus negando liberū arbitrium cum Manichæo implicite confitetur se Brutum, non hominem esse.

CA-

Digitized by Google

CAPVT DECIMVMNONVM.

In quo alijs argumentis, & Scripturis demonstratur liberum arbitrium in Homine reperiri.

Caluinus, & Lutherus sunt concordes in negando arbitriũ in homine.

CAluinus cum Luthero super hoc Dogma coniunctus negat omnino opera ex parte hominis, dum libertatem ab hominibus totaliter propulsat. Ambo appellant (contine risum si potes amice lector) hanc ipsorum met sententiam *libertatem Euangelicam*, & tamen negant humani arbitrij libertatem. O dementiam, ò insipientiam! vnire simul duos repugnantes terminos, scilicet negationem libertatis, & Euangelicam libertatem in homine. Explicant hambo hunc speciosum titulum docendo, Christianos esse liberos ab omni exercitio bonorum operum, & ratio est; tum quia non habent libertatem operandi; tum quia opera humana apud Deum nullius sunt meriti, & valoris. Hanc libertatem Diabolicam potius, quam Christianam, fatentur esse Euangelicam. O dignam talium iumentorum libertatem.

Sustinent ambo sententiam repugnantem in terminis.

confutantur primo.

Sed ego (licet nimium iratus, dum eiusmodi insanias cogor refellere) sic ambos istos hæresiarchas percutio potius, quam conuinco. Data istorum sententia tota Euangelica vana, & ridicula esset Doctrina; hoc negatur ab Aduersarijs; ergo potius est ridicula eorum bestialitas. Probatur sequela. Christus præter signa, & miracula edita, quæ non posũt ab hominibus patrari, ieiunauit, orauit, prædicauit, elemosynas pauperibus dispensauit, &c. nobis præcipiens, vt eadem faceremus, si retributionem exoptabamus. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Vade vende, & da pauperibus. Orate, ne intretis in tentationem, &c.* ergo si liberũ in hominibus non resideret arbitrium, nec opera humana aliquid meriti haberent, vana fuissent hæc opera, & documenta Christi; at hoc neque ab Aduersarijs conceditur, si negare nolunt Euanglium; ergo potius eorundem vanescit doctrina. Præterea Christus apud Ioannem cap. tertiodecimo præcepit Apostolis, vt peregrinando per Ciuitates prædicarent Gentibus, & populis, baptizarent, docerent, ac exhortarentur ad seruanda ea omnia, quæ ab eisdem prædicabantur; at hoc præceptum vanum, & superfluum fuisset si homines arbitrio carerent, & per eorundem opera non possent mereri; ergo delirant Lutherus, & Caluinus negando arbitrij libertatem in hominibus. Item apud Matthæum cap. vigesimo quinto nonnè legitur Christum remuneraturum fore in nouissimo die homines iuxta eorum opera? vtique. At quomodo potest cadere remuneratio, seu præmium, vel inflictio pœnæ, ubi non intercedit arbitrium,

confutantur secundo.

confutantur tertio.

siue

siue potestas operandi, imò vbi non operamur, nec possumus ex nobis operari? Item pluribus in locis scriptū est, *opera enim illorum sequuntur illos; reddet vnicuique iuxta opera sua, &c.* Quomodo ergo poterit Christus reddere iuxta hominum opera, si homines ad operandum sunt impotentes? Item si hominibus deest arbitriū, siue potestas operandi meritoriè; ergo insipienter, & fatuè Apostoli orabant, ieiunabant; persecutiones, & martyrium tandem subierunt? at potius insipientes sunt Caluinus, & Lutherus has insanias sustinendo. Præterea, si Homo non potest libere operari, cur isti Hæresiarchæ de Catholica Fide ad apostasiam transierunt, ideſt de veritate ad falsitatem? Vlterius, si homo non potest libere operari, nec mereri; ergo iniustus Deus hos, vel illos homines declarando reprobos, & ad æternam damnando gehennam; at hoc est blasphemum asserere; ergò blasphemi, qui talia phreneticati sunt. *confutatur 4.* *confutatur 5.* *confutatur 6.* *confutatur 7.*

Neq; obstat vulgare Hæreticorum adagium ex Paulo ad Ephesios cap. secundo desumptum; *Gratia* (scilicet) *homines esse saluatos per fidem*; nā per fidem tamquam per fundamentum à Christo iactum introducta est in nobis facultas, vt possemus saluari, sed comitantibus operibus. Per Fidem enim sufficienter non efficaciter salui facti sumus, vt fusè proprio loco diximus; quia si alias dicatur, sequeretur nullum Christianum pœnas infernales experiri, nec experiri posse, quod est fatuum asserere, & fatuè tot sancti viri bonis vacassent operibus, dum tam sceleſtis, quam probatæ vitæ hominibus æqualiter Beatitudo, & Gloria debebatur æterna.

At volo, vt omnino Caluinus arctet Caluinum. Dicat ergo mihi Caluinus, cur ipse Geneuæ suos remunerabat asseclas, & persequebatur Aduersarios, vt cum Michaele Serueto seruauit, tradens eum igni sub hæresis prætextu (sed erat priuata inimicitia causa combustionis) non alia de causa, nisi quod opera Serueti suis operibus, & doctrinæ aduersabantur? ergo apud Caluinum reperiebatur, & dabatur meritum asseclarum, & demeritum aduersantium; ergo per ipsum necessario datur arbitrium, quia alias si coactè homines operarētur, nil Michael Seruetus mali fecit à seipso, dum se Caluino opposuit, quia quod egit, necessario, non libere egit; ergo si iussit illum comburi, confitetur Seruetum liberè, quæ contra Caluinum dixit, & patrauit, operatum fuisse, & per consequens dignum combustione iudicauit; ergo datur libertas arbitrij, velit nolit Caluinus. Præterea data Hæresiarcharum opinione, insipienter diceret Apostolus Iacobus cap. secundo suæ Epistolæ. *Fides, sine operibus mortua est*; ergo opera fidem viuificant; ergo opera Fidei coniuncta vitam merentur, comitante tamen gratia, vt suo loco dicemus. Tum quia idem Apostolus ibidem subiungit; *numquid fides poterit saluare eum?* ergo requiruntur opera; sed opera procedunt à libertate arbitrij; ergo datur liberum arbitrium. Præterea idem Apostolus ibidem subiungit. *Videtis, quod ex operibus iustificatur homo, & non ex Fide tantum?* ergo dantur opera; ergo datur arbitrium. Vlterius Paulus scribens ad Romanos cap. secundo ait. *Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur*; igitur hæresis Lutheri, & Caluini, voluntaria est non ra- *Caluinus suis operibus seipsū euincit.* *confutatur 9.* *confutatur 10.* *confutatur 11.* *confutatur 12.*

Digitized by Google

rationalis, qua volunt hæretici esse, non propter errorem insitum in intellectu, sed solummodo in voluntate; at quando stat pro ratione voluntas, quis poterit conuinci? nemo.

Hæresis Lutheri, & Caluini, non residet in intellectu, sed in eorundem volũtate, quia scilicet nolunt conuinci, licet sint conuicti.

Vlterius, dicant mihi Lutherus, & Caluinus, si opera vana sunt, si libertas ad operandum procul est ab hominibus, cur Christus apud Matthæum capite quintodecimo, constituit seipsum debitorem ijs, qui famelicos nutriunt, sitientes refrigerant, &c. ? *esuriui, & dedistis mihi manducare, &c. & quod vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis?* ergo delirant Hæretici, cum operibus arbitrium negando. Præterea idem Christus Dominus apud Ioannem cap. quintodecimo inquit Apostolis. *Vos amici mei estis, si feceritis omnia, quæ præcipio vobis*; at quomodo poterãt talia Apostoli facere, si apud eos non reperiebatur libertas, neque meritum in eorumdem operationibus? Præterea cur Christus Matthæi cap. vndecimo asserit, quod *Regnum Cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*, si nobis opera desunt ad talem exercendam violentiam? *si Christus pro omnibus Crucifixus est*, vt dicitur prima ad Timotheum cap. secundo, cur nõ omnes saluantur, dum maledicti discedunt in ignem æternum? nisi quia isti malè egerunt, necesse est respondere. Insuper, inquit Christus Matthæi septimo capite. *Petite, & accipietis; quærite, & inuenietis; pulsate, & aperietur vobis*, nunc quæro ab Hæreticis, quomodo petendum, si muta est lingua? quomodo quærendum si clausum est os? quomodo pulsandum, si alligatæ sunt manus? ergo insipienter Christus ad petendum, quærendum, & pulsandum fideles hortatus est. Sed insipientes sunt Hæretici, qui brutaliter hæc asserunt. Præterea idem Christus Dominus apud eundem Matthæum cap. vndecimo asserit. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Si laboramus, ecce arbitrium, ecce opera; si reficimur ecce meritum, ecce remuneratio; & tamen vtrumque negant hæretici. Apud Ioannem cap. septimo idem Saluator ait. *Si quis sitit veniat ad me, & bibat*; ergo Christus invitat ad bibendum eos, qui venire non possunt? ò insani Hæretici, dum in hæc stulta irrumpitis. Similiter in actibus Apostolorum capite septimo, Paraclitus per os Stephani sic loquitur. *Vos sẽper Spiritui Sancto resistitis*; sed quomodo resistebant Iudæi si libertate carebant? deliria sunt Hæreticorum. Item in Psalmo centesimo octauo canitur. *Noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.* Quomodo poterat ille nolle, si nolle non habebat? Iumentorum est ista Doctrina. Item Psalmo nono dicitur. *In operibus manuum suarum comprehensus est peccator.* Quomodo comprehensus, si manus non haberet? Item Psalmo vigesimo septimo sequitur. *Da illis secundum opera eorum*; quæ opera habere possunt, si arbitrio carent? Itẽ Ieremiæ cap. vigesimoquinto dicitur. *Reddam eis secundum opera eorũ*; sed quomodo verificabuntur hæc verba, si deest arbitrium? Itẽ Ecclesiastici cap. nono legitur. *Deo placent opera tua*; at quomodo nostra erunt opera, si libertate caremus? Item Ioannis capite primo habetur; *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Ecce libertas. Item ibidem capite tertio subiungitur; *Erant enim eorum mala*

Iterum confutantur.

opc-

opera. at quomodo mala, si procul est arbitrium? Item ibidem cap. septimo legitur. *testimonium perhibeo, quod opera eius mala sunt*; ergo non coacte hõmines operantur. Item Apocalypsis cap. secundo habetur. *Scio opera tua, & laborem tuum, & patientiam tuam*; & paulò infra subdit Ioannes. *Sed habeo aduersum te, quod charitatem primam reliquisti; age pœnitentiam, & prima opera fac*. Ecce opera Caluine, ecce merita, ecce arbitrium. Item apud Matthæum cap. vigesimo tertio dixit Christus de Pharisæis. *Omnia quæcumque dixerint vobis, seruate, & facite*; sed quomodo poterant seruare, & facere, si seruare, & facere nõ potuissent? Item Christus dixit apud Ioannem cap. tertio decimo. *Exemplũ dedi vobis, vt quemadmodũ ego feci, ita, & vos faciatis*; sed quomodo faciemus, si facere non possumus? Hanc eandem doctrinã docuerunt Concilium Tridentinum, Carthaginense, Aurasicanum, Lateranense, Bracarense, & alia multa Concilia, tum Generalia, tum Prouincialia, & sub pœna anathematis contradicentibus, confitentur liberum arbitrium reperiri in hominibus, quo, bene operando, comitante Gratia vitam meremur æternam.

Concilium Tridentinum pro arbitrij libertate sess. 6. can. 2. 4. 5. & 6.

Vltimo eo argumento sic euinco Lutherum, & Caluinum. Si ipsi carebant arbitrio, cur cum essent Catholici antea, contra Catholicos scripserunt? Si respondent, quod coacti à Deo scripserunt, cur idem Deus cogit me (secundum meos Aduersarios) ad scribendum contra ambos, cum Veritas vna sit? Si Deus cogit me ad veraciter scribendum contra Caluinum, & Lutherum; ergo sunt Hæretici, & falsi Caluinus, & Lutherus, dum contra Veritatem scribunt, & ego verax. Vel si cogit me ad scribendum falsò contra eos; ergo à Deo procedit falsitas, quia ipse me cogit ad falsum scribendum, & ad Veritatem impugnandã.

Similiter Concilium Carthaginense, epist. ad Innocentium I. Pontificẽ. Concilium Aurasicanum, Lateranense, Bracarense, & multa alia Concilia stant pro arbitrio.

At Deus non potest esse Author falsitatis, quia est Veritas, & ipse Caluinus, & Lutherus hoc concedunt; ergo solus Lutherus, & Caluinus sunt falsissimi negando arbitrium in homine, à quo, & non à Deo solum falsitas procedere potest.

Irrefragabile argumentum contra Caluinum, & Lutherum pro arbitrio.

Digitized by Google

CAPVT VIGESIMVM.

In quo demonstratur Deum sinere nos vti libertate ad operandum sine aliqua coactione; & quod sine Diuina Gratia non possumus bene, & meritoriè operari, sed ipsa Diuina indigemus Gratia, cum qua coniunctum arbitrium bene operamur, & meritoriè.

SUpposito, quod arbitrium in Hominibus reperiatur, tria videnda sunt in præsenti capite. Primum est, num Deus nos sinat ad nostrū beneplacitum tali vti arbitrio, an potius illud cogat ad male, vel bene operandum? secundum est; an cum solo, & nudo exercitio liberi arbitrij possimus animam à peccatis præseruare, vel subleuare absque Diuino adiutorio? Tertium est, vtrum sola Gratia nos præseruet, vel subleuet à peccato, an potius cum arbitrio humano coniuncta hoc efficiat? & vt ordinatè procedamus à primo articulo sumemus exordium.

Horribilis Caluini blasphemia.

Magister Caluini in hac blasphemia fuit Manichæus.

Nullius momenti, & vtilitatis foret homines liberum possedisse arbitrium, si vera esset Caluini blasphemia, nimirum, causam omnium peccatorum in hominibus Deum esse, vt supra capite decimo octauo diximus. Ante Caluinum hoc perfidum dogma docuit impius Manichæus, qui auferens arbitrium ab homine, per consequens asserebat Deum Authorem esse peccati ex eo, quia (inquit ipse) Deus hominem ad peccandum cogit eo modo, quo damnatus ad furcas, gaudet libero arbitrio, at ab extrinseco cogitur ad acceptandam suspensionem in patibulo; si quidem nil nobis inseruiret arbitrium, si in qualibet actione facienda ab homine, ei ab extrinseco inferretur violentia, nempe à Dei Omnipotentia, ad hoc dumtaxat, & non ad illud operandum; at non sic res se habet, nam Deus dimisit nos arbitrio vndequaque, & totaliter libero, & illud in sua libertate reliquit ad bonum, vel malum patrandum. Totum hoc testatur Ecclesiasticus, capite quintodecimo sic asserens. *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui.* Ex hoc textu liquido constat Deum nullo modo cogere arbitrium, & per consequens nō esse nostrorum peccatorum Authorem. Tum quia Psalmo quinto canitur. *Non Deus volens iniquitatem, tu es.* Et Gregorius Nazianzenus ait. (A) *Deus mali Author non est*, Similiter Basilius sic scribit. (B) *Stultus, & vere à sensu alienus est, qui dixerit non est Deus. Similis autem*

Fruſtratorium esset arbitrium si ab extrinseco à Deo cogeretur.

Deus non cogit vllo modo liberum arbitrium quod expresse testatur scriptura.

(A) *Orat. 1. contra Iulianum.*

(B) *Homil. 9.*

Digitized by Google

tem hinc est (audite Hæretici) *nec quidquam à stultitia differt, qui Deū malorum causam esse dicit.* Item Augustinus ad articulos sibi falsò oppositos (A) sic inquit. *Detestabilis, & abominabilis opinio est* (Audite perfidi Hæresiarchæ) *qua Deum cuiusque mala voluntatis, & actionis credit esse Authorem.* Præter quam quod Caluinus vult, quod Homines inuiti, siue coacti peccata committant; & ego ex diametro assero contra Caluinum, quod si nos cogeremur ad peccatum, neutiquam peccaremus, quia adhuc Aristoteles docet, quod respectu eorum, quæ inuite facimus, neque laudamur, neque vituperamur. Imo Deus esset iniustus (vt supra dixi) nos puniendo de ijs, quæ per violentiam ab ipso nobis illatam cōmitteremus. Addo, quod in Sacra Scriptura plures leguntur textus expliciti, in quibus obseruantur peccata merè voluntaria distincta ab illis, quæ vel ob ignorantiam, vel ob necessitatem operantur homines. Sic Deuteronomij cap. decimonono, deputantur sex Ciuitates pro refugio illorum, qui inuoluntaria commiserunt homicidia. Sic etiam apud Ioannem cap. quintodecimo legitur. *Si non venissem, & locutus eis non fuissem peccatum non haberent.* Item Epistola prima ad Timotheum capite primo dicitur: *Misericordiam consequutus sum, quia ignorans feci.* Igitur Peccatum in tantum peccatum est, in quantum voluntarium est. Sic docent Clemens Romanus lib. 3. & 5. recognit. Irenæus lib. 4. cap. 71. Origenes in quartum contra Celsum. Clemens Alexandrinus in 7. stromat. Hilarius super Psal. 1. & 119. & tandem Augustinus lib. 1. retract. cap. 13. & idem bis replicat in libro de duabus animabus contra Manichæos, & alibi sæpè. Ex quibus liquet nostram voluntatem, non Deum esse causam peccati.

(A) *Articulo 10.*

Si homines cogerentur à Deo ad peccandum, non peccarent.

Peccata merè voluntaria distinguuntur in Sacra Scriptura ab illis, ob ignorantiam, vel coactionē patratis.

At hic vociferatur Caluinus. In Scriptura sæpissimè legitur. *Deus indurat. Deus excæcat. Deus dat in reprobum sensum*, & consimiles textus quam plures leguntur: ergo Deus est Author peccati. Respondemus, quod eiusmodi Scripturæ intelliguntur, & loquuntur permissiuè, non comissiuè, quia Deus permittit, non committit peccata. Vel si dare velimus Deo actionem aliquam in ordine ad peccatum, dicimus quod operatur pœnam peccati, non peccatum. Vel quod subtrahendo Gratiam suam, negatiuè dicitur Author peccati; Vel dicimus, quod Deus agit in physicum, non in moralitatem, siuè malitiam peccati, ideſt concurrit ad naturalitatem, non ad peruersitatem operationis. Vel dicimus, quod agit, siue operatur id, quod est effectus, non defectus actionis; siue circa id, quod attinet ad naturam, non ad vitium, quia ita Deus causas administrat secundas, vt eas proprios motus agere sinat.

Caluini instantia soluuntur.

Resolutio secundi quæsiti, scilicet q non possumus solis arbitrij viribus nos præseruare à peccatis,

Quantum verò ad secundum quæsitum propositum, num scilicet solis viribus liberi arbitrij, absque alio extrinseco adiutorio possimus nos metipsos taliter à concupiscentia, vel fomite defendere, quod valeamus animas nostras à peccatis præseruare? Affirmatiuè respondent Pelagius, & Cælestinus Hæretici cum ipsorum asseclis, vt refert Hieronymus in Dialogis contra Pelagianos; & Augustinus libro de perfectione Iustitiæ, & de bono perseuerantiæ.

Pelagius, & Cælestinus sustinent hominem solis arbitrij viribus posse animam à peccatis præseruare.

At

Digitized by Google

Homo solis naturæ viribus concupiscentiæ obsistere stimulis non potest.

Nec in Gratia iustificante potest seipsum cõseruare sine auxilio gratiæ perseuerantiæ, quæ est distincta à iustificante.

Concilium Tridentinum docet hominem arbitrium esse viribus attenuatum.

(A) *Synodi Milleuitanæ verba.*

(B) *Concilium secundum Aurasicanum, quid doceat?*

(C) *Innocentius Pontifex, & Primus.*

(D) *Cælestinus primus Pont.*

(E) *Concilium Tridentinum sect. 6. c. 13.*

At Catholici cum Sancta eorum Matre Ecclesia ad prædictum quæsitũ negatiuè respondent sustinendo, quod non solum homo peccator solis liberi arbitrij viribus, stimulis interioris concupiscentiæ, & alijs stimulis externis obsistere non potest, & se præseruare à peccatis; sed etiam docet adhuc hominem adultum statim post susceptum Baptismã, vel quouis alio modo iustificatum, & in Dei gratia existentem, cum sola huiusmodi præexistenti gratia iustificante non posse in posterum se innocentẽ seruare, sine aliquo particulari, & nouo auxilio, nimirum sine noua Gratia perseuerantiæ. Verum est (inquit Concilium Tridentinum sessione sexta) *Quod liberum arbitrium in nobis extinctum non est, sed viribus attenuatum*. Vnde ad instar Euangelici Samaritani, homini per Adæ peccatum non fuerunt ablata naturalia, sed bene vulneratus fuit in naturalibus; & quod hoc sit verum, quis vnquam fuit sic iustificatus, & in Dei gratia firmatus, sicut fuerunt Apostoli? & tamen Christus pro Apostolis sæpè Patrem rogabat, vt in bono faceret eos perseuerare, nunc dicens. *Pater Sancte serua eos in nomine tuo*. Alibi dixit. *Orate ne intretis in tentationem*. Alibi. *Ne nos inducas in tentationem*. Sic Paulus volens homines facere certiores de hoc speciali Dei Auxilio Epistola prima ad Corinthios cap. decimo scripsit, *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis*. Hoc idem habetur in Psalmo quadragesimo tertio, vbi canitur. *Nisi, quia Dominus adiuuit me paulominus in Inferno habitasset anima mea*. Et Psalmo centesimo vigesimo sexto subditur. *Nisi Dominus custodierit Ciuitatem*, (id est animam) *frustra vigilat qui custodit eam*. Quapropter Cyprianus in expositione Orat. Dominicalis, solebat nos consulere, vt semper Deum rogemus, *vt in eo, quod esse capimus perseueremus*. Similiter Augustinus lib. 2. de bono perseuerantiæ, sic discurrit. *Cur enim perseuerantia petitur à Deo, si non datur à Deo?* Pariformiter Hieronymus lib 2. contra Iouinianum, inquit. *Non sic donata est liberi arbitrij gratia, vt Dei per singula tollatur ad miniculum*. Pariter Cyrillus lib. 11. in Ioannem cap. 21. subdit. *Nostra vis, nisi diuinitus sustentetur nulla penitus est*. Item Gregorius lib. 23. mor. cap. 19. sic loquitur. *Quid sumus, si à conditoris nostri protectione deseramur?* Item Bernardus serm. in Cant. hoc modo sermocinatur. *Qui dedit voluntatem pœnitendi opus est, vt addat, & virtutem continendi*. Item Concilium Carthaginense sub Innocentio docet hæreticum esse affirmare, *Quod non sit opus petere diuinum adiutorium, ne decidamus*. Idem testatur Synodus Milleuitana. (A) *Natura nostra nullo modo seipsam in gratia Creatoris non adiuuantis conseruare potest*. Idẽ docent (B) concilium secundum Aurasicanum. Idem Innocentius Pontifex (C) Epistola prima ad Concilium Carthaginense his verbis præcisis. *Necesse est, vt quo adiuuante vincimus, eo iterum non adiuuante vincamur*. Idem docet Cœlestinus Primus Epistola prima hisce notis. (D) *Nemo idoneus est ad superandas Diaboli insidias, nisi per quotidianũ Dei adiutorium perseuerantiam acceperit*. Et tandem Concilium Tridẽtinum (E) idem asserit his verbis. *Perseuerantiam munus aliunde haberi non*

Digitized by Google

non poteſt, niſi ab eo qui potens eſt, eum, qui ſtat ſtatuere, vt perſeueranter ſtet. Ex quibus omnibus clariſsimè apparet hominem iuſtificatum, licet arbitrio ditatum, attamen ſic eſſe à concupiſcentia, & fomite eius libertatem attenuatam, vt ſine ſpeciali Dei auxilio non poſſit à peccatis abſtinere, cum validiores ſint vires concupiſcentiæ puris viribus ipſius arbitrij.

Reſolutio tertij quæſiti.

Ex prædictis ſequitur reſolutio tertij propoſiti quæſiti, nimirum, quod quotieſcumque nos libero arbitrio vtimur, & quantum in nobis eſt conamur, vt liberum arbitrium virtutes eligat, & peccatum abhorreat, toties, & ſemper Deus ſua gratia ſupplet noſtram imbecillitatẽ, ac infirmitatẽ, eleuando, roborando, & viuificando arbitrium, ne cadat in culpæ foueã, & ſe innocentem (ſi iuſtificatus eſt) ſeruet; vel ſi cecidit, reſurgat, ſuppoſito tamen quod lapſus omnes arbitrij vires implicauerit, & applicauerit, vt ſeipſum à peccato ſubleuaret; & ſic ſemper quod homines, quãtum in eis eſt, faciunt, vt ſe præſeruent, vel vt reſurgant, nunquam ſuo adiutorio ipſis Deus deerit; vnde apud Catholicos vulgatum currit adagium. *Facienti quantum in ſe eſt Deus non denegat gratiam ſuam.*

Facienti quantum in ſe eſt Deus non denegat Gratiam.

Cur Deus à nobis exquirit arbitrij cooperationem?

Sed hic petit Cæluinus, cur Deus ſua ſola gratia non iuſtificat impium? non eleuat lapſum? non confirmat in perſeuerantia iuſtum, abſque humani arbitrij concurſu? Reſpondemus, quod in Diuinis actibus ſemper vult Deus, vt coniunctim, & ſimultanee operentur Miſericordia, & Iuſtitia, quæ adinuicem ſe oſculantur, & apud Deum inſeparabiliter incedunt; & ſic ſi Miſericordia Diuina gratiam nobis tribuit; Iuſtitia etiam Diuina noſtram cooperationem, & laborem exquirit. Præterea ſi Chriſtus pro nobis paſſus, & mortuus eſt, vt nos minime ad portũ perueniamus ſalutis, abſque aliquo noſtro labore, & cooperatione; & licet nos, ſine nobis creauerit, non vult tamen nos, ſiue nobis iuſtificare, vt coniunctim Miſericordia, & Iuſtitia in impij iuſtificatione habeant locum. Aſſerere igitur ad ſalutem ſufficere Gratiam, ſine arbitrio, eſt hæreſis Manichæi, quam Caluinus ſequutus eſt. Vel aſſerere ſufficere arbitrium, ſine gratia, eſt hæreſis Pelagij. Hæreticalia ſunt ambo hæc aſſerta, quia accedunt ad extrema, & omne extremum vitioſum eſt.

Sententia Catholica docet ad obtinendam ſalutem requiri cum gratia cooperatio arbitrij.

At Catholica Eccleſia medium amplectendo ad veritatem accedit; & ſic habemus ad hominis iuſtificationem, vel perſeuerantiam in Iuſtitia, nec gratiam, ſine arbitrio ſufficere, nec arbitrium, ſine gratia; ſed vtrũque coniunctim concupiſcentiæ, ſiue fomitis obſiſtere viribus, & ad Regnum Beatitudinis animam perducere. Hanc doctrinam fuſe in ſequenti docebimus capite, vbi agemus de iuſtificatione impij. Quapropter breuiter colligitur, quod peccatorum artifex noſtrum extat arbitrium, ſtimulis concupiſcentiæ conſentiendo. Quod vero non peccemus cauſa eſt noſtrum arbitrium, conſentiendo, & cooperando cum Diuina gratia, & ſic peccatum ſemper eſt voluntarium, & totaliter pendet ab arbitrio, & concupiſcentia; Bonum vero principalius à Gratia, & minus principaliter ab arbitrio, ſed totaliter, & concauſaliter ab ambobus procedit.

CA-

Digitized by Google

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

De ſtatu Hominis in peccato mortali exiſtentis, atq; de eiuſdem à tali peccato iuſtificatione.

Duplex malũ Homo per peccatum incurrit

DVo ſunt mala principalia, quæ oriuntur ex mortali peccato, & hominem peccatorem grauius cruciant, nempe Reitas culpæ, & Reitas pœnæ. Eſſe culpæ Reum ſignificat animam peccatricem eſſe Deo odioſam, iramque incurriſſe Diuinam. Eſſe Reum pœnæ ſignificat Hominem in peccato mortali exiſtentem, & decedentem deputatum eſſe ad æternas inferni flammas, ac tartarea patienda ſupplicia; & ſic ſi Homo in peccato mortali decedit, vti reus culpæ perpetua Dei viſione priuatur (quæ etiam pœna Damni nuncupatur) & veluti Reus pœnæ, pœnas (quæ ſenſus dicuntur) ſubibit in inferis. Ecce hæc duo mala apud Matthæum cap. vigeſimo quinto adnotata. *Diſcedite à me maledicti*; ecce malum damni, nempe æternum eius odium, eiuſdemque viſionis priuatio. *In ignem æternum* ecce malum ſenſus, ſiue pœna ſenſus; & ſic ad iſta duo mala cætera peccatoris mala reducuntur. *Vſque adhuc* non inuenimus contradictorem; id quod nunc quæritur eſt, num peccator adhuc viuens poſſit iuſtificari, ſiue à peccato reſurgere, & in Dei gratiam redire? Aliqui Anabaptiſtæ ſuſtinent, qui ſemel cecidit non poſſe amplius reſurgere, nec poſſe à Deo remiſſionem expectare. Opinio iſta eſt tam impia, vt etiam (veluti talis) ab impiiſſimo Caluino agnoſcatur, qui contra talem erroneam ſententiam ſcripſit, & bene ſcripſit, quia eam impugnando verum dicebat. Verum eſt igitur, quod ſi millies, ac millies cadit peccator decies centies reſurgere poteſt, & remiſſionem à Diuina obtinebit Miſericordia. Sic ſanciuit Concilium Romanum ſeptuaginta Epiſcoporum tempore Nouati. Idem ſcripſit Cornelius Pontifex in Epiſtola ad Fabianum. Idem Cyprianus libro de lapſis. Idem Ambroſius in libris de Pœnitentia. Idem Chryſoſtomus libro de reparatione lapſi, qui omnes ex profeſſo in allegatis locis hoc firmauerunt Catholicũ Dogma. Sed contra hanc doctrinam videtur facere textus Pauli ad Hæbreos cap. ſexto dicentis. *Impoſſibile eſt eos, qui ſemel prolapſi ſunt, iterũ per Pœnitentiam reuocari.* At ad hunc textum multipliciter Reſpondetur. Primam reſponſionem colligo ex Chryſoſtomo, nempe Paulum nomine Pœnitentiæ intelligere Baptiſmum (vt locutus eſt Lucas cap. tertio. *Venit Ioannes in omnem regionem Iordanis prædicans Baptiſmum Pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum*) & ſic Doctor Gentium intendit damnare Baptiſmi iterationem, demonſtrando, quod ſemel, & non pluries per Bap-

Opinio impia aliquorum Anabaptiſtarum ab eodem Caluino damnata. lib. 4. inſt. c. 1. ſect. 3. & ſeq.

Concilium Romanum contra Anabaptiſtas

Adducitur Paulus contra Catholicam ſẽtentiam, ſed exponitur multipliciter.

Digitized by Google

Baptismum deletur peccatum. Respondet secundo (a) Cyrillus, & Gregorius Nazianzenus, (b) quod ly (*impossibile*) non semper significat id, quod fieri non potest, sed multoties significat etiam id, quod facillimè fieri non potest. Cum exempli Gratia dicitur à Christo Domino. *Non potest Ciuitas abscondi supra montem posita*; & sic sensus est, *non pozest*, idest difficile est. Sic ad propositum dicimus, quod ly (*impossibile*) facit hunc sensum. *Difficile est eos, qui semel prolapsi sunt, iterum per Pœnitentiam reuocari*. Nec aliter potest Paulus intelligi, quia alias nos Deus decepisset, dum per tot Prophetas nobis oppositum reuelauit, & asserere Deum esse Deceptorem, vel mendacem, sacrilegum, & Atheisticũ est; nam in Scripturis habemus, & primo apud Ieremiam cap. tertio. *Reuertere ad me, & ego te suscipiam. Reuertere auersatrix, & non auertã à te faciem meam*. Item Ezechielis cap. trigesimo tertio legitur. *Nolo mortem impij, sed vt conuertatur, & viuat*. Item Regum tertio capite octauo habetur. *Si egerint Pœnitentiam in corde suo*, dicentes, *peccauimus, exaudies de Cœlo*. Item Isaiæ cap. quinquagesimo quinto dicitur. *Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius*. Item Ezechielis cap. decimo octauo legitur. *Si impius egerit pœnitentiam, omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor*. Item Ieremiæ cap. decimo octauo dicitur. *Si pœnitentiam egerit, agam, & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui, vt facerem ei*. Item Iob cap. quartodecimo habetur. *Tu quidem gressus meos dinumeraſti, sed parce peccatis meis*. Item Psalmo trigesimo canitur. *Miserere mei Deus*. Item in oratione Dominicali rogamus. *Dimitte nobis debita nostra*. Item Ionæ cap. tertio legimus. *Misertus est Deus super malitiam, quam loquutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit*. Item Regum secundo cap. duodecimo legitur. *Dominus quoque transtulit peccatum tuum*; & vltra prædictas Scripturas hanc veritatem confirmant Maria Magdalena, Latro, Petrus, & ferè innumerabiles alij peccatores in sacris literis, quibus fuerunt peccata dimissa. Restat igitur firmatum peccatorem post lapsum resurgere, & iustificari posse. Remanet, vt videamus modum quo peccator iustificatur, & resurgit à sorde.

(a) *lib. 6. de Trinit.*

(b) *Orat. 4. de Theologia.*

Pelagius iustificationem impij refundit in nudũ arbitriũ.

Pelagius affirmat sola liberi arbitrij operatione, omni gratia secluſa, posse iustificari, siue resurgere hominem lapsum à peccato. At hanc opinionem, veluti hæreticalem damnarunt Cõcilium Milleuitanum, Aurasicanum secundum, Palestinum, & nouissimè Tridentinum. Catholica igitur Ecclesia asserit hominem non solum cum solis arbitrij viribus non posse à peccato resurgere, sed neque semetipsum excitare ad applicationem arbitrij, vt resurgat, nisi à Gratia excitetur, & alliciatur ad arbitrium applicandum pro eiusmodi eleuatione, siue subleuatione. Ex quo apparet tribus auxilijs supernaturalibus in isto casu hominem indigere. Primum est, vt excitetur arbitrium ad operationem dispositiuam ad iustificationem. Secundum est, vt quando arbitrium se applicat ad pœnitentiam ad hoc, vt resurgat, à noua gratia coadiuuetur ad talem resurrectio-

Sed damnatur a Conc. Milleuitano, Aurasicano, secundo Palestino, & Trid.

Homo, neq; posset excitari ad eleuandum se à peccato, sine gratia excitãte.

Tres Gratiæ cõcurrũt ad iustificationem impij, scilicet, excitans, adiuuans, & iustificans.

ctionem consequendam; & sic prima Gratia dicitur excitans; secunda adiuuans, siue cooperans. Tertia dicitur Gratia iustificans, & est illa, quæ hominem iustum reddit. Ex his resultat, quod nisi homo à Gratia præueniente excitaretur, nunquam homo se disponeret ad resurgendum; postquam vero est excitatus à Gratia præueniente applicat suum arbitriũ ad pœnitentiam exequendam, sed nisi hæc applicatio adiuuetur à Gratia cooperante, non poterit resurgere. Statim ac est à tali gratia sociatus, datur homini pœnitenti à Deo Gratia iustificans, quæ ipsum in Dei Gratiam reponit, ac sanctum, iustumque reddit. Vnde initium, progressus, & terminus iustificationis à Gratia procedunt. Totum hoc habetur in Sacra Scriptura, & primo apud Ioannem cap. quintodecimo dicitur. *Sine me nihil potestis facere.* Item ibidem cap. sexto legitur. *Nemo venit ad me, nisi Pater meus cælestis traxerit illum.* Item apud Matthæum cap. sexto subditur. *Ne nos inducas in tentationem.* Item epistola ad Romanos cap. octauo dicitur. *Quos vocauit, hos, & iustificauit.* Item ibidẽ cap. nono. *Neque volentis, neque currentis, sed Dei est miserentis.* Itẽ secunda Corinthiorum cap. tertio legitur. *Non, quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis tamquam ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* Item ibidem cap. nono habetur. *Potens est Deus omnem Gratiam abundare facere in vobis.* Item ibidem cap. decimo subditur. *Sufficit tibi Gratia mea.* Item ad Ephesios cap. secundo legimus. *Gratia estis salvati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est, ne quis glorietur;* & plures alij textus in Sacra Scriptura de hac Gratia præueniente, siue excitante testimonium perhibent; & sic licet homo liberum possideat arbitrium, dum est sub peccato mortali, adhuc tamen istud suum arbitrium, nisi excitetur à Gratia præueniente, nunquam se disponet ad resurgendum à lapsu.

Totum hoc cõstat ex Scripturis.

Hæreticorum instantia.

Sed hic posset instari. Si adhuc ad excitationem Dei Gratia requiritur, ergo non redditur culpabilis homo, si non resurgit à peccato, dum à seipso, non solum non potest hoc agere, sed neque se disponere ad hoc agendum. Accedit, Nisi me Deus excitet non possum à somno peccati excitari; ergo si non expergiscor signum est, quod excitatus non fui; ergo non est in arbitrium refundenda causa, seu culpa somnolentiæ, sed potius in Deum. Prima consequentia probatur, quia Dei placito nemo potest resistere; ergo si Deus me excitasset statim somnolentiam reliquissem, quia tali excitationi non potuissem obsistere; ergo culpa obstinationis tota in Deum est refundenda. His obiectionibus, quæ ad duo reducuntur capita, vnum nimirum patefacere, quomodo sit certum, quemq; peccatorẽ excitari à Deo, & à Gratia præueniente disponi ad pœnitentiã. Alterum est, si Deus vult, vt omnes homines à peccatis resurgant, vnde oriatur, quod non resurgant, cum Diuinæ voluntati nemo possit resistere? Ad primam igitur instantiam dico, quod quantum hominem latet Gratia iustificans, cum nemo sciat vtrum odio, vel amore dignus sit: tantum Gratia præueniens, siue excitans patet, & sic omnes infallibiliter credere possunt se certo illam habere, quia Clementissimus Deus, cum omnium

Prima instantiæ solutio.

Gratia iustificans latet hominem, non sic Gratia præueniens, quæ omnibus à Deo cõceditur.

Digitized by Google

omnium animarum salutem eroptet, omnes excitat, omnes continuo vocat, omnes inuitat, vt à peccatis resurgant. Totum hoc testatus est Paulus Epistola prima ad Timotheum cap. secundo dicens. *Deus vult omnes homines saluos fieri*, & etiam ipsemet Christus apud Matthæum cap. vigesimo secundo. *Multi sunt vocati, pauci vero electi*, & licet per ly (*multi*) videatur non omnibus Deus vocationem concedere, attamen qui in Scriptura versatus est, optime cognoscit, quod in præfato textu ly (*multi*) significat (*omnes*) eo modo quo Geneseos cap. decimo septimo dicitur *Eris Pater multarum Gentium*; ideſt omnium Gentium. Sic etiam Ionæ cap. quarto dicitur. *Deus multæ miserationis*; ideſt omnis miserationis. Similiter Iob cap. trigesimo sexto dicitur. *Dat escam multis mortalibus*; Jdest omnibus mortalibus. Item Psalmo quinquagesimo tertio canitur. *Multa fecisti tu Domine*, ideſt omnia fecisti. Item ad Romanos cap. duodecimo dicitur. *Multi vnum corpus sumus*, ideſt omnes. Item Matthæi cap. vigesimo, dicitur. *Filius Hominis venit dare animam suam Redemptionem pro multis*, ideſt pro omnibus. Item Marci quartodecimo dicitur. *Qui pro multis effundetur*, ideſt pro ompibus. Item Lucæ cap. septimo dicitur Magdalenæ. *Remittuntur tibi peccata multa*, ideſt omnia. Item ad Hæbræos cap. nono dicitur. *Ad multorum exhaurienda peccata*, ideſt omnium. Et sic vlterius discurrendum.

Hoc nomẽ, multi, sæpe in scriptura significat, omnes.

Ad secundam instantiam, quæ erat; si omnes à Deo vocantur, cur nõ omnes excitantur, & resurgunt, cum nullus Diuinæ voluntati possit resistere? Respondeo primo, quod vtique voluntati Dei efficaci, & absoluræ nullus potest obsistere; at voluntati Diuinæ generaliter operanti, & volenti, vtique per libertatem arbitrij resistentiam facere possumus, & de facto facimus. De ista resistentia arbitrij pluries Deus in Sacra Scriptura cum hominibus conqueritur; vt Prouerbiorum cap. vndecimo. *Vocaui, & renuistis.* Matthæi cap. vigesimo tertio. *Quoties volui vos cõgregare, & noluistis? Væ homini illi, per quem filius hominis tradetur*, & tamen eum tradidit Iudas. *Sequere me*, dixit Christus adolescenti, sed hic abijt tristis, & noluit Dominum sequi; & sic vlterius discurrendum. Respondeo secundo, quod licet Deus velit omnes homines saluos fieri, hæc tamen voluntas est generalis, non efficax. Vel est voluntas antecedens, non consequens. Uel est voluntas conditionata, non absoluta. Vel est voluntas signi, non beneplaciti. Vel est voluntas per vellem, nõ per volo; vel tandem dicimus, quod Deus vult omnes homines saluos fieri, si ipsi volunt.

Solutio secundæ instantiæ.

Duplex modus volendi in Deo

Deus conqueritur de resistentia arbitrij in scripturis.

Secunda solutio eiusd. instantiæ

Ex his omnibus sequitur, quod Deus dat omnibus gratiam præuenientem, sed non cogit homines, vt excitentur à peccati lethargo; vnde Chrysostomus dicebat. *Deus nolentes non cogit, sed volentes trahit.* Omnes inuitat, at non iustificat, nisi eos, qui vocationem audiunt, & amplectuntur. Vocauit Paulum, *Saule, Saule, quid me persequeris?* vocauit etiã Iudæos voce cælesti. *Ipsum audite.* At Paulus fuit iustificatus, quia audiuit, & excitationi consensit; minime vero Iudæi, quia noluerunt audire,

dire, nec consentire. Item Christus vocat Paulum persecutorem; *Quid me persequeris?* & Turbā in Horto Gethsemani; *quem quaeritis?* prosternit Paulum, prosternit Turbam, sed Paulus consentiendo à peccato resurgit; Turba vero reijciendo, vel negligendo vocationem in peccato perit; & sic vlterius pariformiter discurrendum. Parum interest, quod sol resplendeat, si homo suis splendoribus renuit fenestras adaperire. Sic ad propositum, Deus vocat, pulsat, excitat, at homo non vult respondere, nec vocem audire; ergo nostrum arbitrium est causa, quod non resurgamus à peccato, nō vero gratia, quæ minime auditur ab obstinatis; at bene è cōuerso, si audimus, si excitamus, Gratia est vna, & principalis causa excitationis, & iustificationis animæ; causa vero minus principalis est arbitrium.

Caluini opinio circa iustificationem hominis.

Sed accedo ad præcipuū punctum huius capitis, nimirum ad iustificationis articulum, pro quo acriter mihi certandum est contra Caluinū, eiusque sequaces. Noster igitur aduersarius affirmat hominem sola Fide iustificari taliter, quod si homo firmiter credat, statim iustificatur. At Sancta Catholica Mater Ecclesia sustinet, vtique ad iustificationem necessariam esse Fidem, sed hæc sola nō sufficit ad iustificandum, nisi Fidem comitentur Opera ex parte voluntatis, & arbitrij humani; & sic intellectus debet credere, simulque voluntas operari. Quoties vna ex his concausis deficit ad portum iustificationis minimè perueniemus, quidquid dicat Caluinus, qui vnico tantum remo, scilicet intellectus, seu Fidei, conatur Cymbam animæ ad littora salutis reducere. Hanc erroneam opinionem Caluinus didicit à suo Magistro Luthero, qui postquam insipienter desudauit ad demonstrandam salutem in sola Fide consistere, sic concludit. *Iam vides, quam Dines sit homo Christianus, qui etiam nolens, non potest perdere salutem suam, quantiscumque peccatis grauatus, nisi nolit credere.* O blasphemiam, ò cunctorum malorum radicem! Quid aliud est hoc dicere, quam docere, vt homines omnia committant peccata; omnibus incumbant sceleribus; omnibus dent vitijs operam, dum solum credendo salui fient? Ecce qualem libertatem Euangelicam Lutherus docuit! Exilium Sacramentorum; vanitatem Pœnitentiæ; superfluam confessionem; cæremonialem Eucharistiam; ieiunia infanias; Orationes, & cæteras virtutes fatuitates esse. Hæ ex Lutherano Gymnasio prodeunt conclusiones; ecce Atheismum Lutheranum; ecce Martinianā Doctrina ad hūc finem tantum enunciata, vt sibi asseclas acquireret, sed simul vt eosdem secum ad tartara traheret. Videant ipsi, & æternaliter ingemiscant.

Sententia Ecclesiæ Catholicæ, quanam sit

Intellectus debet credere, & voluntas operari, vt iustificetur anima.

Adhuc Lutherus docet hominem sola fide iustificari.

Lutherus paulominus, quam Atheista.

Nos igitur è conuerso contra Lutherum, & (A) Caluinum, eorum infringendo opinionem tres firmabimus conclusiones, quarum prima erit. *Illa, quam Euangelici Hæretici Fidem appellant, non est Fides, sed fiducia.* Secunda erit. *Hæc fiducia non saluat, sed potius animas perdit.* Tertia tandem erit. *Vtique est necessaria Fides ad salutem, sed vltra Fidem requiruntur, etiam opera, ad hominis iustificationem, & sic sola Fides non sufficit ad causandam talem iustificationem.*

lib. 3. instit. c. 3.

Tres Catholicæ conclusiones cōtra Hæreticos.

Et vt incipiamus à prima conclusione; Caluinus definiendo Fidem sic scri-

Digitized by Google

scribit. (A) *Iusta Fidei definitio nobis constabit, si dicamus. Fidem esse Diuinæ, erga nos beneuolentiæ firmam, certamque cognitionem*; & sic per Caluinum ille homo Fidem habet, qui possidet quandam infallibilem fiduciam, & certitudinem se in Dei gratia reperiri, & à Deo cordialiter diligi, & hoc propter Christi merita. Ex qua fiducia (subdit Caluinus) *oritur placida illa quies, & serena illa conscientiæ tranquillitas*. Vnde quisque Fidem habens per Caluinum pro certo habet remissa sibi esse à Deo peccata. Ex his igitur dictis apparet, & resultat Caluinisticam Fidem aliud non esse, quam fiduciam, siue confidentiam in Dei Misericordia, non vniuersaliter erga omnes, sed erga credentes, quod scilicet quisq; fidelis sigillatim est securus de Diuina misericordia ob Christi merita in ordine ad propriorum peccatorum remissionem. Hoc igitur modo Petrus secundum Caluinum, habet certam fiduciam remissionis suarum culparum, sic Antonius, sic Franciscus, &c.

(A) *Definitio Fidei tradita Caluino lib. 3. instit. cap. 2. sect. 7.*

Tranquillitas conscientiæ Caluinisticæ, exque capite oriatur.

Sed miror certe de tam labili Caluini memoria, vt fere in omni asserto sibi contradicat, nec de eo, quod alibi scripsit memoriam retineat. Confundo igitur ad hominem, & inuincibiliter hanc muscam hæreticam tali pacto. Caluinus lib. secundo suæ institutionis ab initio, vsque ad septimum caput exclusiue eiusdem lib. (vt sup. cap. decimo octauo vidimus) asserit Deum esse Authorem nostrorum peccatorum; nobis prohibere, vt bonum operemur; & tandem incarnatum fuisse, vt nos præcipitaret, legem nobis tradendo impossibilis obseruantiæ; quod si hoc per ipsum verum est, quomodo nunc asserit, quod omnes Fideles tantum credendo salui fiunt? si certi sumus de perditione, quomodo in Caluino, & sequacibus residet illa serenitas, & tranquillitas conscientiæ? si Deus nostrorum est Author peccatorum; ergo vel iniustè damnat, vel vigore rigorosæ iustitiæ, & non misericorditer fideles saluat, & tamen vtrumque negat Caluinus. Si Deus vult homines perditos, quomodo Fides, est Diuinæ beneuolentiæ, erga nos testimonium? si legem nobis tradidit impossibilis obseruantiæ, quomodo firmiter credemus tali legi, & quod ipsam transgrediendo omnes salui fiemus? At quis non videt quod hæc deliria sunt, & insaniæ, neq; iumentis adaptatæ, & tamen fuerunt ab homine, sed Caluino, assertæ, & promulgatæ.

Caluinus semper immemor, sibi contradictorius conuincitur ad hominē.

Sed redeo ad Caluinisticam Fidem. Huiusmodi Caluinistica fiducia non est illa Fides, quæ operibus coniuncta ad iustificationem requiritur, vt infra fusè videbimus; sed vera Fides, est cum operibus sociata, inquit Apostolus Iacobus: ergo Caluinistica est fiducia, non Fides. Præterea ostendo nouam Caluini contradictionem. (B) nam ipse loquens de Fide asserit Fidem non esse fiduciam. Hæc sunt eius verba formalia. *Principio admonendi sumus perpetuā esse Fidei relationem cū Verbo*; & hic verum dicit, quia sicut est perpetua relatio inter auditum, & sonum; inter gustum, & saporem; sic inter Fidem, & Dei Verbum. Sicut sub auditu cadit omnis sonus; & sub gustu omnis sapor; sic sub Theologica Fide cadit omne Dei verbum; nec aliud est obiectum Fidei, quam ipsum Verbum Diuinum. Sic Fidem dicimus esse illam qua nos assentimur omni Diui-

confutatur vlterius.

(B) *lib. 3. instit. c. 2. sect. 6.*

Nouæ Caluini contradictiones.

Digitized by Google

Diuino verbo, & totum, quod nobis Deus reuelauit credimus. Hoc igitur declarato, sic Caluinum contorqueo. Fides est circa omne Diuinũ Verbum, ad quod per Caluinum perpetuam habet relationem; at per eũdem Caluinum loco nuper citato, fiducia respicit solam illam scripturæ partem, quæ nobis manifestat Diuinam voluntatem in ordine ad remissionem peccatorum; ergo hæc non est Fides requisita adiustificationem, quia non habet relationem ad omne verbum diuinum. Accedit, quia si Fides per Caluinum aliud non est, quam certitudo meæ liberationis à peccato ob Christi merita, quid ad rem, & in ordine ad meam salutẽ postea credere, quod Ioseph dominabatur ægyptijs; Moyses duxit populũ per desertum, & similia? nil certè eiusmodi Scripturæ faciunt ad hominum salutem, & tamen sub Fide cadunt, & verba Diuina sunt; ergo fiducia Caluinistica non est fides ad iustificationem requisita. Vlterius, neque scripturæ, quæ ostendunt explicite Dei voluntatem, sed circa aliam materiam à remissione peccatorum, pertractant, erunt obiecta istius fiduciæ. Sic asserit Caluinus loco supra citato his præcisis notis. *Vox Dei ad Adã morte morieris. Vox Dei ad Cain, sanguis fratris tui clamat ad me de terra, & similes, nihil per se, nisi fidem quate facere queunt; Tantum abest, vt stabilienda sint idoneæ*; at fides per Caluinum ad iustificationem requisita respicit totam Scripturam, totumque Dei Verbum; ergo non per Fidem iustificatur Caluinus; ergo sibi semper contradictorius, falsusq; semper. Sed tandem noua contradictione, & ad hominem lethaliter in Caluinum irruo. Caluinus libro secundo suæ institutionis in exordio supra citato, capite decimo octauo habet hæc formalia verba. *Tota Natura nostra, quanta quanta est, nonnisi peccatum, nilque nisi omnium scelerum seminarium quoddam est; & homo totus nil aliud est ab intellectu ad voluntatem, ab anima ad carnem, nisi concupiscentia, reatus, culpa, & peccatum.* Hac Caluini Doctrina supposita sic argumentor. Fides est virtus, & residet in intellectu; sed intellectus per Caluinum est concupiscentia, reatus, culpa, & peccatum; ergo in ipso intellectu non residet hęc Theologica virtus, nempe Fides per Caluinum, quia peccatum in ampla significatione, est ipsemet intellectus; ergo residet infidelitas in intellectu; ergo per Caluinum in intellectu humano non datur Fides; ergo nullus homo fidelis, nullus homo iustus; ergo non habet certitudinem remissionis, quia ipse homo semper peccatum est; ergo infidelissimus, & Atheista Caluinus, qui hanc insanam promulgat doctrinam. Accedit, quod si tota Natura humana in recto peccatum est, tota reatus, culpaque tota; ergo nulla virtus potest in humana reperiri natura. Sed quis non ridebit has Caluinisticas fatuitates legendo?

Subtilissima Caluini confutatio.

Sunt aliquæ Scripturæ, quæ de animæ salute non agunt, quibus secundũ Caluinum non deberemus credere.

Alia Caluini contradictio.

Et iterum alia qua irrefragabiliter conuincitur.

Fides ergo, quæ iustificat, dicimus quod sit illa, quæ Theologica dicitur, à Spe, & Charitate distincta. *Nunc manent Fides, Spes, Charitas*, scripsit Paulus prima Epistola ad Corinthios cap. vigesimo tertio. Hæc Fides ab eodem Gentium Doctore ad Hæbreos capite vndecimo hoc modo definita fuit. *Esse substantiam rerum sperandarum, argumentum non apparentiũ.* Istæ igitur tres Virtutes, Theologicæ appellantur, quia Deum im-

Sententia Catholica est, quod fides prout est Theologica virtus hominem iustificat.

Digitized by Google

immediatè attingunt, & habent pro Obiecto. Hoc probatur, imo patet, nam cum non possit Deus attingi potentijs corporeis, quia spiritualis est, restat, vt potentijs spiritualibus, tamquam proportionatis ad talem attingentiam, ipsum attingamus; huiusmodi potentiæ sunt intellectus, & voluntas; at quia voluntas duas habet portiones, vna quæ respicit commodum, altera quæ respicit iustum, siue rectum, sequitur, quod isti duo actus voluntatis coniuncti actui intellectus faciant tres actus, quibus attingimus Deũ. Si tres actus sunt, egemus tribus habitibus tales actus regulantibus. Actus intellectiuus est credere; actus voluntatis erga iustum est amare; actus eiusdem erga commodum est desiderare. Nos igitur nullis alijs actibus ab his tribus Deum attingimus, nisi Deum credendo, Deum amando, & Deum desiderando; qui actus, vt recti sint, in credendo regulantur à fide; in recte amando regulantur à Charitate; in recte ipsum desiderando diriguntur à Spe. Præterea ipsemet Deus tripliciter consideratus, est regula istorum actuum, nimirum, vel vt narrans, vel vt iubens, vel vt promittens; taliter quod tunc ego recte credo, quando totum id, quod Deus loquitur credo. Tunc recte amo, quando ego diligo totum id, quod Deus præcipit amare; & tunc recte spero, quando spero totum id, quod Deus promittit.

Tres Virtutes Theologicæ habent Deum pro obiecto.

tres actus, vnus Intellectus, & duo voluntatis exigunt tres habitus.

Actus intellectus est credere, & regulatur ab habitu fidei.

Actus voluntatis vnus est amare Deum, & regulatur ab habitu charitatis; alter in Deũ desiderando, & dirigitur ab habitu Spei.

Ex his colligitur, quod Fides est in intellectu, & Spes in voluntate; Fides intelligit, & Spes desiderat, ac ratum facit. Fides respicit totum id, quod Deus locutus est; & Spes totum id, quod Deus promisit; his doctrinis præmissis, quis non videt Caluinisticam fiduciam esse potius Spem, quam Fidem? Fides est qua intelligimus; fiducia confidimus; ergo Fiducia Spes est, non Fides. Fide respicimus totum id, quod Deus narrauit; Caluinistica fiducia respicimus totum id, quod Deus promisit; ergo Spes est, & non Fides Caluini fiducia. Verum tamen est Spem, siue fiduciam oriri ex Fide, quia nisi credamus, neque speramus; sed effectus est distinctus à causa; ergo fiducia, seu Spes, erit à Fide distincta. In hoc sensu locutus est Iacobus Apostolus epistola prima cap. tertio. *Si cor nostrum nõ reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quidquid petierimus accipiemus ab eo*; Sed vt dicebam, hæc confidentia præsupponit Fidem, nã nisi credam Deũ esse, qui potest beneficia largiri, nostras audit, & exaudit preces, &c. nunquam potero habere fiduciam; ergo fiducia (vt ita dicam) est filia Fidei, sed non est Fides. Totum hoc confirmat Paulus ad Ephesios cap. tertio dicens. *In quo habemus fiduciam, & accessum in confidentia per fidem.* Præterea, Fundamentum, & res fundata non sunt idem. Sed Fides est fundamentum, quia est *substantia rerum sperandarum*, & Fiducia est quid fundatum in Fide; ergo non sunt idem. Clarissime hanc Doctrinam docuit Christus proprio ore apud Matthæum capite nono, vbi illi mulieri iam per fidem iustificatæ, iussit, fiduciam habere; dicens. *Confide filia* (ecce fiducia) *Fides tua te saluam fecit*, ecce iustificatio præcedens fiduciam orta ex fide; ergo à primo ad vltimum homo non iustificatur fiducia, sed bene Fide. Caluinistica est fiducia, siue Spes, non Fides; ergo in opinione Caluini homo iustificatur Fide, & Spe, quod secun-

Deus potest cõsiderari, vel vt narrans, vel vt iubens, vel vt promittens.

confunditur Caluinus.

confundit Spem cum Fide.

Fiducia præsupponit Fidem.

Fides est fundamẽtum fiducia.

Hæc Doctrina docetur à Christo.

Digitized by Google

secundum eundem Caluinum erroneum est; ergo semper sibi falsus meū Antagonista.

Confutatur vlterius Caluinus ad hominem.

Sed progredior vlterius, & contra Caluinum probo huiusmodi suam fiduciam, non solum, non iustificare hominem, sed potius esse peccami nosam, imo animam habentem talem fiduciam damnari. Præmitto, antequam Caluinum contorqueam, quod adhuc nos Catholici fiduciam habemus in Christi sanguine, sed cum tribus additamentis Caluino ignotis. Primum est, quod nos Catholici talem habemus fiduciam in vniuersali; & non alicuius particularis personæ. Secundum est, quod talem fiduciam nunquam applicamus cum certitudine ad aliquam particularē personam. Tertium est, quod talem fiduciam habemus conditionatam, siue reperitur in nobis sub conditione, non absolute; & sic nos Catholici confidimus Christi Sanguinem omnes saluos facturum, & quod saluet, & saluauit, at non hanc, vel illam particularem personam. Confidimus eundem sanguinem saluare, sed cum hac conditione, si applicatur, non absolute; & tandem, etiam respectu mortuorum (exceptis ab Ecclesia canonizatis) non dicimus hunc, vel illum fuisse saluatum. Fiducia vniuersalis, & conditionata optima est; at particularis, & absoluta pessima est; & tandem confidere cum certitudine se esse saluum ob Christi Sanguinem stultitia est, & peccaminosum est. *Via stulti recta in oculis suis*, legitur Prouerb. cap. duodecimo. Et Ecclesiastici cap. octauo subiungitur. *Sunt impij ita securi* (audi Caluine) *quasi opera iustorum habeant*; nam si hæc fiducia sufficeret ad salutem omnes penè saluarentur, & nihilominus, *Multi sunt vocati, pauci vero electi*. Qui credit se saluum esse, per consequens credit se non habere peccatum; *at si dixerimus, quia peccatum non habemus nos metipsos seducimus*, inquit Ioannes Epistola prima, capite primo; ergo peccaminosa erit talis fiducia. Præter quam quod, *nemo scit, an odio, vel amore dignus sit*: legitur apud Ecclesiasticum cap. nono.

Catholici habent fiduciam in Christi Sanguine, sed cum additamento.

Catholicorum notabilis fiducia distinctio.

Qui credit se iustum esse, credit se peccatum nō habere, sed hoc sibi suadendo peccat.

confutatur vlterius Caluinus

Totus hic discursus confirmatus fuit à Christo apud Lucam cap. decimo octauo illa Parabola Publicani, & Pharisæi. Publicanus namque tā parum de sua iustificatione cōfidebat, vt neq; auderet oculos ad Cœlum extollere. Pharisæus è contra tam certo de sua iustificatione confidebat, vt seipsum crederet, vel iudicaret ab hominibus, hominem alium specie diuersum (vt ita dicam) ex eo, quia ieiunabat bis in Sabbato, &c. hoc supposito sic argumentor. Si fiducia iustificat; ergo debebat iustificare Pharisæum, qui tantum confidebat, & non Publicanum, qui omnem habebat diffidentiam de sua iustificatione; sed oppositio modo res se habuit; ergo fiducia non iustificat.

Validum argumentum scripturæ cōtra Caluinum.

Præterea docet Caluinus, quod ad hoc vt iustificemur necesse est, vt nos credamus Deo esse caros, hoc supposito; quæro, quando Caluinus credit, vel iudicat se esse carum Deo, est ne carus, an non? Si carus est; ergo non iustificatur tunc, quando credit se esse carum, nam antea iam iustificatus erat; si non est carus, siue gratus, cur credit se esse talem? ergo

confutatur demum.

Cal-

Digitized by Google

Caluinus, quando putat se iustificari addit peccatum peccato. Ecce Caluinus suismet vinculis illaqueatus.

Illaqueatur Caluinus.

Posset dicere Caluinus, quod in futuro credit se iustificandum esse, qua fiducia respectu futuri ipse iustificatur. Equidem bene. Sed ego sic reassumo argumentum. Ergo quando Caluinus credit se Iustificandum esse habet fiduciam in recto. Vtique, debet respondere Caluinus. At (ego subsumo) habens fiduciam iam iustus est; ergo debet credere suam iustificationem actualem, non futuram; ergo Caluinus semper est sibi contradictorius, semperque falsus.

Fides necessaria est ad salutem.

Sed progrediamur ad vlteriora. Quando adhuc Caluinus, non de ista fiducia, sed de vera loqueretur Fide (& ad tertium, & quartum articulũ accedo propositum) si ipse intelligat Fidem ad iustificationem necessariã esse, verum asserit; at sustinendo postea hanc solam Fidem ad iustificationem sufficere, falsum affirmat, quia requiritur, vt opera hãc Fidem comitentur; quod si secus res se habeat, nunquam iustificabitur impius. Necessaria est ergo Fides ad salutem. *Iustificati ex fide pacem habemus apud Deum*, inquit Paulus ad Romanos cap. quinto. *Gratia estis saluati per fidem* ad Ephesios capite secundo. *Sine fide impossibile est placere Deo*, ad Hebræos cap. vndecimo. *Iustus ex fide vivit*, ad Romanos cap. primo. At nulla istarum scripturarum probat solam Fidem ad iustificationem sufficere; & licet ad Romanos tertio cap. legatur. *Arbitramur iustificari hominem ex fide sine operibus legis*, quis hic non videt, non omnia excludi opera, sed tantum legalia? Vel dico, sine operibus meritorijs iustificationis, vtique iustificari hominem; sed non sine operibus dispositiuis, quia iustificatio, tota ex gratia est, nec homo potest eam mereri. Vel dico, quod huiusmodi Epistola ad Romanos, qui Gentiles erant, scribebatur, qui bene operabantur moraliter iuxta leges gentilitatis, sed Fidem non habebant, & ideo Apostolus eisdem Fidem inculcat, & suadet omittere opera infidelitatis, & veram suscipere Fidem. Vel dico, quod Apostolus loquitur de iustificatione fundamentali, non formali. Prima est solius Fidei sine operibus, quia fundamentum est præsuppositum ad iustificationem. At iustificatio formalis est Fidei operibus coniunctæ. Vnde Concilium Tridentinum docet. *Si quis dixerit sola fide absolutionem, & iustificationem perfici Anathema sit.* Non negamus tamen, sed potius affirmamus nos Catholici maximam intercedere differẽtiam inter opera, quæ iustificant, & opera quæ glorificant, idest inter illa quæ disponunt ad Gratiam, & ea, quæ nobis gloriam merentur.

Fides debet cũ operibus coniũgi, vt animam iustificet.

Exponitur Pauli textus ad Romanos c. tertio.

Concilium Tridentinum.

Notabilis distinctio.

At quia Caluinus, & omnes Euangelici vniuersaliter negant opera ad humanam conferre salutem, nos scripturas, quæ talem confundunt, & refellunt errorẽ adducemus. In primis Psal. quarto decimo canitur. *Qui facit hæc, non commouebitur in æternum*; vbi notandum est, quod Propheta dicit (*qui facit hæc*) non vero (*qui credit hæc*) quia vltra Fidem, quæ supponitur, requiruntur opera. Item Psal. vigesimo tertio. *Innocens manibus, & mundo corde.* Hæc sunt opera. Item psal. quartodecimo dicitur. *Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.* Ecce opera. Itẽ

Scripturæ probantes opera necessaria esse ad salutem.

Digitized by Google

Psal. sexagesimo primo habetur. *Tu reddes vnicuique secundum opera sua.* Ecce opera. Item Psal. nonagesimo primo. *In operibus manuum suarum comprehensus est peccator.* Ecce opera. Item Psalmo vigesimo septimo. *Da illis secundum opera eorum, &c.* Ecce opera. Item Psal. centesimo quinto, *contaminata est terra in operibus eorum, &c.* Ecce opera. Item Ecclesiastici cap. sexto decimo. *Reddet vnicuique secundum meritum operum suorum*; Ecce opera. Item Ieremiæ cap. vigesimo quinto. *Reddam eis secundum opera eorum.* Ecce opera. Item Ionæ capite tertio. *Vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt.* Ecce opera. Item Matthæi cap. quinto. *Videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, &c.* Ecce opera. Item ibid. cap. septimo, *non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, sed qui facit, &c.* Ecce opera. Item ibid. capite decimo nono. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Ecce opera. Item ibid. cap. vigesimo quinto. *Esurini, & dedistis mihi manducare, &c.* Ecce opera. Item Marci capite sexto decimo. *Euntes docete omnes Gentes seruare omnia, &c.* Ecce opera. Item Lucæ capite tertio. *neminem concutiatis, &c.* Ecce opera. Item Ioannis cap. quinto. *Procedent, qui bona egerunt, &c.* Ecce opera. Item ibid. cap. tertio. *Erant enim eorum mala opera, &c.* Item ibid cap. septimo. *Testimonium perhibeo, quod opera eius mala sunt.* Item ibid. cap. quartodecimo. *Si diligitis me mandata mea seruate.* Ecce opera. Item Apocalypsis cap. secundo. *Age pœnitentiam, & prima opera fac.* Ecce opera. Item ibidem *Noui opera tua, & fidem, & charitatem, &c.* Ecce opera. Item ibid. cap. tertio; *Non inueni opera tua plena, &c.* Ecce opera. Item ibid. cap. quarto decimo. *Opera enim illorum sequuntur illos*, Ecce opera. Item ibidem cap. vigesimo; *Iudicatum est de singulis secundum opera eorum.* Ecce opera. Item Ecclesiastici cap. nono. *Deo placent opera tua.* Ecce opera. Item ad Romanos cap. tertio decimo. *Abijciamus opera tenebrarum, &c.* Ecce opera. Item ibidem cap. secundo. *Non Auditores legis iusti sunt, sed factores, &c.* Ecce opera. Item prima ad Corinthios cap. quarto decimo dicitur (audi Caluine) *Si habuero omnem fidem, &c. Charitatem autem non habuero nihil sum.* Ecce opera. Item secunda ad eosdem cap. quinto legitur. *Vt referat vnusquisque, prout gessit, siue bonum siue malum.* Ecce opera. Item Iacobi cap. primo *Qui erit factor operis, hic Beatus in facto erit.* Ecce opera, & paulo infra habetur. *Vis scire homo inanis, quia fides, sine operibus* (audi Caluine) *mortua est? Videtis quoniam* (contorquere Caluine) *ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum; sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita fide sine operibus mortua est. Quid proderit, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habet?* Quid clarius ò Caluine? si te confundunt Apostoli, superfluus est meus labor, & ego ob reuerentiam tantorum Apostolorum super hoc silleo. At quænam sint ista opera requisita ad iustificationem, in sequenti videbimus capite; qua propter accedit.

CA-

Digitized by Google

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

In quo demonstratur, quæ nam sint illa Opera, quæ vna cum Fide requiruntur ad iustificationem Impij, nimirum Sacrosanctum Pœnitentiæ Sacramentum.

Lutherus, & Caluinus negat hoc Sacramentum.

Partes Sacramenti Pœnitentiæ quot, & quænam sint.

Sacramentum Pœnitentiæ appellatur secunda Tabula post naufragium.

Concilium Tridentinum hoc eodem nomine Sacram. appellat Pœnitentiæ.

Caluinus abhorret Sacram. Pœnitentiæ lib. 4. instit. c. 9. sect. 17.

Ad iustificationem duo requiruntur, nempe credere, & pœnitere.

Caluinus negat Sacramentum Pœnitētiæ, quia non fuit à Christo institutum; & quia non habet materiam, & formam sensibilem.

SAcramentum Pœnitentiæ est illud opus, quod hominem fidelem apud Deum iustificat. Hoc Sacramentum tres continet partes, nimirum Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem. Vocatur hoc Sacramentum à Hieronymo sup. 3. cap. Isaiæ, & in epist. ad Demetriadem de Virginitate; & in epist. 2. ad Pammachium, *Secunda Tabula post naufragium*. Eadem Metaphora ipsum appellant Ambrosius lib. de Virg. corrup. & Tertullianus lib. de Pœnitentia. Eodem nomine nuncupatur à Concilio Tridentino. Metaphora certe nimium, tali, tantoque Sacramento adaptata, quia hominem ad portum iustificationis post lapsū fideliter conducit.

At Caluinus, Luthero vnitus, qui super omnia Dogmata Catholica abhorret Sacramentum Pœnitentiæ, deridendo hanc metaphoram sic iocosè scribit. *Vocant secundam post naufragium tabulam, at dictum hoc est Hieronymi, sed cuiuscumque sit, cum planè impium sit, excusari non potest*. O dignam Caluino modestiam, ni potius temeritatem! melius dixisset, si scribebat. *Cum plane verissimum sit, dignus est omni laude Hieronymus*.

Sed redeo ad propositum. Certum est, quod ille, qui semel Baptismatis prima tabula ex naufragio originalis peccati se ad portum iustificationis reduxit, si iterum in pelagum peccati mortalis decidet, hac Pœnitentiæ secunda tabula necesse est, vt vtatur, si ad portum iustificationis deperditæ vult peruenire. Vnde, vt iustificemur duo opus est operari, nempe *credere*, & *pœnitere*. Sed Caluinus, cui tam odiosum est Pœnitentiæ Sacramentum libro tertio instit. cap. tertio, & libro quarto, cap. decimonono, acriter contra ipsum inuehitur, & in hæc irrumpit sacrilega verba. *Ementitum Sacramentum est Pœnitentia*. Et omnia, quæ contra tale Sacramentum adducit, ad due restringuntur puncta. Vnum est, quia non fuit à Christo institutum; alterum est, quia non habet materiam, & formam sensibilem, at ambo hæc assumpta falsissima sunt, & euidenter ipsa confutabo; sed antequam ad talem accedam confutationem.

Digitized by Google

Sacramenta sunt signa efficacia Gratiæ.

Notabilis doctrina adaptata Sacramento Pœnitentiæ.

Sciendum est Sacramenta aliud non esse, quam signa, sed efficacia Gratiæ, quod, vt melius capiatur, exemplo hoc totum declaro. Si Petrus Franciſco diceret, quoties hoc ferrum frigidum in aquam immergo, Tu tunc carbones inſufflabis, qui ſub aqua ſunt, ad hoc, vt aqua calefiat. In iſto caſu ferrum, quod in aquam immergitur est Signum, quod eo tempore debeat aqua calefieri. At ferrum ſic conſideratum non habet ſimilitudinem, ſiue affinitatem cum calore introducendo in aquam, neque talem calorem continet, vel cauſat, quia neque ferrum in ſe calidum eſt, neque calefacit aquam, ſed ſolum eſt ſimplex ſignum calefactionis aquæ. At ſi Petrus vteretur ferro purpureis flammulis depicto, & præciperet, vt quando eiuſmodi ferrum immergeretur in aquam, accenderentur carbones, vt aqua calefieret; in iſto caſu ferrum, non ſolum eſt Signum calefactionis introducendæ in aquam, ſiue non ſolum ſignificat calorem, ſed etiam illis flammulis depictis habet aliquam ſimilitudinem cum calore introducendo, & ſic vbi primum ferrum tantum ſignificabat calorem, hoc ſecundum ferrum ſignificat, & aſſimilatur calori; verum neque hoc ſecundum ferrum continet, vel cauſat calorem. Tandem ſi Petrus ſumeret ferrum ignitum, & diceret, quando ego hoc ferrum ignitum in aquã immergo, ſciant adſtantes me tunc infallibiliter calefacturum aquam. In iſto tertio caſu ferrum eſt Signum calefactionis aquæ; & etiam ſimilis, ſiue affinis calori introducendo, quia ignitum eſt, & vlterius continet, & cauſat calorem introducendum in aquam; & ſic in adducto caſu tres ſpecies Signorum habemus; primum eſt ſimplex ſignum; ſecundum eſt ſignum ſimilitudinarium, ſiue aſſimilatum obiecto; tertium vero (& iſtud facit ad noſtrum propoſitum) eſt Signum efficax, quia ſignificat, aſſimilatur, & continet, ſeu cauſat calorem.

Sacramẽta nõ ſolũ ſignificãt, ſed continent, & cauſant Gratiam.

Sacramenta conferunt gratiam ex opere operato à Chriſto Domino.

Signa ſunt ergo Sacramenta, ſed tertio modo ſumpta, quia non ſolum ſignificant Gratiam; non ſolum habent quandam ſimilitudinem illius obiecti, cui applicantur, ſed etiam continent, & cauſant Gratiam in ſuſcipiente, quam ſignificant. Exemplo hoc totum declaro. Baptiſmus Significat, quod in illo inſtanti, in quo ſuſcipitur, emundat ſuſcipientem ab originaria noxa. Habet ſimilitudinem cum lotione corporis, nam ſicut aqua Baptiſmalis emundat corpus, ſic Baptiſmus à Sorde Adæ animam tergit, & mundat. Sed vltra prædicta, Baptiſma continet gratiam, & ex opere operato ipſam cauſat, & producit, eam ſuſcipienti conferendo; taliter, quod etiam Infantes, abſque aliquo eorumdem motu, concurſu, vel merito, ſola Sacramenti virtute talem ſuſcipiunt gratiam iuſtificantem.

Vbi reperitur ſignum debet reperiri res ſignans, & ſignata.

Sciendum eſt vlterius, quod vbi Signum reperitur, neceſſe eſt, vt vna re ſignante, alia ſignetur, ſiue iuſtificetur; nam inter rem ſignantem, & ſignatam intercedit relatio, quæ eſt ſignum, & relatiua per regulam Dialecticæ ſunt ſemper ſimul. Sic anulus aureus eſt ſignum in coniugibus fidei, quam mutuo ſibi ipſis promiſerunt. Ad propoſitum in Sacramentis ſemper res ſignata eſt Gratia, præterquam in Sacramento Altaris, vbi vltra Gratiam, tale Sacramentum ſignat, ſeu ſignificat Authorem ipſius Gra-

Digitized by Google

Gratiæ, nempe Christum Dominum; & sic eucharistia sola signat, non vnam, sed duas res. Cætera vero Sacramenta signant semper vnam tantummodo rem, nimirum Gratiam, at hæc Gratia à Sacramentis significata duobus medijs repræsentatur, quorum vnum est visibile, inuisibile alterum, scilicet vnum cadit sub oculo, alterum sub aure. Exemplifico de Sacramento Matrimonij. Actiones quæ fiunt circa hoc Sacramentum sunt visibiles, & sunt materia Sacramenti, (& in his Sacramentis materia est in suscipiente) at in Baptismate materia est aqua; in Sacramento Chrismatis, est ipsum Chrisma; in Sacramento Altaris panis, & vinum sunt materia à suscipiente distincta, quæ omnia sunt sensibilia, & cadunt sub oculo. Forma vero est etiam sensibilis, sed tantum cadit sub aure, quia verba sunt; & sic quando hæc verba cum materia coniunguntur efficiunt Sacramentum, seu signum, & in anima Gratiam causant.

In Sacramentis semper res significata vna est, & est Gratia, præterquam in Eucharistia, vbi vltra Gratiam, significatur etiam Christus Dominus.

Propter quatuor motiua (inquiunt Doctores) Christus Dominus medijs sensibilibus, siue per obiecta sensibilia voluit hominibus suam conferre Gratiam, nempe, vt humiliemur, vt erudiamur, vt exerceamur, & vt ab infidelibus distinguamur. Ex his omnibus igitur colligimus Sacramenta signa efficacia esse, & quod per Materiam, & Formam significant Gratiam, quam producunt; quæ materia, & forma, sensibiles, non insensibiles sunt.

Gratia duobus medijs repræsentatur, quorum vnum est visibile, inuisibile alterum.

Propter quatuor motiua Christus per obiecta sensibilia voluit Gratiã Sacramentis conferre.

His prænotatis euanescunt Caluini argumenta. Primum erat, quod omne Sacramentum habet Materiam sensibilem; hoc verum est, & iam paulò ante demonstraui materiam sensibilem in omnibus Sacramentis, & sic falsa est minor Caluini, scilicet, quod Sacramentum Pœnitentiæ materiam non habeat sensibilem, nam actiones Sacramentales, quæ fiunt in confessione, sunt materia sensibilis eiusdem Sacramenti (sicut diximus de matrimonio) & tales, sunt actus Pœnitentis, nimirum conteri, confiteri, satisfactionem in voto habere, &c. forma vero eiusdem Sacramenti sunt verba ipsius Sacerdotis, *Ego te absoluo, &c.* quæ per aures audita sensibilia sunt. Pœnitentia namque est quoddam iudicium, in quo Reus, seu Pœnitens contritione seipsum accusat; promittit Iudici satisfactionem, & tandem ab eodem Iudice Sacerdote absoluitur. Peccator offendit Deum corde, ore, & opere; quapropter corde conteritur, ore confitetur; & operibus satisfacit. Peccator offendit Deum, Ecclesiam, & Proximum; vnde contritione ad Deum conuertitur; ad Ecclesiam per confessionem; & ad Proximum per satisfactionem.

Euanescunt Caluini argumenta.

Materia, et forma Sacramenti Pœnitentiæ, quænam sint?

Quot modis peccator Deum offendit?

Nunc redeo ad substantiam Dogmatis. Dico igitur, quod homo post acceptam præuenientem Gratiam ad hoc, vt iustificetur ipsum oportet credere, & pœnitere. Hæc Pœnitentia constat contritione, confessione, & satisfactione in voto; quibus impletis statim per Gratiam sanctificante iustificatur impius. *Ego te absoluo, &c.* sed declarandum est, quid sit Contritio? Contritio ergo *est voluntaria Detestatio* (quam debet sociare dolor) *de offensa Deo illata per culpam*; Nam Deus, cum super omnia sit amandus, debet homo dolenter pœnitere, & voluntariè, hoc summum bonum offendisse, cum saltem virtuali proposito nolèdi in posterum peccare.

Impius, vt iustificetur oportet, vt credat, & pœniteat.

Contritio quid sit?

Digitized by Google

Definitio contritionis tradita à Concilio Tridentino.

care. Post hunc dolorem debet sequi vocalis confessio, & tandem satisfactio in voto. Audi Concilium Tridentinum, sic Contritionem definiens. *Contritio est animi dolor, ac detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero.* In Beatis reperitur hæc detestatio suorũ in terris commissorum peccatorum, sed sine dolore. In Damnatis reperitur hæc detestatio dolorosa, sed non est voluntaria; & tandem in viatoribus reperitur detestatio dolorosa, & voluntaria. Homo igitur deberet desiderare prius fuisse passum omnẽ dolorem, quam Deum offendisse. At eiusmodi detestationem, siue dolorem non debemus habere ob timorem pœnæ, sed ob motiuum amoris, quia scilicet offendimus obiectum summè bonum, & summè amãdum. Aliquando hæc Detestatio potest etiam esse virtualis, vt in suscipiente martyrium, &c.

In Beatis reperitur detestatio peccatorum, sed sine dolore. In damnatis est dolorosa, sed non voluntaria. In Viatoribus est dolorosa, & voluntaria.

Ordo iustificationis Impij.

Ex his õnibus antedictis apparet ordo iustificationis Impij. Primo enim excitamur à Gratia præueniente, cui respondemus cum proposito resurgendi à peccatis. Secundo mouemur à fide, qua credimus Deum nostras videre culpas, ipsique displicere, Tertio mouemur à timore pœnæ peccatoribus à Diuina Iustitia præparatæ. Quarto, mouemur à consideratione Bonitatis Diuinæ, cui firmiter credimus. Quinto mouemur à Spe, qua à Dei misericordia indulgentiam speramus. Sexto mouemur à charitate, qua nos disponimur ad amandam Bonitatem tam maximam Dei. Post hæc debemus detestari peccata, & voluntariè de ipsis dolere; quæ si perfecte detestabimur (quod non potest nobis innotescere) statim iustificamur. Sed quia hoc non est nobis notum, debemns vocali confessione nos facere securos de assecutione talis iustificationis. Præter quam quod ob complementum præcepti, & eius præceptam obseruantiam, quãdo adhuc essemus certi de iustificatione, ob perfectam habitam contritionẽ, deberemus, & teneremur facere vocalẽ confessionẽ, quam confessionem contritio habet in voto. At quia vt plurimum, & ferè in omnibus hæc Contritio, siue dolor est imperfectus, & dicitur, Attritio, eo magis recurrendum est ad confessionem vocalem, nam attritus non est iustificatus, sed coniuncta eius attritio cum vocali confessione, & satisfactione in voto de attrito fit contritus, & iustificatur mediante absolutione. *Ego te absoluo, &c.* sed infra, vltra prædicta, plura alia dicemus de Sacramento pœnitentiæ.

Soluitur secundum Caluini argumentum.

Alterum Caluini argumentum ad excludendum Sacramentum Pœnitentiæ erat hoc, scilicet, quod eiusmodi Sacramentum non erat à Christo institutum. Respondeo, falsissimum esse Caluini assumptum. Ecce in promptu vbi, & quando fuit à Christo institutum. Ioannis cap. vigesimo legitur, quod Christus post suam resurrectionem Apostolis apparens; *insufflauit, & dixit eis. Accipite Spiritum Sanctum. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt.* Hic Christus concessit Apostolis quandam potestatem, seu authoritatem ligandi, ac soluendi, & quia huiusmodi concessio ab insufflatione exordiũ habuit, & à largitione Spiritus Sancti; ac etiam habuit initium à solutione, & remissione, non à ligamine, siue retentione, clarè deducitur hic

Tempus institutionis Sacramẽti Pœnitentiæ.

Chri-

Digitized by Google

Christum Pœnitentiæ instituisse Sacramentum. Vlterius sic contra Caluinum, Lutherumque argumentor. Si Christus hic non instituit Sacramentum Pœnitentiæ; ergo insipienter locutus fuit, & potestatem absoluendi concesit Apostolis per iocum; sed hoc est impium asserere; ergo impijssimi nostri aduersarij, tale Sacramentum negantes à Christo institutum fuisse. Hoc argumentum, cum alibi legerit Caluinus ipsum deridet, at sua derisione nunquam eiusmodi argumentum infringit, sed tantummodo in hæc irrumpit derisoria verba. *Ergo sine causa data sunt claues? ergo sine causa dictum est, quæcumque solueritis? sic confessionarij inquiunt*; Concludit Caluinus, nosque Catholicos Confessionarios vocat. Argumentum adductum Augustini est, nec pudet impudentem Caluinum illum Augustinum contemnere, quem sæpe pro se appellat, & magnificat. Saltem post derisiones soluisset argumentū, quod tam arcte ipsum illaqueat; sed nescit soluere, quia Veritas insolubilis est. At Ambrosius (A) confirmat hanc Sacramenti Pœnitentiæ institutionem à Christo factam his verbis præcisis. *Impossibile videbatur per pœnitentiam peccata dimitti. Concessit hoc Christus Apostolis suis, quod ab eis ad Sacerdotum officia transmissum est, & factum est possibile, quod impossibile videbatur*. Et quod verum sit adductis verbis fuisse à Christo Pœnitentiæ Sacramentum institutum, audiamus expositionem, quam dat Caluinus allatis Christi verbis, *Quorum remiseritis, &c.* quæ est hæc. *Verbi ministerium tradidit*. O insanam expositionem, vt cerulcosè à Veritate discedat impius Hæresiarcha. His verbis (inquit Caluinus) Christus Apostolis tradidit potestatem prædicandi Verbum Dei; & idem per Caluinum sonant adducta verba, ac si dixisset Christus. *Quorum annunciaueritis remissa, &c.* At hic non possum me à risu continere, non solum de tam insipienti expositione Caluinistica, sed etiam quod grammaticalis significatio verborum Sacræ Scripturæ, tam, tantunque à Caluino venerata, nunc tantum abhorreatur, quod vt ab ipsa discedat, in insanas expositiones irrumpat; ergo (Caluine) remittere, & prædicare idē sonant? vtique respondes. At quando Christus eisdem Apostolis dixit. *Euntes prædicate Euangelium omni Creaturæ*, quam authoritatem ipsis tradidit? certè remittendi peccata; quia si *remittere* sonat, *prædicate*; ergo ad conuertentiam, quando dicit, *prædicate*, sonat, *remittite*. Quid tibi videtur lector ingenue de istis Caluinisticis expositionibus? sed relinquo hunc insanum, & ad substantiam redeo.

Confutatur Lutherus, & Caluinus.

August. argumētum deridet sed non infringit Caluinus.

(A) *Lib. 2. de pœnitentia cap. secundo.*

Insana, & ridicula Caluini expositio.

Refellitur ridiculosè Caluinus.

His verbis fuisse Sacramentum Pœnitentiæ institutum omnes eximij Ecclesiæ Doctores affirmant, quorum Primus est Augustinus sic scribens. *Postquam dixit accipite Spiritum Sanctum, continuo de peccatorum remissione, & retentione subdidit. Quorum remiseritis, &c.* Secundus est Ambrosius. *Cum dixerit Dominus, accipite Spiritum Sanctum, &c. Nouatiani confunduntur* (sed dicere debebat, Lutherus, & Caluinus confunduntur) *qui se aiunt Domino deferre reuerentiam, & ei remittendorum criminum potestatem reseruant*. Tertius est Gregorius. *Accipite Spiritum Sanctum, Principatum Supremi iudicij recipiunt Apostoli, & vice Dei*

Patrum Caterua de institutione Sacramēti pœnitentiæ.

Nouatiani negabant Sacramentum Pœnitentiæ.

Digitized by Google

ce Dei quibuſdam peccata retinentes, quibuſdam vero relaxantes. Quartus eſt Hieronymus ad Edibiam. *Acceperunt Spiritus Sancti Gratiam, qua peccata dimitterent.* Quintus eſt Bernardus. *Quanam maior tibi videtur Dignitas, & Poteſtas diuidendi præmia, an dimittendi peccata?* Sextus eſt Beda. *Poſtquam dixit, Accipite Spiritum Sanctum, hac de peccatorum remiſſione ſubdit.* Septimus eſt Cyrillus Alexandrinus. *Abſurdum non eſt remitti peccata poſſe ab illis, qui Spiritum Sanctum in ſe habebant.* Octauus eſt Theophilatus. *Vide Sacerdotum Dignitatem, quam Diuina ſit, Dei enim eſt dimittere peccata.* Et tandem omnes, qui Scripturam expoſuerunt confitentur in hoc textu à Chriſto Sacramentum Pœnitentiæ fuiſſe inſtitutum. Et contra hos omnes Caluinus, & Lutherus præualebunt? ambo delirant.

CAP.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

In quo demonstratur, quam bonum, quam vtile, imo necessarium ad iustificationem sit Pœnitentiæ Sacramentum.

SCire vellem à Luthero, Caluino, Novatianis, cæterisque Hæreticis, eos rogando, vt pro hac vice tantum cathegoricè, & veraciter responderent, qua de causa sic abhorrent, & negant Pœnitentiæ Sacramentum, siue sacramentalem confessionem? Vel eam respuunt, quia mala est; vel quia difficilis est? mala esse non potest, quia iustificat impium, & ei peccata remittit; ergo restat, quia difficilis est, imo periculosum est (inquiunt Hæretici) illa pandere, & reuelare, quæ pudet reminisci; quæ maxima cautela fuerunt commissa; quæ honorē lædunt; quæ detecta vitam in mortale constituunt periculum, &c. & hæc volebat Christus nos cogere ad reuelandum Confessario, qui potest prodere Pœnitentem, & eiusdem patefacere scelera? Non est tam arcta, & onerosa via ad gloriam, vt sine hoc rubore, & euidenti periculo famæ, honoris, & vitæ, non possit ad illam peruenīri. Sic discurrunt, sic prædicant sequacibus errorum Magistri.

Dilemmata confutantur Lutherus, & Caluinus.

Cur Hæretici abhorreant Sacramentalem Confessionem.

Sed falsum asserunt Hæretici, nàm Matthæi cap. septimo ex ore Christi Domini legitur. *Arcta est via, quæ ducit ad vitam.* (A) *Regnum Cœlorum vim patitur, &c.* Secundo dico, quod eo modo, quo potest facilitari via salutis, eodem modo esse potest facilis confessio. Tandem assero, quod etiam quando (moraliter loquendo) esset difficilis confessio, tamen quia bona est, dum impium iustificat, nullo modo est ableganda, siue respuenda. Primum assumptum vltra adducta constat, quia apud citatum Matthæum cap. sexto decimo, dixit Saluator. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, &c.* Ecce quam stricta est via salutis, vt teneamur etiam nostram abnegare voluntatem; & nihilominus hoc, quod difficile cernitur, facilitatur ab amore erga Deum, & ab auxilio Diuinæ Gratiæ. Iuxta quem sensum aiebat Christus apud citatum Matthæum cap. vndecimo. *Iugum meum suaue est, & onus meum leue.* Omnia grauia leuia reddit, facit suauia Amor. Omnes vias asperas facit planas Diuinum adiutorium, omniaque superat pericula; & sic à Pœnitente debet considerari Confessarius, non vt simplex homo, sed vt Dei Minister, & nos super omnia Deum debemus diligere, quo amoris vehiculo cuncta amarissima redduntur dulcissima. Præterea licet admittatur difficilis (moraliter loquendo) videamus, rogo Hæreticos, si etiam moraliter bona sit, an vero mala cō-fessio? Optima, ne dum bona, etiam in genere moris est confessio, vt

Refelluntur.

(A) *Ibid. cap. 11.*

Etiam si esset difficilis confessio; quia bona est, debet admitti.

Amor hominis, erga Deum omnia suauia reddit, licet difficillia, & onerosa.

Digitized by Google

introducatur, vel conseruetur rectitudo in humanis operationibus? Exemplo hoc totum liquido constabit.

Si Princeps aliquis in suo dominio propter suorum Populorum pacẽ legem statueret, siue sanciret, qua magis opprimerentur vitia, & virtutes promouerentur, esset ne optima ista lex? vtique certè Ecce cõfessio, quæ vitia delet, & comprimit; virtutes compressas eleuat, & promouet; ergo etiam in genere moris semper optima est confessio. Veritas tam certa est hæc, quod etiam à Gentilibus Philosophis fuit agnita; nàm de Socrate, & quibusdam Pythagoricis legitur, quod certis temporibus consuebant alicui, vel pluribus, omnes ab eisdem patratas actiones vocaliter confiteri, & patefacere, & assignabant hanc rationem de tali ipsorum consuetudine; nam sicut de expenso denario rationem reddimus proprijs Dominis; sic de nostris operationibus tenemur reddere rationem, non solum nobis metipsis illas operantibus, sed etiam alijs; non enim nobis tantum, sed etiam proximis nostris viuimus.

Socrates, & Pythagorici adhuc confitebantur.

Sed Caluinistæ, illi qui ante apostasiam fuerunt Catholici, quando maiorem in seipsis experti sunt promptitudinem ad peccandum, forsitan tunc, quando necesse erat eis confiteri peccata commissa, an verò nunc, quod est ab eisdem ablegata confessio? si cum veritate velint respondere, negare non poterunt maiorem habere nunc promptitudinẽ ad peccandum, quam antea, quia confessio sacramentalis frenabat voluntatem, ne laxaretur ad malum. Illa erubescentia pœnitentialis continebat concupiscentiæ habenas, ne ad scelera prolaberentur; ergo moraliter adhuc confessio optima est; ergo male ab Hæreticis reijcitur; nec propter hoc, quod difficilis, licet bona, ablegari debet, nã bonum est faciendum, quia bonum est, non quia difficile est; si igitur bona est confessio, admitti debet; si autẽ mala, refelli; sed non potest negari confessionem optimam esse, vt probaui, ergo non debet ab Hæreticis reiici.

Conuincuntur Hæretici denuo

Respondent Hæretici, non ad vim argumenti, sed potius effugiendo, & saltillando, nimirum confessionem non esse de iure Diuino, sed de iure humano. At quidquid sit de hoc (cum iam probatum sit esse de iure Diuino, & infra iterum corroborabitur) si bona est, licet de iure humano, cur ab Hæreticis refellitur? si velint verum dicere tenentur respondere, quod ablegatur confessio, non quia non est bona, vel de iure diuino, sed quia eam ablegando libentius populi turmatim eorum amplectuntur Sectam, sequuntur errores; ergo vt asseclas habeant, veritatem abhorrent, & simul cum eis in tartara ruuunt. Sed eant felices, & æternaliter infelices ingemiscant.

Affirmant cõfessionem non esse de iure diuino.

Causa cur ab Hæreticis ablegatur confessio.

At quod confessio sacramentalis sit de iure Diuino ex dictis satis liquet; pro nunc addo, quod sacramentorum nouæ legis Deus in veteri testamento, imo etiam in lege naturæ tradidit figuras, & oracula, & in specie sacramentalis confessionis. Sic exempli gratia, quia in temporum plenitudine debebat instituere Sacramentum Baptismi, ab exordio mundi

Digitized by Google

mundi, *Spiritus Domini ferebatur super aquas*. Item iussit lotiones, & lauacra, vti figuras Balnei Baptismalis. Item præcepit vnctiones, vti figuras Sacramenti Chrismatis, sic pariter obseruamus de Sacramento Pœnitentiæ, in cuius gratiam Deus semper in veteri lege acceptas habuit confessiones vocales; vnde legimus, quod statim, ac Adam peccauit, Deus ab eo expetiuit; & efflagitauit vocalem confessionem ipsum interrogando. *Adam vbi es?* Hic nolebat Deus scire domicilium Adæ, quia omnia videt; sed exposcebat ab eodem vocalem sui criminis confessionem, vt ei dimitteret commissam transgressionem. At Adam se excusando, & non confitendo suam inobedientiam, totius Orbis genuit ruinam. Idem euenit in Cain, quem interrogauit. *Vbi est Abel frater tuus?* at Cain nolens fratricidium confiteri, sed potius temerè respondens; *Numquid custos fratris mei sum ego?* præcipitauit ad tartara. Item Iob cap. trigesimo primo; postquam patientissimus vir narrauit non commissa peccata subiungit. *Si abscondi, quasi homo, peccatum meum, & celaui in sinu meo iniquitatem*; & ut ostenderet se loqui de confessione, non Deo immediatè facta, sed Deo medijs hominibus, paulò infra subdit. *Quis mihi tribuat Auditorem, vt desiderium meum audiat Omnipotens?* Hæc habentur in lege Naturæ.

Deus adhuc in lege Natura exoptauit vocalem confessionem.

Nunc veniamus ad legem scriptam. Leuitici cap. quinto dicitur. *Propter peccata Patrum suorum, & sua affliguntur, donec confiteantur peccata sua*. Item numeri cap. vndecimo legitur. *Vir, siue mulier, cum fecerint peccatum, confiteantur peccatum suum*. Item Psalmo trigesimo primo canitur. *Dixi confitebor, & tu remisisti impietatem peccati mei*. Item Psalmo nonagesimo quarto habetur. *Præoccupemus faciem eius in confessione*. Item Leuitici cap. sextodecimo, dicitur. *Confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & vniuersa delicta, atq; peccata eorum*. Item Neemiæ primo. *Confiteor pro peccatis filiorum Israel*. Item Tobiæ cap. tertio decimo legitur. *Confitemini Domino filij Israel*. Et paulò infra. *Cum timore, & tremore confitemini illi*. Item Psalm. nono canitur. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo*. Item Psalmo decimo septimo dicitur. *Ex voluntate mea confitebor tibi*. Item Psalmo septuagesimo octauo. *Confitebimur tibi in seculum*. Item Psalm. cētesimo quinto. *Confitemini Domino, & inuocate nomen eius*. Item Psalm. centesimo quinto. *Confitemini Domino, quoniam in seculum misericordia eius*. Et in alijs Psalmis centies figuratur confessio vocalis. Item Ecclesiastici cap. quarto. *Non confundaris confiteri peccata tua*. Item ibidem cap decimo septimo. *Confiteberis viuens, viuus, & sanus confiteberis*. Et paulò supra (audite Hæretici) ait Ecclesiasticus. *Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere*. Item Isaiæ cap. quadragesimo tertio. *Ego sum, qui deleo iniquitates tuas; narra si quid habes* (audite Hæretici) *vt iustificeris*. Item Iosue cap. septimo, *Fili mi, da gloriam Deo, & confitere, atque indica mihi, quid feceris?* Item Regum primo capite quintodecimo Saul Samueli his verbis confessus est. *Peccaui, sed nunc honora me coram hominibus, &c.* Item Re-

Et etiam in lege scripta.

Digitized by Google

gum secundo capite duodecimo Dauid confessus est suam culpam Natan Prophetæ, dicens. *Peccaui Domino*. Et Natan non solum ipsum statim absoluit, dicens. *Dominus quoque transtulit peccatum tuum*: sed etiam iniunxit Regi pœnitentiam dicens. *Filius tuus morietur*, ecce quot figuræ sacramentalis confessionis habentur in lege Naturæ, & Mosaicæ, & Hæretici postea sacramentum pœnitentiæ ablegabunt?

Et in lege Euangelica.

Christus Dominus etiam multas nobis tradidit huius Venerabilis Sacramenti figuras; nam Joannis capite nono noluit cæcum illuminare; & ibidem capite quinto, nec languidum curare; & Lucæ cap. quintodecimo, nec prodigum acceptare filium, nec etiam ibidem cap. vigesimo tertio, latroni condonare, nisi suas infirmitates, vel peccatas confiterentur. Item postquam apud Matthæum cap. octauo leprosum mundauit, eidem præcepit. *Vade ostende te sacerdoti*. Similiter, quãdo etiam alios decem mundauit leprosos, iussit eis. *Ite ostendite vos Sacerdotibus*. Item quando apud eumdem Matthæum cap. vigesimo primo iussit Apostolis, vt irent ad soluendam Asinam, & pullum. Item quando apud Joannem cap. vndecimo præcepit Apostolis, vt Lazarum resuscitatum soluerent. Cuius quæso istæ frequentes solutiones à Christo præceptæ erant figuræ, præter quam sacramenti pœnitentiæ, quo homines per absolutionem à peccatis soluuntur? ergo si etiam Christus figurauit sacramentum confessionis, hæc confessio non fuit hominum inuentio, vt Caluinus asserit, sed Christi institutio.

Lib. 4. cap. 4. sect. 7.

Utique à Christo Domino fuit pœnitentiæ Sacramentum institutum, & non ab hominibus, vt supra dictum est, cum authoritate textus Joãnis cap. vigesimo. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis, &c.* Quod si aliter, & contra literam exponitur ab Hæreticis hæc scriptura, dicant quæso, si textus dicit. *Quorum remiseritis, &c.* quomodo possunt remitti, vel retineri peccata, nisi vocaliter manifestentur, siue confiteanrur? ergo necessaria est oris confessio. Si sacerdos est Iudex, quomodo poterit Reum absoluere, vel damnare, nisi eiusdem culpas, & reatus audiat? Absolutio, vel damnatio non casualiter, non ignoranter; sed fundatè, maturè, & scienter, cum sit quoddam iudicium, debet fieri; sed quomodo sic fiet, si noxas non confiteamur, & vocaliter Sacerdoti non aperiamus? Præterea, etiam Sacerdotes Mosaicæ legis habebant authoritatem distinguendi inter lepram, & lepram; at frustratoria hæc authoritas foret, si populus non fuit coactus ad hanc lepram manifestandam. Quando tribuitur facultas iudicandi lepras, implicitè includitur præceptum patefaciendi eiusmodi lepram; ergo si Christus sacerdotibus dicit, *Remittite, vel retinete peccata*, implicitè præcipit, & obligat hominem ad sua vocaliter manifestanda peccata.

Confutantur Hæretici.

Adhuc conuincuntur Hæretici paritate.

Vlterius confundo aduersarios argumento desumpto à paritate hoc pacto. Quando Christus præcepit Apostolis, ut Populos baptizarent; nonnè implicitè, etiam præcipiebat Populis, ut accederent ad Baptismum? vtique, alias vanum fuisset præceptum traditum de baptizãdo. similiter, quando Christus eisdem Apostolis dedit authoritatem prædi-

Digitized by Google

prædicandi, nonnè implicite mandanit, etiam hominibus, vt tales prædicationes audirent? vtique, alias superuacaneè data fuisset hæc authoritas prædicationis; ergo à pari, quando Saluator noster mandauit Apostolis, & sacerdotibus, vt remitterent, vel retinerent peccata; præcepit concomitanter peccatoribus, vt vocaliter sacerdotibus peccata detegerent, aliàs vana hæc fuisset authoritas. *Quorum remiseritis, &c.* Hoc confirmatur à Iacobo Apostolo cap. quinto sic dicente. *Confitemini alter alterutrum peccata vestra*; ergo (concludo) à Christo est instituta, & de iure Diuino est sacramentalis confessio.

Caluinus asserit Sacramentum Pœnitentiæ antiquum esse in Ecclesia.

Caluinus licet conuictus, negat semper sacramentum pœnitentiæ, & tantummodò confitetur antiquitus hoc sacramento vsam fuisse Ecclesiam his verbis præcisis, *vetustissimum eius vsum esse fateor*. At ego supponendo hoc Caluinisticum assertum sic argumentor. Vetustissimus fuit vsus confessionis; ergo ab aliquo instituta fuit confessio. Hæc consequentia ex antecedenti necessario sequitur. subsumo. At præter Christum, nullum alium poterit inuenire Caluinus fuisse huius sacramenti institutorem; ego sic Caluinus cogitur asserere; sed Caluinus, licet asserat vetustissimum esse confessionis vsum, tamen in scriptis de sacramento pœnitentiæ non fit unquam mentio ab aliquo Doctore, siue Authore ante Concilium Lateranense sub Innocentio Tertio, vbi (inquit ipse) primo speciali canone fuit sancitum, vt fideles vocaliter confiterentur.

Insana Caluini responsio.

Falsitas Caluinisticæ responsionis ostenditur

Sed ementitur iuxta suum consuetum Caluinus, quod sic demonstro. Canon vigesimus primus Præfati Concilij incipiens. *Omnes vtriusque sexus, &c.* clare ostendit, quod iam prius, velut præceptum inuiolabile erat in praxi vocalis confessio, nam Canon supponens iam exerceri hoc sacramentum à Fidelibus, aliud non determinat, nisi temporis circumstantiam, ideſt, quod saltem de præcepto, semel in anno fideles confiteantur; imo neque temporis circumstantia est à tali canone inuenta, siue sancita, sed tantum innouata, & in vsu reposita, quia huiusmodi ordinatio longe ante fuit præcepta, & sancita à Zephirino, sextodecimo post Christum, Pontifice, ac Martyre, quod testatur Platina in eiusdem vita.

Concilium Lateranense tantum renouauit præceptum de confitendo semel in anno.

Nec valet respondere Zephirinum præcepisse, vt saltem semel in anno Fideles Eucharistiam sumerent, at non ordinasse, vt confiterentur, Sed hac responsione data, primo retorqueo contra Caluinum argumentum. Caluinus citat pro se authoritatem Zephirini sanctientis, vt fideles saltem semel in anno Eucharistiam sumerent; ergo sub Eucharistia adest Corpus Christi, quia hoc credebat Zephirinus; at existentia Corporis Christi sub Eucharistia negatur à Caluino, vt suo loco videbimus; ergo vel debet autoritatem Zephirini in hoc casu ab ipso adductam ipse negare; vel concedere existentiam Dominici Corporis sub speciebus. Et sic quomodocumque dicat semper illaqueatus remanebit. Sed immediate, & alia via Caluini responsionem refello. Nã quis Fidelis nescit Christianum non posse ad Eucharistiam accedere, nisi

Aliud Hæreticorum subterfugium.

Confutatur.

Denuo refellitur.

nisi prius sacramentali confessione à maculis se emundet? excipio, nisi talis Caluinus, Caluinista, vel alius Hæreticus sit, qui peccata nõ agnoscunt, & adinstar Cycni, sed melius Corui, candidi iudicant in anima se ipsos esse, & vt tales apud plebem rudem semetipsos ostentãt.

lib. 6. cap. 24. Præterea Eusebius Cęsarienſis (a) scribit, Eusebium trigesimum secũdum post Christum Pontificem, qui vixit vsque ad annum trecentesimum, interdixisse Philippo Imperatori accessum ad Eucharistiam, quia vocalem, sacramentalemque confessionem non præmandauerat; quod si ita res se habet, cur sic libere ementitur Caluinus scribens. *Ante Innocentium Tertium de Confessione nullam constitutionem habuerũt.* Vlterius sic eum confundo denuo. Leo primus præcessit Jnnocentium spatio annorum quingentorum, nàm Jnnocentius Tertius sedit anno Domini 1198. & Leo primus anno post Christum natum 442. & Leo Pontifex scribens ad Theodorum Foroliuiensem sic inquit. *Christus hanc præpositis Ecclesia tradidit potestatem, vt confitentibus actionem pœnitentiæ darent.* Sic etiã Eutichianus Pontifex, qui præcessit Nicenum Concilium ordinauit (vt refert Gratianus) vt, *qui timens pœnitentiã longam ad confessionem venire noluerit, ab Ecclesia repellatur.* Similiter Fabianus præcessit Jnnocentium spatio annorum 959. qui fuit vigesimus primus post Christum Dominum Pontifex, & sedit post Verbi Incarnationem anno 239. & tamen hic Fabianus Epistola secunda ad Episcopos Orientales sanciuit multas, & expressas ordinationes in materia confessionis, & Caluinus asserit tempore Jnnocentij Tertij confessionem in scriptis præceptam, & institutam fuisse?

Leo primus præcessit Innocentiũ Tertiũ spatio annorum 756.

Dist. 22. q. 1. cap. prædicandum.

Argumentum Caluini desumptũ ex extorta Sozomeni historia.

Hoc modo victus Caluinus, semper in erroribus pertinax sic discurrit. Si sacramentalis confessio esset de iure Diuino, non posset Episcopus (quisquis ille foret) prohibere, ac sancire, ne fideles confiterentur, vsque modo non errat Caluinus, & nos vtique concedimus hanc maiorem propositionem; at audiamus Caluinisticam minorem. At Nettarius Episcopus Constantinopolitanus in sua Ecclesia interdixit confessionem; ergo sacramentalis confessio non est de iure diuino. Probatur minor, quia præfatus Antistes ordinauit, vt Fideles accederent ad cõmunionem, absque eo, quod confiterentur; ergo non est de iure Diuino. Antecedens est Sozomeni in sua historia, hucusque Caluinus discurrit.

Nettarius Episcopus Costantinopolitanus.

Soluitur Caluini argumentum, & declaratur Sozomeni historia.

Ego tamen in magnificatione, quam facit Caluinus huius argumẽti agnosco, quam æque sit Caluinus ignarus, & mendax; vt semper fuit. Primo igitur Respondeo, dato quod adductus casus sic purus esset, vt ab ipso adducitur, quid inde contra institutionem confessionis? secundo retorqueo argumentum. Caluinus de facto refellit confessionẽ, negat eam de iure diuino esse, ergo per hoc non datur confessio, neque de iure diuino est? brutale est hoc consequens, aliquis negat veritatem; ergo corruit ipsa veritas? falsissima est hæc illatio. Pariforme huic est Caluinisticum argumẽtum. Supponamus Nettarium prohibuisse confessionem; quid inde ex tali interdicto? fuisset Hæreticus, sicut

Retorquetur etiam.

est

est Caluinus, Lutherus, & Nouatus. At non ex prohibitione Nettarij, sequeretur confessionem à Christo non fuisse institutam. Tertio respondeo, quòd Caluinus citat semper Scriptores sibi pares, ideſt falsos, & mendaces. Audiamus igitur Gregorium Magnum, Maximum sanctumque Pontificem, quid de Sozomeno sentiat.

Caluinus citat Authores sibi pares, nempè falsos.

Gregorius ergo citatus (A) scribens ad Eugenium, & Anastasiũ Episcopos sic ait. *Historiam Sozomeni, quia multa mentitur* (audi Caluine) *Sedes Apostolica susciperè recusat.* At ego petita venia à tam Maximo Pontifice, vt magis aduersarios confundam, accepto in hac parte solummodo Sozomeni historiam; sed videamus, quid ipse verè scribat.

(A) *Epist. 35. lib. 6. Quid sentiat Gregorius de historia Sozomeni, & de eodemmet Cronista.*

Sozomenus igitur in historia tripartita (B) narrans allegatum casum sic circa nostram præsentem materiã scribit. Nettarium concessisse (audiant Hęretici semper mendaces in assertis) *vt quisque pro sua conscientia ad sacra mysteria accederet.* Sic Sozomenus de Nettario. Dicat nunc Caluinus cum suis asseclis, his verbis interdicitur ne sacramentalis confessio? quis non videt, quod non? sed hic obiter confunda Caluinum semper immemorem. At Nettarius per multa secula Jnnocentium Tertium prœcessit; ergo ante Innocentium Tertium fit mentio in scriptis de sacramentali confessione, quod paulò ante negabat Caluinus.

(B) *lib. 9. cap. 35. Explanatur, & examinatur historia, sine verba Sozomeni citati. Redarguitur Caluinus.*

Sed veniamus ad germanam, & fidelem narrationem adductę historię. Ante Nouatum Hæresiarcham, quisque fidelium pro suo libito (sicut etiam nunc moris est) eligebat sibi confessariũ ex approbatis pro confessionibus audiendis, cui confitebatur; sicut legitur de illo Sene apud Eusebium, qui volens confiteri iussit suo cubiculario, vt aliquem ex Presbyteris aduocatet. Nihilhominus cum propugnaretur hęresis Nouati asserentis, hominem semel in peccato lapsum non posse amplius resurgere, nec eidem lapso concedi pœnitentiam sibi proficuam, qua mediante subleuari posset à peccato commisso; vt melius agnoscerentur, & distinguerentur illi, qui pœnitentię frequentassent sactamentũ, sancitum fuit, vt omnes pœnitentes vnum Pœnitentiarium ab Episcopo designatum adirent; quæ consuetudo, vsque ad præfati Nettarij tempus se extendit; sub quo Nettario, cum ob paruitatem Confessariorũ ortum fuisset quoddam scandalum inter Fideles, dictus Nettarius prudenter sanciuit, vt in posterum, quisque pro sua conscientia ad sacra mysteria accederet, ideſt pro libito quisque confessarium peteret, cui sua patefaceret peccata, absolutionem obtineret, & ad Eucharistiam accederet.

Hæresis Nouati *lib. 6. cap. 33.*

Hęc est germana historia; sed quid pro Caluino? confusio, & falsitas tantum. Et sic ad iustificationem requiritur contritio semper in re, confessio saltem in voto, quando vera habetur contritio, & satisfactio in voto. At quando homo est attritus, vt iustificetur requiritur actualis confessio (si tamen impedimentum naturale non intercedit, nàm

Notabilis doctrina.

in

in isto casu sufficit signum, & voluntas confitendi (vt sunt illi qui lingua, doloribus, vel sensibus laborant, opprimuntur, destituuntur) & satisfactio in voto, & sic semper est necessaria confessio pro iustificatione impij, tamquam Sacramentum ad hûc effectum à Christo institutum.

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM

In quo probatur satisfactionem necessariam esse ad iustificationem; & quod ad remissionem culpæ, non tota remittitur pœna, sed tantummodo pœna æterna relaxatur, & remanet temporalis, quæ debet satisfieri.

Tres in hominibus reperiuntur operationes, quænam illæ sint.

Pœna æterna per iustificationem commutatur in temporalem.

Debet satisfieri post iustificationem acceptam.

Gratiam non meremur, quia alias non esset Gratia, sed potius præmium.

Sine operibus pœnitentiæ de potentia ordinaria, Deus nunquam impium iustificat.

Opera pœnitentiæ disponunt impium ad iustificationem,

SCiendum est igitur tres species operationum in hominibus reperiri, scilicet dispositiuas, quæ animam disponunt ad Gratiam suscipiendam, non susceptam (loquor de Gratia iustificante) ad quam disponimur cooperando cum Gratia adiuuante per nostrum arbitrium. Aliæ sunt operationes post iustificationem factæ, & istæ sunt satisfactoriæ pro pœna temporali, in quã commutatur pœna æterna, quæ pœna temporalis remanet à nobis satisfacienda pro culpa per iustificationem remissa, nàm per sacramentum pœnitentiæ remittitur culpa, sed non pœna, quæ debet satisfieri operibus nostris pœnalibus. Aliæ sunt operationes, quæ nobis gloriam merentur; & sic nos non meremur Gratiã, quia alias hæc non esset Gratia, sed præmium; sed tantum disponimur ad Gratiam per opera nostra; at postquam iustificati sumus à Gratia, vigore eiusdem Gratiæ, & vt opera nostra sunt, & vt ab ipsa progredientia, meremur bona spiritualia, & æterna; Vnde sine operibus pœnitentiæ de potentia ordinaria Deus numquam hominem iustificabit; sed applicatis eiusmodi operibus homo taliter se disponit, quod Deus ipsum iustificat, licet præparatio, & dispositio operum non mereatur talem iustificationem, quæ omninò gratiosa est in radice. Exemplis me declaro, Infusionem animæ in corpus humanem potest ne aliquis mereri? nequaquam, nàm opus tam maximum non potest mereri à Creatura, & nihilominus Deus infundit animam in corpus, at non infundit in corpus informe, siue in embrionem, sed bene in corpus perfectè organizatum, adeoquod illa organizatio est quædam dispositio ad suscipiendam animam, quam infallibiliter recipit à Deo, sed non meretur, siue non est causa meritoria, cur anima infundatur. Gratiosa, ergo

Digitized by Google

ergo est illa infusio, quamuis infallibilis, sed præsupponit tamquam debitam dispositionem ipsam organizationem. Similiter si Princeps diceret Petro, si Ciſtellam præparabis eam aureis implebo, quis non videt in isto casu, quod exhibitio Ciſtellæ non est causa meritoria aureorum, sed mera dispositio, & præparatio iuxta Principis voluntatē, sic præcipientem ad aureos recipiendos?

His prænotatis, in vanum laborat Caluinus ad inueniendas scripturas, quæ contextentur remissionem peccatorum gratiosam simpliciter esse; nam nemo ex Catholicis hoc vnquam negauit; at quando addit Caluinus; si gratiosè concederur remisio; ergo superfluunt opera. Respondeo, vt supra, opera non inseruire, vt mereamur gratiam, sed vt disponamur ad Gratiam; & sic quando dicit Isaias capite quinquagesimo secundo. *Gratis venundati estis, & sine argento redimemini*; verum est meritorie, sed non dispositiuè. Item quando idem capite quadragesimo tertio ait. *Ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor*. Verissimum est meritoriè, non vero dispositiuè. Item ad Colossenses secundo capite. *Donans vobis omnia delicta*; verisimum absque vllis præcedentibus meritis, non vero dispositiuè. Item ad Titum cap. tertio. *Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit*; veriſſimum sine vllis rationalis creaturæ meritis; non verò dispositiuè; Sed quid contra Catholicos probant eiusmodi scripturæ? Nunquam isti affirmarunt iustificationem se mereri, sed omnimodè gratiosam esse; et allatæ Scripturæ non refellunt, ex parte nostra dispositiones requiri ad talem Gratiam iustificantem recipiendam, vt nos asserimus, & negat Caluinus. At de hoc satis.

inanè laborat Caluinus ad inducendas scripturas contra adductam Doctrinam.

Respondetur ad omnes scripturas à Caluino adductas.

Videamus nunc, si Deus vnquam aliquod opus produxerit, in quo solum misericordia, absque vlla iustitiæ vmbra emicet, siue resplēdeat? Respondeo negatiuè, & addo, quod si per hypothesim impossibilem opus vndequaque, & totaliter misericordia plenum, absque vlla iustitiæ concomitantia inueniretur, hoc tale opus Dei dici non posset; ratio est, quia, *Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas* canitur in Psalmo vigesimo quarto. Et alibi dicitur. *Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi. Iustitia, & pax osculatæ sunt. Veritas de terra orta est, & iustitia de Cælo prospexit.* Super quæ verba Augustinus subdit. *Non auferat veritas misericordiam, nec misericordia impediat veritatem, si enim pro misericordia vendicabis contra veritatem; aut quasi rigida veritate oblitus fueris misericordiam, non ambulabis in via Domini, in qua misericordia, & veritas obuiauerunt sibi.* Ex his apparet, quod in Diuinis operationibus, semper cum misericordia aliquid Iustitiæ coniungitur; & sic, quando nos iustificamur, siue per confessionē, siue per contritionem, vel alio modo de peccato mortali, non propter nostra merita, vel vi operum nostrorum, sed per suam simplicem misericordiam Deus nobis peccata remittit.

Nō datur opus in Deo pura misericordia, sine concomitantia iustitia.

Quod si sic (instat Caluinus) ergo nullo modo hic miscetur iustitia;

Caluini instātia.

Digitized by Google

ergo superflua sunt opera. Respondeo (& iam lassus sum semper eadem replicare) quod opera disponunt, non merentur iustificationem; sed in iustificatione impii, adhuc iustitia suum habet locum, quod vt clarè intelligatur, hic reuocanda sunt ea, quæ in præcedentibus capitibus diximus, nimirum quod homo in peccato mortali existens duplicem habet reatum, duplicique oneratur malo, nempe reatu culpæ, propter quem reatum fit Deo odiosus, & Diuina facie in æternum priuatur; ac etiam reatu pænæ æternæ, quam incurrisset, si in peccato mortali decessisset. Nunc applicando ad nostrum propositum dico, quod quando impius iustificatur sine suis meritis, & operationibus, sed solum misericorditer, remittitur illi tantum vnus reatus, nempe culpæ, ideſt remittitur ei culpa, & in Dei gratiam restituitur. Sic etiam misericorditer secundum partem ei laxatur pœna, nam illa pœna, quæ propter commissum peccatum debebat esse æterna, à Diuina misericordia commutatur in temporalem, ad hoc vt iustitiâ in iustificatione Impij suam habeat partem; & sic pœna temporalis relinquitur in homine iustificato satisfacienda, siue in hac vita, siue in alia Diuinæ iustitiæ; & hoc modo Impius post suam iustificationem remanet cum onere luendi pœnas temporales pro satisfactione culpæ commissæ, saltem in parte. Quod si non satisfacit in hac vita iuxta debitam proportionem, satisfaciet in alia, nempe in Purgatorio, vt fusè dicemus suo loco; & hoc sancitum est à Deo, vt in omnibus eius actibus cum misericordia semper misceatur iustitia; ex quibus optimè apparet, quod misericordia, & veritas obuiant sibi, & iustitia, & pax se osculantur; quod si pœnitentia, siue satisfactio imposita pœnitenti à Confessario, non erit à pœnitente satisfacta; vel non erit proportionata ad purgationem culparum commissarum, reliquam talis satisfactionis partem complebit in alia vita, nimirum in Purgatorio; & hæc pro Impii iustificatione est Fides Catholica.

Iustificato remittitur culpa, sed non tota remittitur pœna, sed commutatur ex æterna in temporalem.

At Caluinus, qui semper cedit in extrema, sustinet in impii iustificatione totam remitti pœnam, & nullam post susceptam Gratiam sanctificantem pœnam relinqui, sed totum opus iustificationis totaliter misericordiæ esse, adeo quod nullam in ipsa iustificatione partem habeat Diuina Iustitia, & eadem, quę alibi dixit replicando, vociferatur, nostrum assertum esse contra Scripturam, quæ testatur opus misericordiæ esse nostram iustificationem cum esclusione omnis iustitiæ. Sic legitur apud Ezechielem cap. decimo octauo. *Si impius egerit pœnitentiam, omnium iniquitatum suarum non recordabor.* At hic Caluinus mutilat textum Ezechielis, adducendo id, quod pro misericordia facit, & omittendo id, quod facit pro iustitia, nam immediatè ante alla. ta verba inquit Deus per os Ezechielis, *& fecerit iudicium, & iustitiam*, ecce Iustitia, ecce satisfactio, subiungit. *Omnium iniquitatum eius nõ recordabor.* Præterea tam cæcus præ liuore contra Catholicam Doctrinam Caluinus est, vt non videat, quod hic textus adhuc, prout est ab ipso mutilatus contra seipsum facit, nam sic dicit. *Si impius egerit pœniten-*

Caluinus negat retentionẽ pœnæ temporalis post iustificationem.

Caluinus mutilat, & expungit textum Ezechielis Prophetæ.

Per eũdem textum expunctũ conuincitur.

Digitized by Google

nitentiam, &c. quid aliud denotat ly (*Pœnitentiam*) nisi, quod impius se disponat, tam ad iustificationem suscipiendam, quàm ad satisfactionem perficiendam post susceptam Gratiam iustificantem? quod si sic, quis non videt partem, quam habet iustitia in impii iustificatione? Vlterius, Deus iniquitatum non recordatur, in quantum culpæ sũt, sed non quantum ad pœnam, nam de hac semper recordatur Diuina Iustitia. Et hoc modo respondendum est ad omnes authoritates adducibiles, scilicet, quod Deus remittit culpam, & pœnam æternam per iustificationem, sed non pœnam temporalem.

vniuersalis responsio ad omnia Hæreticorum obiecta.

Sed denuò Caluinus solita cantione Catholicos fastidit, vociferans, improportionata esse opera humana ad satisfaciendum Diuinæ Iustitiæ, & nimis Christi Sanguini inferri præiudicium, qui abundanter pro omnibus satisfecit hominibus. At nos etiam denuò replicamus opera nostra esse proportionata, quia Deus per suam misericordiam talia opera in satisfactionem acceptat, & præcipit eadem suæ Diuinæ Iustitiæ in holocaustum peccatorum offerri. Similiter Christi Sanguini non inferri præiudicium, quia abundanter sufficienter pro omnibus satisfecit, non efficaciter; quia ex arbore vitali licet pendeant fructus, tamen nisi sumantur, vel legantur à ramis non prosunt. Medicina licet præparata, si non deglutiatur, non prodest. Corregnabimus, sed si sustinebimus. Christus pro nobis mortuus est, vtique, sed nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius. Possumus ire post Christum, sed oportet tollere Crucem. Omnes Prophetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius, sufficienter, & applicando, non efficaciter, & sine applicatione. Christus factus est pro nobis peccatum, sufficienter, non efficaciter. Omnis Gratia data est nobis per Iesum Christum, sed media applicatione. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, sufficiens, & applicatus, non vero efficax, & sine applicatione. Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, vtique sufficienter, & applicatus per Sacramenta, non efficaciter, & sine applicatione. Eius liuore sanati sumus sufficienter non efficaciter; cum applicatione, non sine applicatione illorum mediorũ, ab eodem Christo præparatorum, & institutorum. Erit ne amplius ad tam longam cantilenam Scripturarum surdus Caluinus?

Noua Caluini instãtia.

Soluitur.

Scripturæ probantes Sanguinem Christi applicatum efficaciter prodesse.

Tota igitur satisfactio est in Christi Sanguine, sed operibus nostris pœnalibus applicato. Etiam à suis amicis, ac Iustis in testimonium amoris erga seipsum, Deus opera exposcit pœnalia, *nam probatio dilectionis exhibitio est operis*: A Iustis postea, qui priusquam iustificarentur peccauerunt, in satisfactionem suæ offensæ iustitiæ opera pœnalia requirit, & exigit, non ad mortem æternam, sed ad Purgationem cõmissorum delictorum; Vnde Psalmo centesimo decimo septimo canitur. *Castigans castigat seruos suos Dominus, sed morti non tradidit eos.* Item ad Hæbreos cap. duodecimo dicitur. *Quem diligit Dominus castigat.* Item Apocalypsis cap. tertio legitur. *Quos amo, corrigo, & castigo.* Item Psalmo sexto. *Castiga me Domine, sed in iudicio, non in ira*

Tota satisfactio est per Christi Sanguinem, sed per operibus nostris pœnalibus applicatum

in ira tua. Item prima Corinthiorum cap. vndecimo. *Cum iudicamur à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur*. Item Matthæi cap. quarto per os Ioannis Baptistæ dicitur. *Facite fructus dignos pœnitentiæ*. Item apud Ecclesiastem cap. vigesimo. *Fili peccasti, ne adijcias iterum* (sed audi Caluine) *at de præteritis deprecare, vt dimittantur tibi*. Non de præteritis culpis, quia iam sunt remissæ sine operibus per Caluinum; ergo pro remissione pœnæ temporalis Ecclesiastes hortatur hominem, vt deprecetur. Præterea Lucæ cap. vndecimo Christus dixit Pharisæo; *Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis*; ergo eleemosyna, quæ pœna est, mundat à pœna temporali, nam ante eleemosynam non omnia munda erant, sed aliqua, nempe à culpa, & per eleemosynam postea omnia mundantur; eo magis in Caluini sententia sustinentis non per opera, vt sunt eleemosynæ, mundari impium, sed per solam Dei misericordiam, & Christi Sanguinem. Vnde cum Christus dicat, quod per eleemosynam omnia munda fiant, certè de pœna temporali intelligit Christus, quæ post culpam mortalē remissam retinetur à Diuina Iustitia. Item Danielis cap. quarto legitur. *Eleemosynis redime peccata tua*, non quo ad culpam, quia à Dei gratia remittuntur; ergo quo ad pœnam. Item Numeri cap. quarto decimo. Moyses rogauit Dominum, vt peccata populi remitteret dicens. *Dimitte obsecro peccatum populi huius*. Cui respondit Deus. *Dimisi*. Sed aduerte, quod subiunxit. *Attamen omnes homines, qui tentauerunt me, non videbunt terram, pro qua iuraui patribus eorum*. Ecce quomodo Deus licet culpam remittat, semper tamen aliquam sibi pœnam reseruat. Sic etiam legitur de Maria Moysis sorore, de Manasse, de Achab, & sexcentis aliis in Sacra Scriptura. Idem legitur libro secundo Regum cap. vigesimo quarto de Dauid, cui postquam Dominus condonauit peccatum vanagloriæ, ob sui populi numerationem, per os Gad Prophetæ imposuit illi pœnitentiam, vt ædificaret altare Domino. Præterea omnes Sancti Patres, & Ecclesiæ Doctores idem asserunt, quod adhuc confitetur Caluinus his verbis. *Parum me mouent, quæ in veterum scriptis de satisfactione passim occurrunt*. Sed audi lector ingenue, quid subiungit impius. *Video quidem eorum nonnullos, dicam simpliciter, omnes ferè in hoc relapsos esse*. Ergo ad mentem Caluini omnes Sancti Patres sunt relapsi? ergo omnes Prophetæ? ergo Deus ipse relapsus, qui hanc doctrinam in Scriptura reuelauit? Sed remaneat Caluinus in sua insania, & falsitate, quia nos relapsi in regno veritatis cum Deo, vt piè speramus, remanebimus.

Lib. 3. instit. cap. 4. sect. 34.

CA.

Digitized by Google

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM

In quo demonstratur, quod homo vltra satisfactionem, quam potest præstare personaliter pro pœna retenta, habet alium modum satisfaciendi, & qualis sit iste modus?

Deus acceptat in satisfactionem vnius opera pœnalia ab alijs exercita.

DEus semper liberalis, ac misericors semper, & æque iustissimus, non solum consentit in satisfactionem culparum à nobis commissarum nostras personales acceptare pœnas, siue opera pœnalia, quæ nos ipsi facimus, sed etiam consentit acceptare pro nostra satisfactione opera pœnalia, quæ nos non facimus, sed alii pro nobis luunt. O infinitam Dei Bonitatem! Itaque opera vnius in hac vita possunt aliis prodesse, & pro eisdem satisfacere Diuinæ Iustitiæ, quod innuit Symbolũ Apostolicum illis verbis. *Credo Sanctorum Communionem.* Hanc veritatem firmatam inuenimus in Sacra Scriptura, & precisè apud Lucã cap. decimo octauo, vbi Christus dixit. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis*; at verò ad remissionem, siue relaxationem culpæ nil prosunt opera aliena, quia culpa non remittitur, nisi per nostram contritionem, vel confessionem à Gratia iustificante; neque opera cuiuscumque possunt iustificationem mereri, sed bene inseruire possunt ad satisfaciendum pro nobis pro pœna retenta. Sic in libro Numeri cap. sexto decimo legitur, quod statim, ac Aaron combussit incensum, & pro populi afflictione Dominum deprecatus est, cessauit plaga à populo, nam antea Dominus iam remiserat eidem populo culpam. Sic etiã Leuitici cap. quarto dicitur. *Rogante pro eis Sacerdote, & sacrificante propitius eis erat Dominus.* Item ad Hæbreos cap. quinto Paulus testatur, *Pontificem hostiam offerre pro peccatis totius populi.* Quando igitur per Pœnitentiæ sacramentum iustificati sumus, summæ erit vtilitatis homines pios rogare, vt pro nobis preces fundant apud Diuinam misericordiam, pro nobis ieiunent, peregrinationes pro nobis suscipiãt, disciplinis se flagellent, ciliciis se macerent, & consimilia opera pœnalia pro nobis exerceant, nam sic pœnam retentam pro nostris culpis satisfaciunt, vel illam alleuiando, vel abbreuiando, vel ex integro satisfaciendo. *Credo Sanctorum communionem.*

Possumus satisfacere aperibus aliorum nobis applicatis.

Opera aliena non remittunt culpam, sed bene satisfaciunt pro aliena pœna.

Modus satisfaciendi per Indulgentias, & quid sint istæ indulgentiæ.

Vltra adductum, datur etiam alius satisfaciendi modus pro pœna retenta, non noster personalis, non amicorum pro nobis applicatus, sed operibus superabundantibus Sanctorum in Thesauro Ecclesiæ conserua-

seruatis, quæ opera Indulgentiæ nuncupantur, quod vt clarius intelligatur.

Lutherus, & Caluinus mordicus negant Indulgentias.

Sciendum est, quod homo in præsenti vita, postquam iustificatus est, potest plura opera satisfactoria exercere, quam sint pro sua particulari satisfactione requisita ad pœnam retentam à Diuina Iustitia soluendũ. Hic acriter contorquetur Caluinus, ac Lutherus, sed sustineant tantisper, quia nunc nunc ipsos audiemus. Reminiscendum est ergo ea, quæ diximus supra de operum distinctione, nimirum, quod quædam sunt dispositiua ad Gratiam; quædam meritoria; & quædam satisfactoria. Prima opera tantummodo ad suscipiendam Gratiam sanctificantem animam disponunt, sed talem gratiam non merentur, quoniam alias non esset Gratia, sed præmium debitum operibus, quod non solum est Hæreticum asserere, sed adhuc est contra suppositum, nam ideo nuncupatur Gratia, quia opus gratiosum est. Secunda vero, & tertia opera, quia supponunt nos iustificatos esse merentur gloriã, & pro pœna retenta satisfaciunt. Exemplo me declaro. Passio Christi Domini fuit meritoria, & satisfactoria; fuit meritoria non solum sibi, *Propter quã Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomẽ.* sed etiam fuit meritoria pro humana natura, pro qua meruit gratiam iustificantem, & peccatorum remissionem. Fuit etiam satisfactoria, non pro se, siue pro propriis, & personalibus peccatis, quia Christus ex natura Verbo vnita fuit impeccabilis, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, sed bene fuit satisfactoria pro peccatis nostris, quia peccata nostra in ligno Crucis ipse portauit, & nostros dolores, attamẽ satisfecit sufficiẽter, nõ efficaciter, quia si efficaciter satisfeciſſet, vtiq; superflua essent opera ex parte hominis. Sic pariter de humanis operibus discurrendum, non omnia opera, quæ nos iustificati facimus, sunt meritoria, & satisfactoria, sed respectiuè ad Christum, cum aliqua differentia, quia vbi Saluator noster meruit sibi, & aliis per suam passionem, nos nostris operibus pro nobis metipsis tantum possumus mereri, non pro aliis; & vbi Christus potuit satisfacere pro aliis, & non pro se, quia peccatum non habebat, nos è conuerso possumus satisfacere principaliter pro nobis, & minus principaliter pro aliis, idest talia opera nostra per nostrã intentionem proximis nostris applicando ampla, & cordiali cessione donando, largiendo. Nunc veniendo ad propositum nostrum dico, quod quantumuis nos operemur numquam possemus gloriam aliis mereri, nam numquam possemus tot opera supererogationis bona exercere, quot essent necessaria, & proportionata ad infinitam gloriã merendam, nam cum Beatitudo infinitum præmium sit, & opera humana quantumuis superabundantia semper finita sint, & finiti ad infinitum nulla sit proportio, sequitur, quod numquam operibus nostris possemus aliis gloriam mereri. Accedit ad hoc, quia opera nostra reduplicatiue, vt nostra sunt, & sine gratia iustificante nullum habent valorem, sed ipsum agnoscunt à gratia, & à Divina Bonitate, quæ talia opera veluti bona, & meritoria acceptat; & sic quando in gratia sumus, quãto ma-

Christus pro nobis satisfecit sufficienter, non efficaciter.

Si Christus satisfeciſſet efficaciter superflua essent opera ex parte hominis.

Homo suis operibus pro se solo non pro alijs mereri potest.

Non possumus alijs gloriam mereri nostris operibus supererogationis, quia finiti ad infinitum non datur proportio

Digitized by Google

to magis bene operando meremur, tanto plures gradus gloriæ in Patria nobis metipsis præparamus; nec vnquam tantum operabimur, quod nobis non remaneat vlterius merendum, & altiores gradus gloriæ acquirendum.

Satisfactio pœnalis habet terminum.

At si loquamur de satisfactione, siue de pœna temporali à Diuina Iustitia retenta pro nostris commissis peccatis, hæc finita, limitata est, & terminum habet; neque sicut merendo sublimiores gradus glorię nunquam ad terminum peruenitur, ita pariformiter dicendum erit de satisfactione, nam hęc oppositio modo se habet, quia à Diuina Iustitia nobis prescriptus est terminus satisfaciendi, vltra quem terminum, si aliis operibus pœnalibus vltro progrediamur in satisfaciendo, hæc opera superabundantia sunt ad nostram satisfactionem debitam Diuinę Iustitię pro nostris culpis. Igitur quo ad meritum non potest homo vltra Beatitudinem mereri; at quo ad pœnas retentas possunt ab homine pati afflictiones, dolores, cruciatus multo maiores, quam præscripta satisfactio exigat.

Huic Doctrinæ obijcit Caluinus.

Huic Doctrinæ iuxta consuetum se opponit Caluinus sacræ Scripturę authoritates adducendo, nimirum, quia *omnes offendimus Deum*. Sed quid inde? offendimus, vtique, sed etiam iustificamur, & iustificati meremur gloriam; & possumus ad superabundantiam satisfacere.

Refellitur.

Omnes peccatum habemus; vtique, sed à peccato iustificamur per Dei gratiam, tantummodo dispositionibus ex parte nostra precedentibus, & iustificati meremur, & satisfacimus. Omnes dicimus, *Dimitte nobis debita nostra*. Sed quis hoc negat? Deus enim per suam gratiam, & misericordiam dimittit, sed post remissionem meremur, & satisfacimus. Quid ergo pro se ex his scripturis, & contra nos colligit Caluinus? sed hoc non obstante replicat perfidus Hęresiarcha. Paulus ait, *Quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*. Sed quis ex Catholicis hoc negat, & Caluinus est tam cęcus, quod non videt hanc scripturam nostram confirmare doctrinam, nempe quod opera nostra sunt improportionata, & inæqualia, quantumuis grandia, & eximia ad merendam promissam gloriã; at non loquitur Paulus de passionibus in quantum satisfactorię sunt, sicuti nos asserimus, quę opera, siue passiones excedere possunt terminum nobis à Diuina prescriptum Iustitia. Ecce inpromptu literalis scriptura, quę hanc confirmat Doctrinam, audi Caluinę. Job de seipso loquens capite sexto, sic ait. *Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui*: sequentia verba sunt pœnę retentę, *& calamitas quã patior instatera*. Sed adhuc attende Caluinæ excessum, & superabundantiam istarum detentarum pœnarum, ex eo quod Iob subiungit. *Quasi arena maris hæc grauior appareret*. Quid ad hęc respondebit Caluinus? Pœna à Iob comparatur culpę, & asserit, quasi arenam Maris pœnam excedere culpam ad pondus staterę; ergo sacra Scriptura admittit opera satisfactoria ad superabundantiam; ergo debet confiteri Cal-

Confunditur Caluinus.

Textus literalis Iob pro satisfactione supererogationis

Digitized by Google

ri Caluinus vna cum suo Magistro Luthero, quod multoties Iusti tot opera pœnalia faciunt, quæ licet in ratione meriti non excedant præmium, tamen in ratione satisfactionis longè excedunt. Item Paulus ad Thessolonicenses capite quarto dicit. *Sic ambuletis, vt abundetis magis*; Ecce opera superabundantia ad retentam satisfactionem.

Demonstrantur opera satisfactoria super erogationis.

Sed veniamus ad rationes. Nonnè Petrus, & Paulus Apostoli in vltimo die vitæ suæ iam excesserant pœnas retentas propter eorum culpas à Diuina Iustitia, & iam pro talibus culpis satisfecerant? vtique. Iterum peto, nonnè martyrium amborum fuit maxime meritorium, & satisfactorium? etiam. Vti meritorium vtrique addidit gloriæ gradus in Cælo; at vti satisfactorium satisfecit ne pro eorum culpis? minimè certe, quia iam antea satisfactæ erant; ergo tale martyrium fuit opus super erogationis. Præterea Beatissima, & Immaculata semper Virgo MARIA Mater Dei nonnè fuit innocens, sine peccato originis, & sine omni culpa actuali? vtique, ergo nullum habebat motiuum satisfaciendi pro seipsa; at Beata Virgo in toto suæ vitæ curriculo in omnibus suis actibus semper meruit; tot pœnis se afflixit, & doloribus fuit cruciata, quæ pœnæ suis non debebantur peccatis, nam istis carebat; ergo talia opera eius satisfactoria supererogationis fuerunt. Meritum profuit certè Matri Deo, eam super omnes Choros Angelorum eleuando, at non satisfactio, quia numquam peccatrix. Præterea Christus Dominus satisfecit suo Sanguine, non solum pro futuris, præsentibus, & præteritis hominibus, sed etiam pro infinitis, quia infiniti valoris erat eius prætiosissimus Sanguis (loquor de satisfactione sufficienti) ergo talis satisfactio superabundans fuit, vnde Propheta cecinit. *Copiosa apud eum Redemptio*. Et Paulus ad Romanos cap. quinto subiungit. *Vbi abundauit delictum, superabundauit & Gratia*. Et secūda Corinthiorum cap. primo replicat. *Sicut abundant Passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra*. Et sic proportionaliter discurrendum de cæteris operibus superabundantibus satisfactoriis à tot Sanctis, & Martyribus patratis; ergo concludendum est, quod dantur opera satisfactoria supererogationis.

Immaculata Virgo satisfecit, licet numquam peccatrix.

Similiter, & Christus Dominus eius filius.

Argumentum conuincens pro admittendis indulgentiis.

Hac Catholica conclusione firmata est obseruandum opera satisfactoria non ingredi Cælum, nec in Cœlo habitare, quia Cœlum est Corona operum pœnalium, & non locus pœnarum; nec in Cœlis quisquā satisfacit pro culpis, sed remuneratur pro toleratis laboribus, passis angustiis, & virtutibus infectatis in terris. Hoc igitur supposito quæro, quid agitur de istis superabundanribus operibus pœnalibus satisfactoriis Sanctorum? hæc non morantur in Patria, neque Iusti secū deportarunt, quia ibi inutilia sunt, nec dolores habitare possunt, cum sit absolutè locus, & Domicilium omnis delectationis, fruitionis, & consolationis. Neque potest dici, quod deperdantur, vel euanescant, nam hoc impiissimum, est assere, cum nullum bonum deperdatur, tum

quia

Digitized by Google

quia in Ecclesia execrabile est ponere defectum, vel superfluitatem; ergo ad aliquid inseruiunt hæc opera satisfactoria in Ecclesia, certè. Sed ad quid inseruiunt? O Dei maximam prouidentiam, misericordiam, & Bonitatem! Audi Caluine Symbolum Apostolicum quid doceat, audi Luthere, & si hoc Symbolum non potest vobis amplius prodesse prosit saltem vestris sequacibus. Negastis Indulgentias, ecce quod nunc æternaliter vobis est denegata indulgentia. *Credo Sanctorum communionem*, inquit Apostolicum Symbolum, nempe correspondentiam membrorum cum membris in corpore Ecclesiæ, quæ est mysticum Christi Corpus, cuius ipse est caput, nimirum vnius fidelis cum alio. Pariformiter Paulus secunda ad Corinthios cap. duodecimo comparat Ecclesiam corpori humano, in quo vnum membrum alii adiutorium præstat, & pro alio supplet. Sic Christus ex operibus superabundantiæ tot Hominum Sanctorum, qui membra sunt huius Ecclesiastici corporis adunauit thesaurum in Ecclesia, cuius thesauri claues principaliter suo Vicario, minus principaliter Episcopis tradidit, & iuxta eorumdem prudentiam, & charitatem sumẽdo ex hoc generali thesauro opera satisfactoria superabundantiæ indigentibus pro suo iudicio dispensarent, & sic inopes operum propriorum, & personalium, operibus supererogationis ipsis concessis Diuinæ satisfecerent Iustitiæ pro pœna retenta in iustificatione à culpa. Hæ nuncupantur Indulgentiæ, de quibus loquebatur Dauid Propheta psalmo centesimo decimo octauo dicens. *Particeps ego sum omnium timentium te.* Quid clarius? participare dumtaxat de operibus Sanctorum, non quò ad meritum, quia non potest vnus mereri pro alio, sed bene quò ad satisfactionem alijs applicabilem.

Quid sint Indulgentiæ?

Explicat ipsas Symbolum Apostolicum.

Dari indulgẽtias est dogma Fidei.

Paulus comparat Ecclesiam humano corpori, & quomotiuo?

Hac præmissa Doctrina intelligemus duos textus difficiles Pauli, & Origenis. Paulus scribens ad Colossenses cap. primo sic ait. *Gaudeo in passionibus meis pro vobis, & adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi pro corpore eius, quod est Ecclesia*; igitur fuit deficiens Christi Passio? at quomodo deficiens, si Christus dixit. *Consummatum est*? Respondeo, quod cum Christi Passione, in quantum satisfactoria fuit, coniũgebantur omnes passiones, siue opera pœnalia satisfactoria superabundantia omnium Sanctorum; & sic Paulus gaudebat in passionibus suis, non pro se, quia illis non indigebat, sed pro Colossensibus, quibus inseruiebant, & pro quibus applicabantur; & ex eo, quia hæc opera supererogationis satisfactoria Pauli augebant Christi Domini Thesaurum, & adiungebantur operibus satisfactoriis eiusdem Saluatoris nostri, ideo dicit se adimplere, ideſt augere suis passionibus superabundantibus Thesaurum operum, siue Passionum Christi, quæ Pauli operà deerant, antequam patrarentur, in Thesauro Christi; sed cur hoc? pro corpore eius, quod est Ecclesia. Ecce quomodo superabundantes passiones Pauli Ecclesiæ membris, in quantum satisfactoriæ erant applicabantur, & inseruiebant.

Exponitur difficilis textus Pauli.

Secunda authoritas explicanda, est quædam propositio Origenis di-

Digitized by Google

centis. *Sanctorum etiam Sanguis aliqua ex parte effusus est ad expianda peccata populi.* At quomodo verificabitur hoc assertum Origenis, si actuum Apostolorum cap. quarto, dicitur. *Non est aliud nomen sub Cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri?* nec alius sanguis inuenitur, qui nobis peccata remiserit, præter Christi Sanguinem? Huic difficultati Respondeo, quod solum Christi Sanguis dat vires, & sufficientiam mediis, vt nobis peccata remittantur; at multa (vt pluries dixi) sunt illa media nobis à Christo tradita, quæ hominibus talem remissionem applicant. Ex quo colligitur verum esse Martyrum sanguinem non auferre à nobis culpas, seu delere peccatum, vt peccatum est; at bene veluti opus superabundantiæ potest nobis applicari ad satisfaciendam pœnam post iustificationem retentam; & sic intelligitur Origenes, quod Sanguis Martyrum sit effusus ad expianda peccata, ideſt pœnas debitas, & retentas peccatis populi post acceptam iustificationem, nam adhuc pœna largo modo, scilicet, vt effectus peccati est, peccatum nuncupari solet.

Tribus modis potest homo satisfacere Diuinæ Iustitiæ pro pœna retenta.

Ex his omnibus ergo habemus; quod tribus modis possumus satisfacere post iustificationem pro pœna temporali reseruata; vel operibus propriis pœnalibus; vel alicuius particularis personæ nobis per intentionem applicatis; vel tandem, quod Summus Pontifex, aut Episcopus de Thesauro Ecclesiæ sumant opera supererogationis Sanctorum, & ea nobis dispensent, siue applicent, & istæ sunt Indulgentiæ. *Credo Sanctorum communionem.*

Tres propositiones Catholicæ iam solidatæ.

Ad nomen Indulgentiarum omnes recentiores (ad instar Energumenorum) contorquentur Hæretici, & præcipue Lutherus, & Caluinus; at vt magis crucientur colligo in vnum ea, quæ dixi, vt soliditas, siue firmitas huius dogmatis magis appareat. *Vnus homo potest pro alijs satisfacere.* Hoc scripturis probatum est. *Vnus homo potest plura opera satisfactoria, quam sibi sint necessaria, siue debita pro pœna retenta exercere.* Hoc etiam scripturis firmatum est. *Hæc opera superabundãtia non deperduntur, sed inseruiunt Ecclesiæ communioni.* Hoc etiam Scripturis stabilitum est; ergo dantur hæc opera super erogationis, quæ à Catholicis Indulgentiæ nuncupantur. Harum Indulgentiarum dispensator principalis est Summus Romanus Pontifex, tanquam primarius Clauicularius Ecclesiastici Thesauri; minus principales Dispensatores sunt Episcopi. Totum hoc habetur apud Paulum prima ad Corinthios cap. quarto dicentem. *Sic nos existimet Homo, vt Ministros Christi, & Dispensatores mysteriorum Dei.* Item ibidem cap. nono dicitur. *Dispensatio mihi credita est.* Et tandem Ioannis capite vigesimo; sicut Apostolis fuit communicata authoritas ligandi, & soluendi in Sacramento Pœnitentiæ à Christo Domino; ita etiam authoritas ligandi, & soluendi extra Sacramentum, quæ complectitur censuras, & Indulgentias, fuit vna vice semel Petro soli tradita apud Matthæum capite sexto decimo; deinde alia vice apud eumdem Matthæum capite decimo octauo fuit eidem Petro tradita collectiuè cum Apostolis.

Vsus indulgentiarum vetustissimus in Ecclesia.

Ne-

Digitized by Google

Negãt (vt dicebam) aperto ore Indulgentias Lutherus, & Caluinus asserentes Indulgentiarum usum nimis recentem esse, vt potè à Gregorio Primo originatum. Sed vt solent semper mentiuntur Hæretici, quia longe antiquior talis vsus fuit; at pro nunc videtur ne nouissimus nostris Aduersariis vsus millenarius, & vltra à tam Sancto Pontifice iuxta istorum Hæreticorum sententiam, in Ecclesia introductus? sed, vt dicebam, longe vetustior fuit Indulgentiarum vsus. Veruntamen ante Gregorii prædicti tempora, Indulgentiæ non hoc nomine, sed Remissiones nuncupabantur; Vnde ficut nunc solemus dicere, concessa est Indulgentia; tunc dicebatur, concessa est Remissio. Præmissa hac notitia, & nominis varietate, quisque poterit Jndulgentiarum vetustatem videre, & sic ante Gregorium in Ecclesia reperiebantur Indulgentiæ. Tam profusè tempore Ecclesiæ primitiuæ Episcopiad Martyrum instantias, & intercessiones, concedebant amicis eorumdẽ Martyrum in vinculis detentorum tales Remissiones, siue Indulgentias, quod Cyprianus Episcopus, & Martyr (qui præcessit Gregorium Primũ spatio annorum quingentorum, & vixit anno ducentesimo post Christũ natum) in multis suorum operum locis, & præcipuè libro tertio Epistola decima octaua laborauit moderare tam amplas concessiones, & frequentes talium Remissionum, seu Indulgentiarum. Item Tertullianus, qui vixit primo post Christum natum seculo ad hũc tantum effectum librum composuit, quem designatis Martyribus destinauit, eis suadens, vt cautius, & strictius procederent apud Episcopos in petitione Indulgentiarum. Item Paulus secunda ad Corinthios cap. secundo, Pœnitenti fornicario Indulgentiam concessit ad instantias, & preces Fidelium Corinthiorum his verbis præcisis. *Cui aliquid donastis, & ego*; ergo dantur Indulgentię, quæ non recentiores, sed vetustissimæ sunt in Ecclesia Dei, quid quid dicant Lutherus, & Caluinus.

Negantur à Luthero, & Caluino.

Antiquitus Indulgentiæ nuncupabantur remissiones

Cyprianus Martyr liberalẽ antiquam concessionem indulgẽtiarum procurauit moderare

Sic etiam Tertullianus.

Paulus Apostolus pœnitenti fornicario indulgentiam cõcessit.

Digitized by Google

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

In quo demonstratur differentia inter Peccatum mortale, & veniale; & quod datur Purgatorium.

Firmata pœna temporali retenta, necessario sequitur dari Purgatorium.

SIcut Caluinus negando satisfactionem operum pœnalium post iustificationem retentam præsumit Purgatorium excludere; sic nos è conuerso tot scripturis satisfactione firmata operum pœnalium ob culpam retentã à Diuina iustitia, euidenter constabit Purgatorium dari, in quo pœna reseruata, & in hoc seculo non satisfacta, soluitur. At vltra prædicta, & iam firmata fundamenta, nouas authoritates, ac rationes ad firmandum hoc dogma adducam. Sed antequam ad has accedã probationes necesse est aliqua præmittere, quæ facilius nos ad cognitionem veritatis deducent.

Caluinus asserit idem esse peccatum mortale, & veniale, imò omnia peccata eiusdem ponderis esse.

Caluinus igitur asserit nullam dari distinctionem inter peccatum mortale, & veniale; at quia confutatio huius falsissimi asserti, nimiũ ad nostrum confert intentum, ideo necesse est reiicere, imo totaliter confundere hunc Caluinisticum errorem, etiam à Luthero sustentatum antea, licet postea se retractauerit affirmans omnia peccata venialia esse. Sed Caluinus semper pertinax affirmat omnia peccata mortalia esse. Quod si Lutherus pro peccato veniali intelligat illud, de quo potest sperari, & obtineri venia, siue remissio, verum diceret, quia de omnibus peccatis bene confessis, non solum speramus, sed remissionem consequimur à Diuina Misericordia. At si aliter intelligit, nempe quod omnia peccata venialia sint, idest, quod Diuina Gratia animam non denudent, falsum asserit.

Lib. 3. instit. c. 4 sect. 23.

Lutherus idem antea affirmauit, sed postea se retractando asseruit omnia peccata venialia esse.

De peccato veniali Catholicorum sententia.

At nos Catholici peccatum veniale dicimus esse illud, quod ab anima non aufert Gratiam, & in tali peccato decedens non salutem amitteret æternam, Deique visionem, & fruitionem in Patria, post satisfactionem temporalem in Purgatorio solutam. Oppositio vero modo peccatum mortale se habet, nam animam Gratia priuat, eam in odiũ Dei trahit, & moriens in mortali æterna pœna punitur, & æternaliter Diuina priuatur facie; Verum tamen est, quod veniale mortificat, tepefacit charitatis ardorem; at mortalis culpa omninò extinguit charitatem, & ideo mortalis dicitur, quia dupliciter animam occidit, vno modo ei Diuinam auferendo gratiam, quæ est vita animæ, & alio modo eam precipitando ad tartara, vbi procul à morte immortaliter inter illos lethales moritur cruciatus. Caluinus ergo, vt suam fulciat falsitatem varias authoritates adducit, vt apud Ezechielem cap. decimo octauo. *Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur.* Apud Paulum ad Romanos

Oppositio modo se habet mortale peccatum.

Scripturæ adductæ à Caluino.

Digitized by Google

manos cap. sexto. *Stipendia peccati mors*. Sed eiusmodi authoritatibus adhuc infantes respondebunt, quod tales scripturæ loquuntur de peccato mortali, non veniali: At ego non possum non obstupescere de Caluini insania, dum in eodem ordine grauitatis collocat homicidiũ, sacrilegium, furtum, Deicidium, & similia enormia scelera cum simplici negligentia, verbo otioso, & aliis eiusmodi generis leuibus culpis; vnde necesse est affirmare Caluinum vere dementia laborare, dum tales fatuitates docet.

Solutio.

Caluini insania.

Datur igitur peccatum veniale, contradistinctum à mortali, quod veniale peccatum compatitur cum Gratia, nec hanc ab anima pellit. Hoc assumptum primo probatur authoritatibus Sacræ Scripturæ, nam Psalmo septuagesimo octauo canitur. *Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei*. Loquitur hic Psaltes de quadam culpa ab ipso apud Deum confessa, & statim p talẽ cõfessionẽ sibi remissa. Hoc supposito quæro à Caluino, eiusmodi culpa à propheta confessa, erat ne mortalis, an venialis? ex illis, quæ possunt cum gratia coexistere, & quæ possunt reperiri in homine iusto, an non? Pro Caluino respondet idem Psalmista, esse de illis, quę cohærent cum Gratia, & in homine iusto residēt, nam statim Dauid subiungit ibidem. *Pro hac orabit ad te omnis Sanctus*; si habens talẽ culpam Sanctus est; ergo venialis est talis culpa, & non priuat iustum gratia; ergo datur peccatum veniale. Hieronymj est hæc solida reflexio. Præterea Prouerbiorum cap. vigesimo quarto dicitur, *quod septies in die cadit iustus*. Quo supposito sic discurro. Si iustus est, quomodo cadit? si cadit quomodo iustus? ergo admittendus est aliquis lapsus, qui iustum gratia non expoliat sanctificante, quam culpam appellamus venialem. Vlterius. Multi homines reperiuntur in terris, qui per menses, & annos se præseruant à peccatis mortalibus; ergo quomodo saluabitur, quod *Septies in die cadit iustus?* ergo necessario dandus est lapsus venialis, quo septies homo iustus cadit. Item Paulus scribens ad Hæbreos cap. quinto inquit. *Omnis Pontifex, sicut pro populo, ita, & pro se debet offerre pro peccatis*; super quem textum sic argumentatur Hieronymus. Numquam Pontifex pro aliis iuberetur offerre, nisi iustus esset; neque pro seipso, si peccatis careret; ergo dantur peccata, quæ cum gratia sanctificante coexistunt, & eiusmodi sunt culpæ veniales. Huic expositioni correspondet textus Iacobi Apostoli cap tertio dicentis. *In multis offendimus omnes*, nempe venialibus. Item correspondet textus tertii libri Regum cap. octauo dicentis. *Non est homo, qui non peccet*, nimirum venialiter. Item correspondet Psalmus tertius decimus sic canens. *Omnes declinauerunt*, ideſt venialiter, nam alias dicendo fas est affirmare falso istas Scripturas loqui; vel quod non inueniatur homo iustus in terris, & vtrumque impium est asserere; vel debet admitti culpa venialis, quæ simul cum gratia coexistit iustificante.

Probatur dari veniale peccatum à mortali distinctum.

Confutatur Caluinus.

Hieronymi soli da reflexio pro culpa veniali

Iustus cadit septies in die.

Confutatur Caluinus.

Hieronymi argumentum pro peccatis venialibus.

Hanc Doctrinam clarissimè explicat Iacobus Apostolus cap. primo his

Digitized by Google

Iacobus Apostolus explicat doctrinam de peccato veniali

his verbis. *Concupiscentia, cum conceperit parit peccatum; peccatum autem cum consummatum fuerit, generat mortem.* Ecce tria in homine, nempe fomes, seu concupiscentia. Prima sensus motio, & tandem consensus. Concupiscentia (vt suo loco diximus) non est peccatum; primi motus peccaminosi sunt, se non ad mortem; at consumatis his motibus per consensum voluntatis, vel per operationem, tũc generant mortem animæ. Ex his habemus Iacobum docere, peccatum antequam cõsummatum fuerit, peccatum esse, sed non dum mortem generare. Ecce veniale peccatum, quod animam gratia iustificante non denudat. Præterea idem Christus apud Mathæum cap. quinto dixit. *Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio; qui dixerit raca reus erit Concilio; & qui dixerit fatuè reus erit gehennæ ignis.* Hic quis non videt dari aliquas peccatorum species, quæ mortales non sunt, dum gehennam non merentur ignis? & tandem Concilium Tridentinum est pro nobis, non pro Caluino.

Concilium Tridentinum pro peccato veniali

Conuincitur iterum Caluinus.

Præterea (& hoc non negabitur à Caluino) nulla anima in Cœlum conscendit, nisi purissima, nisi mundissima sit, quia Ecclesia triumphãs non habet maculam, neque rugam, iuxta testimonium Pauli ad Ephesios quinto capite. Hoc supposito subsumo; at multi homines decedunt iustificati ante satisfactionem pœnæ temporalis retentæ pro peccatis commissis ab eisdem; & etiam quam multi obeunt absque mortali peccato, sed non sine venialibus, quæ in terris non purgauerunt operibus pœnalibus, vel indulgentiis, orationibus, &c. ergo datur peccatum veniale.

Euidenter probatur dari purgatorium, contra Lutherum, & Caluinum.

Hac doctrina supposita sic euidenter probo dari Purgatorium. Aut datur Purgatorium, aut Deus non est Deus, quia non est iustus; sed Deum non esse Deum, nemo audet concedere; ergo datur Purgatoriũ. Probatur assumptum, & suppono cum veritate, & cum textu Deuteronomii cap. vigesimo quinto, *quod pro mensura delicti est, & plagarum modus.* Hoc stante sic argumentando discurro. Decedant tres homines cum hac distinctione, siue diuersitate status, nimirum vnus qui sit iustificatus, & omnem pœnam satisfecerit pro culpa commissa. Alius decedat sub peccato mortali, & sine ulla satisfactione. Tertius tandẽ moriatur iustificatus à culpa, sed sine satisfactione pro pœna temporali retenta; tunc quæro, primus quo vadit? certe currit ad gloriam. Secundus certe descendit ad Inferos. At tertius quo volitabit? si in Cœlum; ergo iniustus Deus, quia æque remunerat eum, qui satisfecit, & illum qui non satisfecit pœnæ. Ergo Deus non est Deus, quia non potest dari Deus, qui sit iniustus. Si descendit ad Inferos; ergo iniustus Deus, quia æque punit iustificatum, & peccatorem, cui non dum erat remissa culpa mortalis; ergo Deus non est Deus; igitur ad tollenda hæc absurda, dandus erit tertius locus, vbi prius temporali pœna cruciatur iustus, qui non satisfecit, quam postquam satisfecerit in Cœlum conscendat, & talis locus est Purgatorium.

Si non datur Purgatorium, non datur Deus quia non esset iustus.

Insolubiliter Hæretici confunduntur.

Iterum conuincitur Caluinus.

Vlterius moriantur tres alii, vnus sine peccato mortali, & veniali, alius

Digitized by Google

alius mortalibus, & venialibus oneratus culpis, & tertius tandem solis venialibus maculis fædatus; primus certo in Cœlum ascendit; secundus infallibiliter descendet ad tartara; at tertius, vbi hospitabitur? si in Cœlum; ergo iniustus Deus, qui æque remunerat fædatum, & non fædatum culpa. Si in Infernum corruet; ergo iniustus Deus, quia æque punit illum, qui mortalia commisit, cum eo, qui tantum venialia patravit; ergo Deus non est Deus, quia Deus esse non potest iniustus; ergo ad tollenda hæc absurda, debet admitti locus purgationis pro venialibus non purgatis in via; vel pro pœna retenta non satisfacta in terris.

Caluini instantia.

Sed infertur præiudicium Christi Sanguini (vociferatur iuxta consuetum Caluinus) qui omnes homines à maculis purgauit; similiter, quia ex Scripturis non habetur Purgatorium dari. Sed iam lassus, & nimis fatigatus sum in eadem toties repetendo. Dico igitur, quod nõ infertur præiudicium Christi Sanguini, nam hic homines purgauit sufficienter non efficaciter; & sicut non inferimus præiudicium Sanguini Saluatoris ipsum per Baptismа applicando ad delendum peccatum originale, sic neque infertur eidem præiudicium per opera pœnialia purgando pœnam retentam pro mortalibus, & pro venialibus indulgentiis, ieiuniis, eleemosynis, &c. vel si hic in via venialia non purgauimus, per purgatorium in alio seculo mundabimur per Christi Sanguinẽ applicatum.

Respondetur ad secundam Caluini instantiam.

Ad secundã Caluini instantiam respondeo primo redarguendo Caluinum, & omnes eius assecias, & Magistros tali pacto. Æqualitas Diuinarum Personarum; Perpetua Mariæ Virginitas; Paruulorum Baptismus; Saluatoris nostri descensus ad Inferos; Euangelia, quod sint ab Euangelistis edita, & quam plura alia merè credita à Caluino non inueniuntur in Scriptura, & tamen ab eisdem Hæreticis creduntur; ergo dato, quod Purgatorium non inueniretur in Scriptura, non per hoc bene deducitur; ergo Purgatorium non datur. Respondeo secundo, quod argumentum ab Authoritate negatiue non probat. Respondeo tertio, quod etiam si Purgatorium non haberetur ex Scripturis, quia tamen habetur ab Ecclesia, Traditionibus, Conciliis, & Sanctis Patribus, quę omnia adhuc verba Dei sunt, qua fronte poterit illud Caluinus negare.

Purgatorium datur vigore Ecclesiæ, Conciliorum, Traditionum, & Sanctorum Patrum.

Sed his omnibus omissis, primo probo implicitè, & postea explicitè dari Purgatorium authoritate Scripturæ. Ad probandum implicitè dari Purgatorium præmitto aptatissimum exemplum, & est hoc. Ex vnitate oritur numerus binarius immediatè. Ex binario oritur mediatè numerus ternarius; nunc quæro, nonnè numerus ternarius ex Unitate adhuc oritur mediante numero binario? vtique. Nunc applico exẽplum sic. Satisfactio à nobis adducta pro pœna retenta, vel pro venialibus, per Scripturas supra à me probata fuit; Purgatorium oritur necessario ex satisfactione; ergo Purgatorium oritur ex Scripturis. Præterea Purgatorium procedit ex peccato veniali non satisfacto; at venia-

Colligitur etiã implicite ex scriptura.

le ori-

Digitized by Google

le oritur ex Scripturis; ergo Purgatorium saltem implicitè, & mediate colligitur ex scripturis.

Plato cognouit animarum purgationem, licet sine fidei lumine

Sed antequam ad explicitas deueniam Scripturas, non possum me continere ab improperando Caluini insaniam, & ignauiam. Plato Philosophus Gentilis, nullo superno veritatis lumine illustratus, licet insipienter sustineat animarum transmigrationem de vno in aliud corpus, attamen docet, quod anima statim, ac ex vno egreditur corpore, purgatur illis maculis, quas contraxerat præteritum corpus informando, ex quibus fædata fuerat; & postquam purgata fuerit, munda in aliud corpus transmigrat, & ipsum informat. Totum hoc docuit Plato Philosophus gentilis, & Caluinus lumine fidei exornatus negat hanc animarum purgationem in alio seculo pro pæna retenta, & non satisfacta, vel pro venialibus hic in via non expurgatis?

Scriptura explicita pro purgatorio.

Nunc venio ad explicitas Scripturas Purgatorium probantes. Sit prima textus Tobiæ cap. quarto, vbi legitur. *Panem tuum, & vinum tuum super sepulturam iusti constitue.* Hic supponendum est antiquitus super sepulchra mortuorum fuisse consuetum à Fidelium pietate multa comestibilia collocari in defunctorum suffragium, vt pauperes superuenientes ex illis cibis alerentur, & pro illis defunctis exorarent diuinam clementiam. Hoc supposito sic discurro. Si Purgatorium nõ datur; ergo frustratoria erat talis oblatio. Probatur consequentia, quia animabus in Inferno, vel Paradiso habitantibus oratio pauperũ, non potest prodesse, & suffragari; ergo necessario dicendum, quod pro animabus purgantibus offerebantur illa cibaria, dum pro Iustorum suffragio, & sublevatione offerebantur. Per hanc Scripturam probantur etiam suffragia, de quibus fusè suo loco dicemus. Item secundo Machabæorum cap. duodecimo legitur. *Sancta ergo, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur*; ideſt à pœnis iam retentis, quod si pro animabus Iustis exoratur, & datur eleemosyna, cum hæc non prosit Iustis iam Beatis, necesse est asserere animabus purgantibus talia opera charitatis suffragari.

Vetusta consuetudo fidelium erga defunctos

Caluinus negat libros Machabæorum esse Canonicos.

Nec valet responsio Hæreticorum hos duos libros Machabæorum apud Hæbreos non esse canonicos; nam supra fusè probaui canonicos esse, & ad Ecclesiam, non ad Caluinum spectare huiusmodi determinationem, & Ecclesia iam declarauit canonicos esse. Item colligitur Purgatorium, ex duodecimo capite Matthæi, vbi Christus sic loquitur. *Qui autem dixerit verbum contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro*; ergo in futuro seculo datur remissio; sed non in Inferno, quia ibi nulla datur remissio; ergo eiusmodi remissio fit in Purgatorio. Item ibidem cap. tertio dicitur à Ioanne Baptista. *Qui post me venit, ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igne.* Quem textus sic explicat Hieronymus, scilicet, quod Christus in hoc mundo nos purificat in Spiritu Sancto, & in alio purificabit igne, ecce Purgatorium, quia nec Damnati purgantur, neque Beati purgatione indigent, cum in Patria nulla reperiatur macula, vel ruga. Item

Hieronymi expositio tertii capitis Matthæi.

hanc

Digitized by Google

hanc doctrinam de Purgatorio tradiderunt Concilium tertium, & quartum Cartaginense, Agathense, Vasense, secundum Aurelianense, Bracarense, secundum Toletanum, Varmacience, Tiburense, & Tridentinum. Item ab Ecclesia in missa fit commemoratio, & oratio pro Defunctis. *Memento Domine famulorum, famularumque tuarum, qui dormiunt in somno pacis, Ipsis Domine, &c.* Hæc commendatio certè non fit pro damnatis, quia incapaces sunt; neque pro Beatis, quia ipsa non indigent; ergo fit pro animabus purgantibus. Item Genesis cap. quarto legitur. *Collocauit Dominus ante Paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ.* Hunc textum exponunt Robertus Abbas, & Ambrosius misticè, nempe, quod post expulsionem Adæ ex Paradiso fuit ante ianuam eiusdem Paradisi flamma collocata, scilicet Purgatorium, vt intelligeremus neminem posse in Paradisi Regnum introire, nisi prius fuerit igne purgatus (loquor de his, qui hic in via per opera pœnialia suas sordes non purgauerunt) & satisfecerit pœnæ retentæ pro patratis, sed remissis delictis. Item Isaię cap. quarto, loquens Deus de iis, qui scripti sunt in libro vitæ, subdit. *Si abluerit Dominus sordes filiorum Sion, & sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius*, & vt ostenderet Propheta hanc purgationem iudicialiter, & mediante igne faciendam esse subiungit textus. *In spiritu iudicii, & spiritu ardoris.* Ecce Purgatorium iuridicus locus purgationis à Malachia Propheta cap. tertio declaratus; *& purgabit filios Leui*; qui textus exponuntur ab Augustino, vbi post textum Malachiæ subiungit ipse. *Ex his, quæ dicta sunt videtur euidenter apparere in illo iudicio, quosdam quorundam purgatorias pœnas futuras*; & addit Augustinus, quod idem fateatur Isaias in adducto textu; ergo datur Purgatorium. Item Danielis cap. septimo legitur. *Fluuius igneus progreditur à facie eius*; quem locum exponens idem Augustinus sic ait. *Per fluuium igneum transibunt animæ; & quanta fuerit peccandi materia, tanta erit, & pertranseundi mora*; ergo datur Purgatorium.

Concilium tertium, & quartũ Carthaginense, Agatense, Vasense, secundum Aurelianense, Bracarense, Toletanum secundum, Varmacience, Tiburense, & Tridentinum pro Purgatorio.

Expositio Roberti, & Ambrosii quarti capitis Geneseos de Purgatorio.

Augustini expositio pro purgatorio. Lib. 20. de Ciuit. Dei cap. 25.

At tempus est accedendi ad Scripturas noui testamenti probãtes dari Purgatorium; & primo Apocalypsis quinto dicitur. *Non est inuentus, neque in Cœlo, neque in terra, neque subtus terram, qui dignus esset aperire librum.* Hic reflectendum est, qui nam fuere illi subtus terram sepulti, siue morantes, non valentes aperire librum. Certè fuerunt animæ purgantes, nam inuerisimile est talem honorem potuisse damnatis concedi. Quodque confirmatur à Paulo ad Philippenses cap. secundo dicente. *In nomine Iesu omne genuflectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum.* At nomine Infernorum non intelliguntur dãnati, quia isti blasphemant, non adorant nomen Domini; ergo de Purgatorio loquitur Joannes, quod materialiter est inferni pars.

Etiam nouum testamentum stat pro purgatorio.

Sep exponit Caluinus, quod Iy (*genuflectatur*) significat (*timere*) & sic Damnati genuflectuntur, quia timent Dominum. Sed reiicitur Caluinistica expositio, nam si timebunt Damnati, quomodo timebũt

Caluini expositio reiicitur.

Digitized by Google

Beati, à quibus timor est procul, & ablegatus? ergo genuflecti non significat timorem, sed obsequium animabus purgantibus Deo exhibitum. Item in eadem Apocalypsi ibidem dicitur. *Et omnem Creaturã, quæ in Cœlo est, & super terram, & subtus terram, & mare, & quæ in eo sunt, omnes audiui dicentes. Benedictio sedenti in throno, & agno, &c.* at dicat nunc Caluinus illi subtus terram, qui Dominum benedicunt sunt ne damnati? vel sunt ne damnati saluati in sanguine illius agni, quem laudant, & benedicunt? ô Caluini dementiam! ergo insipiens Hæresiarcha cogitur purgatorium admittere.

Sed progredior vltra. Prima Corinthiorum cap. tertio legitur. *Si quis superædificat super fundamentum hoc aurum, & argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, vniuscuiusque opus manifestum erit. Dies Domini enim declarabit, quia in igne revelabitur, & vniuscuiusque opus, quale sit ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superædificauit mercedem accipiet; si cuius opus arserit detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.* Hæc vltima verba sufficiunt ad conuincendum Caluinum, nimirum (*ipse saluus erit, sic tamen, quasi per ignem*) quandoquidem per qualem ignem poterit homo saluari, præter quam per flammam Purgatorii, cum in Inferno nulla sit Redemptio?

Exponitur textus Pauli.

Sed exponamus fusè in hoc textu Pauli doctrinam. Apostolus ergo loquens de operibus, quæ superædificantur in fundamento Fidei (& nõ iã de operibus peccaminosis, nam hoc est destruere, non ædificare) ait talia opera esse duplicis generis, alia perfecta adinstar auri, argenti, gemmarum, & similium; alia inferioris conditionis, vti lignum, ferrum, & stuppa, &c. ideſt, alia sunt opera bona, & meritoria; alia non sunt meritoria, neque peccaminosa mortaliter, sicut sunt peccata venialia; inter hæc opera, siue operantes ignis distinguet, nam qui opera meritoria patrarunt absolute, *mercedem accipient*; at qui opera venialiter peccaminosa commiserunt, licet salui sint, tamen prius detrimentum patientur per ignem in purgatorio, quia salui erunt, sic tamen, quasi per ignem.

Caluinus deridet Catholicorum expositionem textus Pauli, & pro suo libito alio modo illum exponit.

At Caluinus Catholicos deridendo per Ironiam appellat hunc Pauli textum inuictum Catholicorum cuneum, & conatur talem locum suo modo exponere; nimirum per hunc ignem intelligi tribulationes. At chimericè sic exponit Caluinus, nam quo magis iusti sunt homines in hac vita, eo magis quam reprobi sunt contribulati, & afflicti; vnde Psalmista petiit Dominum. *Quare via impiorum prosperatur?* exponit vlterius Caluinus aurum bonam significare Doctrinam; fœnum verò denotare doctrinam falsam, & hæreticam. Sed ridicula certè est hæc secunda Caluini expositio; quis enim audiuit, vel legit vnquam opus Doctrinam interpretari, siue appellari? *Vniuscuiusque opus*, inquit Paulus; vel quis non ridebit in audiendo, quod qui superædificat hæreses supra fidem, possit mediantibus tribulationibus saluari? & Caluinus iam obliuioni tradidit ea, quæ alibi docuit, scilicet, sine fide nemi-

Sed confunditur.

nem

nem saluari posse, imo sola fide omnes saluos fieri? at hæresis non est infidelitas? si infidelitas est, quomodo tribulationibus saluus fiet Hæreticus? delirat Caluinus.

Caluini expositio, est contradictoria sibi ipsi, & excitat risum.

Sed quod in ista Scriptura Paulus loquatur de Purgatorio, exponunt Origenes homil. 25. & 26. super Exodum. Hieronymus in calce libri 18. commentar. super Isaiam. Gregorius lib. 4. Dial. cap. 30. Ambrosius, & Basilius super Isaiam. Eucumenius super 1. Epist. ad Corinthios, & Alcuinus lib. 1. cap. 3.

Obiectio Pauli Vergerii Lutherani, & eius solutio.

At hic se intromittit Lutheranus quidam Apostata, olim Episcopus Iustinopolitanus, & vociferatur his latratibus. Augustinus Sacrorum Doctorum Magister negat Purgatorium, nam in quodam suo Opusculo, cui titulus est. *De cura pro mortuis agenda.* Et in alio, *Hypognosticon*, nuncupato reiicit omnino Purgatorium. Sed ego multipliciter huic satisfacio obiectioni, & primo respondeo, quod si adhuc Augustinus ita scripsisset (quod non constat, vt videbimus infra) falsum scripsisset, cum Ecclesia oppositum doceat, & in Ecclesia dari Purgatorium est Articulus fidei. Item quia scripturę oppositum docēt, & hæ dant authoritatem Augustino, non Augustinus dat authoritatem Ecclesiæ, vel Scripturæ; & sic nil contra nos probaret Authoritas Augustini, nec Hæreticis proficeret. Secundo dico, quod Opusculum adductum, cui titulus est (*Hypognosticon*) etiam ipse Erasmus Hæreticorum figniter fatetur non esse opus Diui Augustini, sed incerti Authoris, & sic nil facit pro Hæreticis obiectio Vergeriana. Tertio respondeo, dato quod Augustini sit adductum Opusculum, quæ ratio dictat, vt vnus solus textus in aliqua materia determinata sit amplectendus, & non potius plures, & plures eiusdem met Authoris in eadem materia authoritates, quibus semper vniformiter loquitur contra id, quod in vno tantum loco scripsit? Nonnè mens Authoris est agnoscenda per id, quod sepius, an vero quod semel asseruit? certè quod primo modo mēs, & sententia dignoscitur Authoris, non secundo. Videamus nunc, in quantis suorum operum locis confiteatur Augustinus Purgatorium dari. Sanctus hic igitur Doctor lib. 2. super Genesim contra Manichæos docet, quod qui hic in terris pœnitentiam non agit de commissis peccatis, post huius vitæ curriculum tales pœnas, vel adimplebit in Purgatorio, vel in Inferno. Idem docet lib. de comendat. animæ contra dictum Manichæum cap. 20. Idem docet super Psalmum 103. concione 3. Idem docet lib. de Fide, & operibus cap. 15. Idem docet de Ciuitate Dei lib. 21. cap. 26. Idem docet super Psalmum 80 Idem docet super Epistolas Pauli. Idem docet sermone 32. de verbis Apostoli. Idem docet Epistola 64. Idem docet libro 9. confes. Idem docet in Enchiridion ad Laurentium cap 68. & 110. Idem docet in octo quæstionibus Dulcitii. Idem docet sermone 41. de Sanctis. Idem docet super Psalmum 37. Idem docet libro de Pœnitentia cap. 17. Idem docet sermone 44. ad fratres in Eremo. Idem docet lib. 60. homiliarum homil. 16, & tandem idem docet super Psalmum 6. quæro igitur à Vergerio, qui-

Augustini sententia circa Purgatorium.

Digitized by Google

bus locis apparet magis euidens Augustini sententia circa Purgatoriũ, ex istis omnibus à me allatis, an ex illo vnico à Vergerio efficto? Respondeant Hæretici pro me. Si igitur cum Augustino omnes Doctores consentiunt dari Purgatorium; docet Ecclesia, docent Concilia, docet Scriptura, cui credendum, Luthero, Caluino, & Vergerio, an omnibus his, qui lingua loquuntur diuina? qui rationalis est ad interrogationem respondeat.

Augustini textus producitur, & declaratur.

Nunc audiamus, quid scribat Augustinus in libro *de cura pro mortuis agenda* cap. octauo. *Nescit* (inquit Sanctus Doctor) *quid petat qui Purgatorium petit*; (audi Apostata, & Inuentor falsitatum, ac errorum) *Dico verum; grauius est eum esse in Purgatorio, quamdiù posset oculos claudere, & aperire, quam illa pœna à Diuo Laurentio super craticulam fortiter accepta.* Et paulò infra subiungit. *Et quãuis æternus non sit ille ignis, mirò tamen modo grauis est, exceditque omnes pœnas, quas vnquam aliquis in hac vita passus fuerit.* Dicat igitur mihi Hæreticus Iustinopolitanus, hæc verba negant Purgatorium, an potius ipsum supponunt?

Sed confundamus totaliter Lutheranos. In libris (vt supponitur) Diui Augustini, quibus titulus est, *Hypognosticon*; contra Pelagianos super quintum articulum, vbi agitur de paruulis sine Baptismo defunctis consimilia leguntur verba. *Qui Baptismum non susceperit, diuisus est à Regno Cœlorum, vbi æternaliter sedet Christus fons viuentium, & vitæ, at extra istud Beatitudinis Regnum, ostende mihi alium locum, vbi continua agnoscatur quies? Catholica Fides Diuina credit reuelatione talem quietem solummodo in Cœlorum Regno reperiri, à quo non Baptizatus procul est; igitur extra hunc locum Beatitudinis æternæ, dabitur Regnum vmbrarum, vbi omnis infidelis, vel Apostata à Christi Fide æterna luet supplicia. Vltra hæc duo loca, non habemus notitiam tertii, imò in Sacris Scripturis non inueniemus, quod alius detur locus.* Hæc sunt verba (vt supponitur) Augustini in adducto loco. Examinemus igitur illa omni, qua par est diligentia, & subtilitate. Articulus, qui hic discutitur est, quod Pelagiani affirmabant paruulos non esse fœdatos macula originariæ culpæ, vnde si decedebant sine Baptismo, non fuissent ablegati à Regno quietis. Hanc opinionem confutat Author suppositi libri, quia si hic de non Baptizatis loquitur, certe pro istis non oportet de Purgatorio mentionẽ facere, quia vel ad Lymbum, si paruuli sunt; vel ad Inferos, si sunt adulti perpetuo cruciandi corruent. Similiter disputando, num non Baptizati post præsentem vitam possint æterna frui Beatitudine, vanum est Purgatorium nominare, quia nullus ex Catholicis asseruit Purgatorium fuisse locum perpetuæ mansionis, & æternæ durationis, sed bene temporalis mensuræ; & sic optimè concludit Author libri contra Pelagianos, nam non Baptizati sunt ablegati à Regno Beatitudinis; & præter hoc, non datur aliud Regnum æternæ quietis, sed solum Infernus, qui vtique est sedes æterna, sed tormentorum; nec tertius locus æternitatis inuenitur in Scriptura, præ-

Pelagiani affirmabant paruulos non habere noxam originalis peccati.

Digitized by Google

ra, præter hæc duo; ergo non Baptizati, ad Inferos, & non ad locum quietis æternæ proficiscentur. In purgatorio postea non residet æternitas, sed tempus, & est sedes pœnarum, non quietis. Et sic Vergerius, non minus quam suus magister Lutherus delirat.

Valida Scriptura pro Purgatorio.

Ultimo concludo præsens caput, seu dogma Purgatorii valida ratione ex Sacra Scriptura desumpta. Apud Matthæum capite quinto sic loquitur Christus. *Esto consentiens aduersario tuo, dum es in via cum eo, ne forte tradat te aduersarius Iudici, & Iudex tradat te ministro, vt in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exibis inde, donec reddas nouissimum quadrantem.* In hoc textu inquit Ambrosius super Psalmum centesimum decimum octauum, quis non videt à Christo Domino nobis Purgatorium describi? si ex carcere egreditur, certe talis carcer nõ erit infernalis, ex eo quia hoc ergastulum non habet egressum; ergo est carcer purgatorius ille, de quo egreditur anima post satisfactionẽ, & de quo Christus loquitur; ergo à primo ad vltimum concludendum est dari Purgatorium, quod colligitur ex Scripturis, noui, & veteris Testamenti, ex Conciliis, ex Traditionibus, ex Sanctis Patribus, & ex rationibus, ad hoc, vt ibi solvatur pœna temporalis pro culpa retenta, & non satisfacta hic in via Diuinæ Iustitiæ.

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

In quo demonstratur Animas Purgantes posse viuentium suffragijs ipsis applicatis adiuuari.

Caluinus negat animas purgantes posse suffragiis adiuuari, etiamsi cõcederetur dari Purgatoriam.

CAluinus (vt vidimus) non solum negat Purgatorium, sed subiungit, quod si concedatur per Hypothesim Purgatorium dari, adhuc animæ ibi detentæ non possent viuentium suffragiis adiuuari, alleuiari earumdem cruciatus, vel supplicia abbreuiari; sed deberent propriis pœnis vsque ad præfixum terminum à Diuina Iustitia satisfactionem soluere. Lutherus vero veritate victus, è contra, concedit Purgatorium, sed negat posse homines viatores animas ibi purgantes adiuuare, & operibus pœnalibus, vel alio modo satisfactoriis suffragari. Ambo pro fundamento suæ hæreticalis opinionis adducunt hoc suppositum, nimirum, quia numquam Deus opera vnius acceptat in alterius beneficium, adiutorium, & satisfactionem, siue sint per intentionem illi applicata; siue communicentur, vel participẽtur à Thesauro Ecclesiæ, mediante Pontificia dispositione. Opera (inquiunt nostri Aduersarii) prosunt proprio efficienti, non aliis; Neque homo vnquam saluatur operibus alienis, sed per proprias operationes; Nam Scriptu-

Lutherus è contra admittit Purgatorium, sed negat animas purgantes posse adiuuari à Viatoribus mediis suffragiis, &c.

Digitized by Google

Scripturæ teſtantur, nunc, *tu reddes vnicuique ſecundum opera ſua.* Nūc, *Opera illorum ſequuntur illos*; nunc, *Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem*; nunc, *vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum, &c.* nunc, *Vnuſquiſque noſtrum pro ſe rationem Deo reddet*; nunc, *quæ ſeminauerit homo hæc, & metet, &c.* & tandem Hieronymus concludit. *Id præſenti ſeculo ſcimus, ſiue orationibus, ſiue conſiliis inuicem nos poſſe adiuuari; cum autem ante Tribunal Chriſti venerimus, nec Iob, nec Daniel, nec Noè rogare poſſe pro quoquam, ſed vnumquemque portare onus ſuum.* Hæc sūt quæ nobis obiiciunt Lutherus, & Caluinus.

confutantur ambo, & primo retorquendo argumentū.

At ego in primis contra ambos iſtos Hæreſiarchas retorqueo argumentum, & eos ſic euinco; ergo per ipſos dantur in hominibus opera diſpoſitiua ad ſalutem, quibus cooperando cum Gratia diſponimur ad iuſtificationem, poſt quam iuſtificationem homines iuſtificati diuinæ ſatisfaciunt iuſtitiæ, at ambo iſti Hæretici in præcedentibus negabant opera, negabant arbitrium, aſſerendo ſola Fide homines iuſtificari; ergo ſeipſos de falſitate conuincunt Secundo, hos Hæreſiarchas irrefragabiliter conuinco, iterum retorquendo argumentum. Si vnus pro alio ſatisfacere non poteſt, ſed opera proſunt proprio Opifici, & non aliis, vt paulò ſupra conſtanter affirmarunt Lutherus, & Caluinus; ergo neque opera Chriſti Domini potuerunt ſatisfacere pro humana Natura Diuinæ Iuſtitiæ; ſed hoc aperto ore ab eiſdem Hæreticis negatur, dum mordicus affirmant omnes homines ſaluos factos fuiſſe, per Saluatoris Noſtri paſſionem, & mortem; ergo velint nolint tenentur aſſerere opera pœnalia vnius applicata, poſſe pro aliis ſatisfacere Diuinæ Iuſtitiæ; vel quod Chriſtus non ſatisfecit pro hominibus, ſed ſibi ipſi tantum eius opera ſuffragata fuerint, & tamen omnes concedunt, etiam Hæretici noſtri Aduerſarii Chriſtum Dominum fuiſſe Deum, & hominem, & per conſequens nil poterant eius opera pœnalia eidem prodeſſe, quia talibus operibus non indigebat. Ecce in quales inſanas foueas Hæretici prolabuntur, dum veritatem impugnare præſumunt.

Retorquetur ſecundo, & arctius argumentum.

Soluuntur obiectiones Aduerſariorum.

Nunc accedo ad ſolutionem Scripturarum ab Hæreticis adductarū, & ab vltima authoritate Hieronymi exordium ſumo, reſpondendo cū Gratiano, qui in 13. quæſt. 2. declarat, quod Hieronymus loco citato loquitur de Iudicio finali, in quo orationes, interceſſiones, & alia huiuſmodi opera nulli proderunt, ſiue viuens, ſiue mortuus ſit, nam ibi nullus pro quouis precandi locus, vel interceſſor ſuccurret, & ſolū qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam; qui vero mala in ignem æternum. At non ſic in via, in qua vnus poteſt alteri prodeſſe, & pro eodem ſatisfacere quo ad pœnam retentam. Reſpondeo ſecundo, quod ipſa met obiectio, ſiue Hieronymi authoritas ſuam adducit ſolutionē, nam aſſerit Sanctus Doctor, quod vnuſquiſque onus ſuum portabit; certe vtique, quia meritum, vel demeritum, non poteſt vnus alteri acquirere; ſed meritum, vel demeritum ſemper eſt perſonale; ſiue iuſti-

tia

tia ſanctificans, vel reitas culpæ ſemper perſonalis erit, nec unquam vnus homo poterit illas mereri, vel demereri pro alio; ſecus vero intelligit Hieronymus de pœna, nam iſta poteſt ab vno pro alio ſatisfieri, ſiue per applicationem intentionis, ſiue de Theſauro Eccleſiæ. Ad alias authoritates Scripturæ adductas, primò ſimili modo reſpondeo, quod omnes loquuntur de finali iudicio, vbi nulla iuuabit interceſſio, &c. quia tunc animæ, ſiue Electæ, ſiue reprobatæ ſunt in termino, & omnis pœna retenta in Purgatorio tunc erit terminata; non autem loquuntur de animabus in purgatorio exiſtentibus, quæ non dum propriarum ſatisfactionum terminum compleuerunt. Reſpondeo ſecundo, quod opera applicata, ſiue ab intentione particulari Operantis, ſiue à Pontifice de Theſauro Eccleſiæ, dum applicata ſunt, propria ſunt, & non aliena, quia iam donata ſunt à proprio Domino, & alteri voluntariè conceſſa, & appropriata, & ſic nil contra nos probant Authoritates allatæ. Reſpondeo tertio, quod omnes adductæ Scripturæ loquuntur de merito, non de ſatisfactione, cum nullus poſſit pro aliis mereri, ſed bene poſſit ſatisfacere. Siue viuus ſit, ſiue mortuus homo numquam poterit adiuuari, vt mereatur Beatitudinem, ſed ipſe ſuis operibus, vigore Sanguinis Chriſti, & Diuina ſuffultus gratia neceſſe eſt, vt ſe diſponat ad iuſtificationem, poſt quam poteſt mereri maiores, & maiores gradus Gloriæ. Secus vero dicimus de operibus ſatisfactoriis, pœnam non culpam; ſatisfactionem, non iuſtificationem reſpicientibus; & ſic breuiter concluditur, quod opera aliena non ſuffragantur ad merendum, bene tamen ad ſatisfaciendum.

Opera aliena pœnalia ſuffragantur ad ſatisfactionem, nõ ad meritum.

Vſque nunc oppoſitores audiuimus, & confutauimus; tempus eſt, vt noſtrum probemus Catholicum dogma, nimirum opera aliena applicata poſſe pro Defunctorum animabus ſatisfacere, quod ſic probo. Poteſt vnus homo viuens pro alio homine viuente ſatisfacere, vt probatum eſt. Ergo etiam pro Defunctis poteſt dari huiuſmodi ſatisfactio. Probatur conſequentia. Nullum adeſt impedimentum applicandi talem ſatisfactionem, neque ex parte ſatisfacientis, neque ex parte animæ purgantis; ergo poteſt ſatisfieri. Probatur antecedens. Anima purgans eſt in Dei gratia confirmata; ergo eſt capax talium auxiliorũ, & ſuffragiorum. Item eſt membrum Eccleſiæ; ergo ipſi aliud membrum ſuam poteſt communicare operationem. Neque obſtat aliquod impedimentum ex parte ſatisfacientis, quia ſatisfaciens ſupponitur in gratia, & eſt in ſua libertate ſuam applicare intentionem, & ſua bona opera cedere, tam viuo, quam mortuo; ergo nullum adeſt impedimentum.

Idem dicendum de indulgentiis

Idem dicendum eſt de Indulgentiis, nam Pontifex ita poteſt applicare ſuam intentionem homini viuenti, ſicut & mortuo; habet authoritatem applicandi; Defuncti anima eſt in gratia confirmata, ſcilicet capax talis applicationis; ergo nullum intercedit impedimentum; ergo poſſunt animabus purgantibus prodeſſe ſuffragia.

Digitized by Google

Negant Hæretici Pontificiã potestatem in Purgatorio, & quo motiuo?

At Hæretici vociferantur Pontificem non habere potestatem in Purgatorio, nam Christus dixit Petro; *Quodcumqae solueris super terram, & non sub terra*, ergo in Purgatorio non extenditur authoritas Pontificia. Respondeo, sed non sine maxima admiratione de Hæreticorum insipientia, nescientium discernere, quod ly (*super terram*) est correlatiuum ad Pontificem absoluentem, non ad personam absolutam, & sensus est, dum tu eris super terram, idest viuens, *quodcumque solueris erit solutum, &c.* nam si secus esset, neque homo viuens posset consequi indulgentias, & alienis operibus satisfactoriis adiuuari, quia Purgatorium, cum sit subtus terram non esset sub Pontificia potestate, & sic antequam Viator inciperet satisfacere (quia tunc satisfactio reseruata esset in Purgatorio) non posset Pontifex homini viuenti indulgentias concedere, nec vnus sua opera satisfactoria pro alio applicare, quod (vt vidimus in præcedenti capite) falsissimum est.

confutantur.

Præter rationes adductas suffragantur nostro asserto, quam plurimę Authoritates Sacræ Scripturæ; & prima est illa Tobiæ cap. quarto in antecedenti capite adducta, vbi Tobias senior animam agens hortatur filium, *vt panem, & vinum super sepolturam Iusti constituat*. Item libro secundo Machabæorum cap. vndecimo (qui liber est canonicus, vt talis receptus ab Augustino lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 36. Ab Isidoro 6. Etymol. Ab Innocentio I. in Epist. ad Exuperium Tolosanum. A Gelasio I. eiusque Concilio. A Concilio 3. Carthaginensi. A Concilio Florentino sub Eugenio Quarto; & tandem à Concilio Tridentino) vbi dicitur, quod *Iudas, Machabæus collatione facta duodecim millia drachmas argenti, misit Hierosolyam offerri pro peccatis mortuorum, bene, & religiose de resurrectione cogitans, nisi enim eos, qui ceciderant resurrecturos speraret, vanum videretur, & superfluum orare pro mortuis; Sancta ergo, & salubris est cogitatio pro Defunctis orare, vt à peccatis soluantur*. Quid ad hæc respondebunt Hæretici?

Textus explicitus Machabæorum pro purgatorio.

Sed accedo ad authoritates Sanctorum Patrum. Sit Primus Augustinus, qui libro de cura pro mortuis agenda sic loquitur. *In secundo Machabæorum libro legimus oblatum pro mortuis sacrificium; sed si numquam in Scripturis veteribus omnino legeretur, non parua est Vniuersa Ecclesia in hac consuetudine autoritas, vbi in precibus sacerdotũ, quæ Domino Deo ad eius altare funduntur locum suum habet, etiam commendatio animarum*. Secundus est Ioannes Damascenus, qui in libro de cura pro mortuis testatur, quod ab Apostolis ad Ecclesiam trãsiuit consuetudo orandi Deum pro Defunctis. Tertius est Dionysius Areopagita Pauli Apostoli discipulus, qui cap. 7. Ecclesiasticæ Hierarchiæ distinctè ponit funeralia precesque pro Defunctis eo modo, quo in præsenti ab Ecclesia exercentur his verbis præcisis. *Accedens deinde venerandus Antistes precem suam super mortuum peragit; post quam precem, & ipse Præsul eum salutat, & suo deinceps ordine, qui adstant omnes. Precatur Oratio illa Diuinam clementiam, vt cuncta dimittat per infirmitatem humanam commissa peccata Defuncto, eumq; in lu-*

Digitized by Google

in luce ſtatuat, & regione viuorum in ſinibus Abrahæ, Iſaac, & Iacob in loco, vnde effugit gemitus, & triſtitia. Idem aſſerit Tertullianus lib. de exhort. ad caſtitatem. Idem Cyprianus lib. 2. epiſt. 9. Idē Chriſoſtomus in liturgia. Idem Damaſcenus, qui ad hunc effectum ſpecialem librum compoſuit, vt ſupra diximus. Idem Concilium Florentinum, vbi interfuere omnes Patres Græci. Idē Ambroſius in fun. Sat. Idem Gregorius lib. 4. Dial. Idem citatus Auguſtinus in lib. confeſs. loquendo de Matre defuncta. Idem Athanaſius lib. de mortuis. Idem Hieronymus ſuper Prouer. cap. 9. Idem Clemens primus lib. 6. de Apoſtolica Doctrina.

Concilium Florentinum pro ſuffragiis.

Sed audi Lector charisſime, quid ad hæc reſpondeat Caluinus, & contine riſum, ſi potes. *Veteris* (inquit impius) *in hac re, mandato Dei, & legitimo exemplo deſtituebantur, in hoc aliquid humani patiebantur.* Et tandem concludit, (ſed neſcio qua ratione, dicam melius, motiuo fatuitatis) *at ad imitationem trahendum non eſt, quod ipſi fecerunt*; imo deridet ſuum Auguſtinum, quia rogauit Deum pro anima Matris ſuæ Monicæ, permittendo ſe decipi à quatuor lachrymunculis vetulæ Genitricis. Sed ſecum remaneat æternalis in Abyſſo Sanctorum, ſuffragiorumque deciſio.

Inſanum Caluini iudicium de Eccleſiæ Doctoribus.

Deridet Auguſtinum.

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

In quo demonſtratur, quod Sanctorum inuocatio, & interceſsio eſt conformis Sacræ Scripturæ, Sanctis Patribus, & ſemper fuit in praxi in Eccleſia Dei.

CAluinus, Luthero coniunctus, ſacrilega lingua appellat Catholicos omnes Idolatras ex eo, quia Deo auferunt gloriam, & hanc Sanctis concedunt. Auferunt Domino (inquiunt) & ſeruis tribuunt, quod ſolum eſt Deo debitum. Sed expectent tantiſper iſti Blaſphemi, quia cito in veritatis arenam deſcendam, & tunc faciam de talibus blaſphemiis eos præcordialiter pœnitere, pro nunc.

Caluinus, & Lutherus negãt Sanctorum inuocationem, & intereeſſionem, & appellant Catholicos Idolatras.

Sciendum eſt triplicem cultum nos Deo debere, nempe imitationis, honoris, & inuocationis; ſcilicet debemus eum imitari, honorare, & inuocare; & ratio huius eſt, quia triplici modo nos poſſumus Deum reſpicere, nimirum, quia Bonus eſt; quia Dominus eſt; & quia Benefactor eſt. Quia Bonus eſt tenemur ipſum imitari, quia Dominus eſt tenemur eum honorare; & quia Benefactor eſt tenemur eum inuocare.

Triplex cultus Deo debitus.

Digitized by Google

Ex hoc colligitur, quod si per nostros Aduersarios Romana Ecclesia idolatra est ex eo, quia exhibet aliquem cultum hominibus Sanctis, qui cultus est Deo debitus; aut idolatra est, quia imitatur Sanctos, quando debet solum Deum imitari; aut quia Sanctos adorat, quando debet solum Deum adorare; aut tandem, quia Sanctos inuocat, quando debet solum Deum inuocare; & sic idolatra est Ecclesia secundum Hæreticos, quia imitatur aliam Bonitatem à Diuina; aliam superioritatem à Diuina adorat; & aliam inuocat munificentiam à Diuina. Examinemus primum cultum. Imitatio igitur est principalis cultus, quem Deo exhibemus, agnitus etiam à Seneca, licet Gentilibus tenebris excæcato, dum scripsit. *Vis Deos propitiari? Bonus esto; satis illos coluit, quisquis imitatus est.* Et Augustinus subiunxit. *Summa Religionis est imitari, quem colis.* Vt talem Deus susciperet ab hominibus cultum misit filium suum in terris, ad hoc vt homo factus posset ab eisdē hominibus imitari, ne isti excusari possent, quod purus Deus non sit imitabilis, & sic Christus non solum venit, vt veritas, propter Doctrinam, quam docuit; non solum, vt vita, ob generis humani exercitam Redemptionē, sed etiam, vt via ob imitationem, quam nobis reliquit suarum sanctarū operationum. Vnde Paulus ad Ephesios cap. 5. scripsit. *Estote imitatores Dei, sicut filii charissimi*, & Petrus Epistola 1. cap. 2. ait. *Christus mortuus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius.* Sic etiam Ioannes Epist. 1. cap. 2. inquit. *Qui dicit se in Deo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.* Christus etiā nunc dicebat; *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, &c.* Alibi *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Alibi. *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis*; & vt ostenderet, quod licet non possumus imitari Deum in æqualitate essentiæ, vel virtutis (nam sic solæ tres Personæ Diuinæ sunt æquales) possumus tamen proportionaliter, ea scilicet proportione, quæ inter nos, & Deū potest intercedere, suam Bonitatem imitari, nos docuit dicere. *Dimitte nobis debita nostra, sicut, & nos dimittimus.* Nunc hortando nos ad inimicorum dilectionem, *vt sitis filii Patris vestri. qui in Cœlis est*; & sic vlterius discurrendum, ex quibus apparet, Dei imitationē principalem Dei cultum esse.

Argumentum irrefragabile contra Caluinum, & Lutherum.

Hac præmissa Doctrina, contra Caluinum, & Lutherum, quo ad hoc solum caput imitationis sic argumentor. Aduersarii docent, quod qui permittit, aut dat alteri, vel docet dari alteri id, quod Deo debetur idolatra est; imo superbissimus idolatra causaliter erit ille, qui proponit se pro obiecto imitationis, cum imitatio sit principalis Dei cultus; ergo (inferro ipse) secundum Hæreticorum Doctrinam, fuit superbissimus idolatra Paulus Apostolus, nam proposuit seipsum pro obiecto imitationis; at hoc est impium dicere, & ab eisdem Aduersariis negatur; ergo sunt impiissimi Lutherus, & Caluinus, ex quorum doctrina infertur talis impietas. Probatur prima consequentia. Nam 1. ad Corinth. cap. 7. de seipso dicit, *Volo autem vos omnes esse, sicut meipsū*

Item

Digitized by Google

Item ibid cap. 11. inquit. *Imitatores mei estote.* Item ad Philippenses, cap. 3. subdit. *Estote sicut ego.* At Christus apud Ioannem cap. 11. de se ipso dixit; *Ego sum ostium*, ibid cap. 14. *Ego sum via*; ergo Paulus hæc ad seipsum transferendo superbissimus idolatra est; sed hæc est pura insania; ergo insani Hæretici, ex quorum principiis hæc fatua deducuntur. Secundo nouo ineluctabili argumento ad hominem contra eosdem insurgo. Si idolatra est, qui alterum imitatur à Deo, ergo plusquam idolatræ causaliter fuerunt Lutherus, & Caluinus, & formaliter sequaces, dum seipsos proposuerunt pro obiecto imitationis suis assoclis, tum circa Bonitatem, tum circa Doctrinam, quam iasseclæ conati sunt imitari; ergo quidquid asserant cõtra Catholicos semper illaqueati, & sibi ipsis contradictores cernuntur.

Conuincuntur iterum ad hominem ineluctabili argumẽto.

Veritas igitur est, quod cultus imitationis, qui Deo tribuitur, secundum eumdem conceptum non potest alteri tribui; secus vero dicendũ secundum diuersum conceptum; & sic Catholici alio imitationis modo Deum imitantur, alio Sanctos; nam Deus, vt Deus, prout est in se ipso, sine relatione ad alium imitatur à nobis; at quando Catholici imitantur Sanctos, imitantur adhuc Deum in Sanctis suis. Quando Deum imitantur eum imitantur tamquam vltimum, & independens originale; at quando imitantur Sanctos, imitantur eos, tamquam copias originalis Diuini. In Deo imitantur Bonitatem essentialem, at in Sanctis imitantur Bonitatem participatam à Deo seruis suis, vnde dicebat Paulus ad Philippenses cap. 1. *viuit vero in me Christus.* Hac Doctrina præmissa, dicant nunc Aduersarii, potest ne hæc imitatio Idolatria appellari. At qui nescit cognoscere, nescit distinguere. Sic hæretici, nescientes Deum, neque Fidem agnoscere, nesciunt distinguere cultum inter Deos, & Sanctos. Nunc accedo ad secundum cultum honoris, seu adorationis. Hic cultus non debetur Sanctis (vociferantur Hæretici) quia *soli Deo honor, & gloria*, canit Ecclesia cum Paulo 1. ad Timotheum cap. 1. Item Isaias cap. 42. ex ore Dei dixit. *Gloriam meã nemini dabo*; & Christus ipse apud Matthæum cap. 4. dixit Sathanæ *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies*; quod si ita res se habet (exclamant impii) quomodo Romana Ecclesia docet Sanctos debere adorari?

Solida doctrina pro cultu imitationis erga Deum.

Imitationis cultus ab hominibus Deo exhibitus qui nam sit.

Nesciens cognoscere nescit distinguere.

Cultus honoris ab hominibus Deo præstitus.

Maxima se nobis obiecisse iudicant Aduersarii; at adaperiant aures, & Catholicorum audiant sonum. Dicant nobis Hæretici, si sic absolutè acceptandæ sunt authoritates ab eis adductæ, cur Geneseos cap. 33. Ille Deus, qui vult, vt solus adoretur consentiit, quod Iacob septies Esaù fratrem suum adoraret? similiter Iudith Holophernem; Nabuchdonosor Danielem; Abraham Iosue, & Gedeon permisit, vt adorarent? Cur Deus in Decalogo præcepit honorari parẽtes? Cur Paulus ad Ephesios cap. 3. scribit. *Serui obedite Dominis vestris?* cur idem Paulus qui dixit, *Soli Deo honor, & gloria*, scribens postea ad Romanos capite 2. subiunxit. *Gloria, & honor omni operanti bonum?* ergo Paulus sibi cõ-

Digitized by Google

tradicit? negabunt certè Hæretici hanc consequentiam, ergo non sunt ita absolutè intelligendæ adductæ Scripturæ, sicut ipsi fatentur.

Alio modo adoratur Deus, alio modo Sancti.

Variis igitur adorationibus, variis honoribus afficiuntur à nobis Sancti, & Deus; nimirum Deus adoratur adoratione *Latriæ*; Sancti verò adoratione *Dulia* venerantur à Catholicis. At Caluinus iuxta solitum ignarus, & insipiens docet, quod *latria* ex sui natura significat cultū; & Dulia significat seruitutem. Sed si Caluinus legisset Suidam adductum à Valla, & ipsum met Vallam, nec non Viues super primum caput decimi libri Ciuitatis Dei, intellexisset *Latriam, & Duliam* ex earum natura Synonymas esse voces, & omnino idem significare; hoc nō obstante tamen Catholici, nostrique vetusti Doctores (vt testatur Augustinus loco paulò ante citato) vt duos diuersos significarent conceptus, his duabus vocibus vsi sunt; & sic adorationi Deo exhibitæ tribuimus nomen Latriæ; adorationi vero, quam erga Sanctos exercemus assignamus nomen Duliæ.

Lib. 1. instit. cap. 12. sect. 2.

Ignauia Caluini.

Latria, & Dulia ex earum natura Synonyma sunt.

At quidquid sit de istis vocibus, certum est quod conceptus adorationis Dei, & Sanctorum est diuersus apud nos Catholicos; nam Deum adoramus, vti nostrum Dominum independentem, ac supremum; Sactos vero vti nostros Superiores, sed à Deo dependentes ipsique subordinatos. Deum adoramus vti absolutum Benefactorem; Sanctos vero veluti Intercessores beneficiorum, & mediatores inter Deum, & peccatores. Dupliciter ergo nos possumus aliquem adorare; vel vt nobis superiorem, sed adhuc alteri supremo subordinatum, cui etiam nos subordinati sumus; vel, vt nobis, & omnibus superiorem supremum. Exemplo me declaro. Veneror ego Episcopum vtique tamquam meū superiorem; sed adhuc veneror ipsum, vt Summo Pontifici subiectum, qui Pontifex est Caput, & Primas Ecclesiæ. At quando Pontificē adoro, veneror ipsum tamquam nulli subiectum, tamquam Supremum Principem Orbis, & omnibus viuentibus superiorem. In isto casu euidenter apparet, quod alia adoratione veneror Episcopum, alia Pontificem. Prima est subordinata; secunda independens Adoratio.

Conceptus adorationis Dei, et Sanctorū apud Catholicos sūt diuersi, & quomodo?

Quid sit Dulia?

Applicemus igitur hanc Doctrinam ad nostrum propositum. Adoramus Sanctos tamquam nostros superiores, sed Deo subordinatos, & hic conceptus dicitur *Dulia*. Deum vero adoramus tamquam Dominum Supremum, independentem, nulli subiectum, sed omnium absolutum Patronum, & hunc conceptum appellamus *Latriam*. Stante igitur hac adorationis diuersitate, quis non videt hic nullam intercedere Idolatriam? Sed replicat Caluinus; ergo saltem Rustici, & simplices, qui non agnoscunt hanc distinctionem Adorationis erunt Idolatræ. Respondeo negando Caluinisticam consequentiam, quia & si nesciant Rudes, & Villici hanc distinctionem, tamen intendunt se conformare intentioni Ecclesiæ, & hoc sufficit ad auferendam idolatriam ab eis.

Quid sit Latria.

Caluini consequentia, & solutio.

Denuo instat Caluinus.

Sed iterum instat Caluinus; si conceptus sunt in nobis diversi, cur actus exteriores adorationis, tam circa Deum, quam circa Sanctos sunt æquales? Respondeo hoc prouenire ob penuriam, quam habemus actū

Soluitur eius instantia.

exter-

Digitized by Google

externorum valentium hanc distinctionem exprimere; & hoc non obstante semper in Ecclesia resplendent quidam actus, qui soli Deo exhibentur, & non Sanctis, & huiusmodi sunt actus sacrificii, & sic in missa dicit Ecclesia. *Offerimus tibi Sancte Pater*, & in Missis propriis Sanctorum Ecclesia non dicit. *Offerimus tibi Sancte Petre*, &c. Præterea omnes preces, & orationes vltimatè diriguntur, & ordinantur ad Deū. omnes desinunt, *per Christum Dominum nostrum*, &c. *qui viuis, & regnas*, &c. non sic vero dicit de Sanctis. Item de Deo dicitur, *Miserere nobis*; de Sanctis postea. *Orate pro nobis*, &c. Vnde cum diuersi sint conceptus, nullo modo in adoratione Sanctorum intercedit Idolatria, & sic Dauid Psalmo 138. canit. *Nimis honorati sunt amici tui Deus*. Item Psalmo 68. dicitur. *Mirabilis Deus in Sanctis suis*. Item apud Joannem cap. 12. ex ore Christi legitur. *Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus, qui est in Cœlis*. Item Ecclesiastici cap. 44 dicitur. *Laudemus viros gloriosos*, &c. Item Gregorius Nazianzenus. subiunxit. *Athanasium laudans, Deum laudo*. Item Epiphanius. *Qui honorat Sanctum, Deum honorat*. Item Basilius iuxta Damascenj, & secundi Concilii Niceni relationem scripsit. *Honos erga bonos Seruos collatus, benevolentia significationem, erga comunem Dominum habet*.

Sed veniamus ad Sanctorum Jnterceſſionem. Maximum præiudicium (inquit Lutherus) Deo facimus ad Sanctorum recurrendo interceſſionem, nã ſic faciendo falſo nobis ſuademus, Deũ non poſſe omnibus hominibus vacare; nec ſe ſolo ſufficientem eſſe ad audiendas omnes rationalis Creaturæ preces, & neceſſitates, vt adamuſſim euenit in Principibus mundanis, qui cum ſint inſufficientes ad omnes audiendos, & ſingulis occurrendum vtuntur Miniſtris, qui ſuam ſuppleant impotentiam, & inſufficientiam. *Interceſſio Sanctorum negatur à Luthero, & Caluino.*

Sed quis vnquam audiuit tam puerilem rationem, & paritatem, qualis eſt hæc Lutherana, de Deo, ſcilicet immenſo, Æterno, infinito, omnipotente, ſapientiſſimo, &c. tam fatua præſupponere, quæ neque infantes ipſi ſomniaſſent? *Cœlum, & terram ego impleo*, dicitur Jeremiæ cap. 3. *Si aſcendero in Cœlum, tu illic es; ſi deſcendero in infernum ades*, canitur Pſalmo 138. *Spiritus Domini repleuit orbem Terrarum*, dicitur Sapientiæ cap. 1. motiuum ergo propter quod Sanctos inuocamus infra declarabo. Et pro nunc ſic Aduerſarios confundo. *Puerilis ratio Lutheri, ad negandum Sanctorum interceſſionem.*

Dicant mihi Lutherus, & Caluinus admittunt ne ipſi orationem vocalem? affirmatiue reſpondent. Jterum quæro ab eiſdem; nũ pro obtinendis à Deo gratiis perſepè ad interceſſionem, & orationem viuentium hominum recurrant? adhuc affirmatiuè reſpondent, quia apud ipſos hoc eſt in praxi. Jterum quæro, an, vt ipſis à Deo aliqua concedatur Gratia ad Jeſum Chriſtum, vt hominem faciant recurſum? Adhuc affirmatiuè reſpondent; hoc ſuppoſito ſic concludo; ergo idem præiudicium Lutherani, ac Caluiniſtæ inferunt Deo, ac Catholici, cum ipſi ad homines viuentes, & ad Chriſtum recurrant pro gratiis obtinendis. *Confutantur Lutherus, & Caluinus.*

tenet

Digitized by Google

tenet consequentia; quia si Deus omnes audit, & exaudit (si sibi placet) si ad Christum, vt hominem, vel ad alios homines viuentes pro intercessione recurrimus; ergo ipsi Deo præiudicamus, quasi nostras immediatè ipse non possit audire voces, & nobis benefacere, vnde opus sit ad Referendarios recurrere; ergo si Lutherus, & Caluinus Deo non inferunt præiudicium ad viuentes, & ad Christum faciendo recursum pro intercessione; neque nos Catholici Deo præiudicamus ad Sanctos recurrendo.

Motiua propter quæ vult Deus, vt ad Sanctos suos faciamus recursum.

Motiua igitur, propter quæ vult Deus nos ad Sanctos recurrere, non oriuntur, quia insufficiens est ad nostras audiendas preces, vt puerili-ter discurrunt Hæretici, sed sunt, vt Sanctos suos glorificet, qui hic in via tam fideliter ei, & obsequenter seruierunt. Item vt nos tali glorificatione stimulet ad imitandos Sanctos in ordine ad diuinam seruitutem. Item quia finalis gloria in ipsum Deũ redundat sic seruos suos glorificantem. Item, quia vult Deus se supremum Dominum Creaturarem ostendere, & sic earum preces exposcit. Item, quia vult, vt agnoscatur eius munificentissima remuneratio, erga tam debiles seruitutes à servis suis sibi exhibitas, & alia huiusmodi motiua assignari possunt à nobis per nostrum modum intelligendi, quia Deus non admittit motiuum ad extra, quo moueatur, & stimuletur ad operandum, sed tantum ad intra, quod est sua infinita, libera, & rectissima voluntas. Præterea quis non videt Idolatriam procul esse ab intercessione Sanctorum, nam Deo dicimus, *concede, tribue, da, miserere*, & similia; at Sanctis dicimus, *orate, intercedite*, & similia eiusmodi generis; & sic cum appareat subordinatio in Sanctis erga Deum, diuersa erit Adoratio Sanctorum, & Dei, & per consequens omnis tollitur Idolatria.

Noua Caluini instantia.

Sed instat Caluinus; Concilium Carthaginense (at non explicat, quodnam Concilium fuerit) prohibuit, ne ad altare directa fieret precatio ad Sanctos. Respondeo, & primo miror certè cur Caluinus iuratus Hostis Conciliorũ, nunc ad Catholica recurrat Concilia. Sed si Caluino consonum est hoc tertium Carthaginense Concilium (vbi eius deprauata includitur instantia) cur non placet Caluino id, quod primum Concilium Carthaginense Canone secundo sub Siluestro Pontifice adunatum docuit, nimirum, *Martyrum Dignitatem, nemo prophanus infamet?* Hic sonus certe Caluino, Lutheroque displicebit. Cur non placet eisdem secundum Concilium Carthaginense sub Siricio Põtifice congregatum, vbi canone secundo, *Præcipitur Sacerdotibus, vt castitatem obseruent*? Cur non placet etiam id, quod ibidem canone tertio sancitur, nempe, *amplectendum esse Chrisma*? Cur non placent eisdem canones octauus, & nonus, vbi admittitur *excommunicatio*, & *Missa*? Cur non placet Caluino id, quod in tertio Concilio Carthaginense canone secundo firmatur, nimirum, *Concilia à solis Episcopis congregari debere*, & id quod ibidem Canone vigesimo nono stabilitur, scilicet, coelibatum obseruandum esse?

Concilium primum Carthaginense contra Lutherum, & Caluinum.

Similiter, & secundum.

Item, & tertiũ.

Sed

Sed accedo ad immediatam Caluini instantiam (quamuis ipse , neque quale Concilium fuerit , neque locum explicet) & dico , quod tertium Cõcilium Carthaginense canone vigesimo tertio his præcisis verbis loquitur . *Cum ad altare assistitur , semper ad Patrem dirigatur Oratio* Acceptamus igitur adductum Concilium , & in primis ad hominem confundo Caluinum . In allegato loco Concilium Carthaginense facit menionem Altaris , ergo ibi celebrabatur Missa ; ergo datur sacrificium incruentum corporis Christi in Missa ; quę expressè negatur ab Aduersariis . Secundo dico , quod dum Concilium altaris mentionem facit , intelligit , quod illas preces , quibus vtimur ad offerendum sacrificium, debemus ad Patrem dirigere, & ita adamussim adimplet Ecclesia , nam dicit . *Offerimus tibi Sancte Pater* , non tibi *Sancte Petre* . Tertio dico , quod Oratio ad Deum dirigitur semper , vt postulata concedat ; sed ad Sanctos , vt tantum intercedant apud Deum à Fidelibus præmittitur, & sic petitio Gratiæ fit ad Deum ; petitio vero Intercessionis dirigitur ad Sanctos , sed ex hoc , quid contra Sanctorum Intercessionem resultat ?

Concilium tertiũ Carthaginense adductũ à Caluino, num stet pro Caluino .

Conuincuntur ad hominem Aduersariũ

CA-

Digitized by Google

CAPVT VIGESIMVM NONVM.

In quo demonstratur Sanctorum intercessionem nullum Christo præiudicium inferre.

Caluinus negat Sanctorum intercessionem ex eo, quia præiudicaretur merito Christi Domini.

VIctis Aduersariis præcedentibus Doctrinis, & argumentis, Hæretici, & maximè Caluinus, cucurrũt ad aliud subfugium, siue motiuum nempe, quod ex hoc non debet Sanctorum intercessio admitti, ex eo, quia ex tali intercessione nimis præiudicaretur Christi merito, qui iuxta Pauli assertum prima ad Timotheum cap. 2. declaratur pro vnico, & solo Mediatore inter Deum, & homines, quo supposito, sic argumentatur Caluinus. Aut Catholici credunt intercessionem Christi Domini apud Patrem sufficere, vel non credunt? Si primum, cur ad alios Intercessores recurrunt? ecce præiudicium, nam recurrendo demonstrant Saluatorem nostrum insufficientem esse ad interpellandum pro nobis. Si secundum, ergo Catholici sunt Hæretici, quia sustinent intercessionem filii apud Patrem imbecillem esse ad intercedẽdum pro nobis; ergo nullo modo debet Sanctorum admitti Jntercessio. Ecce Caluini Verba formalia. *Ex diffidentia oritur, quia vel Christo Deprecatore contenti non sumus; vel eum omninò spoliamus hac laude.*

Verba Caluini lib. 3. instit. c. 20. sect. 27.

Sed sile Caluine, & linguam tuam dignè ad præsens, & æuiternitate durante ignis deuorabit, dum in tales blasphemias contra Catholicos ipsam exerces. Catholici igitur diffidunt de Christi intercessione? Nonnè Catholici confitentur cum Ioanne epist 1. cap. 2. quod *Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum*? Nonnè Catholici cum eodem ibidem confitentur, quod *Christus est propitiatio pro peccatis nostris*? Nonnè Catholici confitentur cum eodem cap. sexto decimo, quod in nomine Christi *oportet petere, vt accipiamus*? Nonnè Catholici cõfitentur cum actibus Apostolorum cap. 4. *quod non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri*? vtique hoc confitentur Catholici, & Caluinus nobis memorat, *quod vnus est mediator Dei, & hominum Iesus Christus*? An forsitan Caluinus non audiuit, non legit, vel quando ipse erat Parochus non replicauit toties in orationibus, quas Ecclesia apud Deum fundebat, *Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum*? Nonnè in Litaniis audiuit, & expressit. *Christe eleyson; Fili Redemptor mundi Deus; per aduentum tuum, &c.* quod si hæc audiuit, cur tam æquè falso, ac temerè Catholicos audet calumniare Caluinus?

confutatur.

Sed accedo ad solutionem Caluinisticæ obiectionis, & dico, quod

vnus

Digitized by Google

vnus est mediator Dei, & hominum Christus Iesus, & dolosè Caluinus omisit id, quod statim subdit Paulus, vt scilicet simplices deciperet. Subiungit ergo Apostolus statim ad citata verba; *Qui dedit Redemptionem semetipsum pro multis*. Quod si Paulus loquitur de Mediatore per Redemptionem, non per intercessionem, quid contra Sanctorum intercessionem colligit impius per hoc, *quod vnus sit mediator Dei, & hominum Christus Iesus?* Forsitan hoc negatur à Catholicis? ementitur Caluinus, si vult hoc asserere, nam omnes Catholici reuerenter confitentur vnicum fuisse hominum Redemptorem, nempe Christum Dominum; at numquam Paulus dixit, quod vnus sit Mediator, qui intercedat pro nobis.

Christus fuit vnicus mediator per Redemptionem, non vero per intercessionem.

Dolus Caluini.

Unus ergo est Saluator per Redemptionem, at per intercessionem multi etiam apud Scripturam sunt Saluatores; vt Iudicum cap. 3. dicitur. *Suscitauit eis Saluatorem Othonielem*. Item numeri cap. nono legitur. *Dedit eis Saluatores, qui saluauerunt eos*. Sed hæ Scripturæ intelliguntur de Saluatore per intercessionem, non uero per Redemptionem. Unde Deuteronomii cap. 5. Moyses de seipso dixit. *Ego sequester, & medius fui inter Deum, & vos*; & mediatores per intercessionē tot esse possunt, quot sunt illi, qui pro nobis Deum rogant. Præterea lata est differentia inter Christi Domini, & cœterorum Sanctorum intercessionem; quia Sancti intercedunt, & non donant; at Christus intercedit qua homo, & donat qua Deus. Item Christus, quando Patrē rogat, non fundat super alterius merita suam orationem, sed supra meritum proprium; At Sancti dum Deum deprecantur innituntur super Christi merita, à quibus eorum preces vim, & robur acquirunt. Item Christus non roborat, vel fulcit suam intercessionem per Sanctum Petrum, vel per Sanctum Paulum, sed per suum meritum proprium; at Sancti omnes suas intercessiones fulciunt per Christum Dominum nostrum.

Christus intercedit apud Patrem, vt homo, sed concedit, vt Deus: secus verò Sancti, qui tantum intercedunt, & non concedunt.

Neque nos de Christo diffidimus (vt impiè Caluinus asserit) ad Sāctos faciendo recursum, quia si ipse hoc probaret contra Catholicos, etiam contra seipsum militaret, nam si aliquod absurdum sequeretur, tam sequeretur de intercessione mortuorum, quam viuorum, & tamen Caluinus viuentium intercessionem admittit, & cogitur admittere, cū eam doceat sacra Scriptura, vnde Iob cap. 5. legitur Eliphaz Themanitem consuluisse Iob, *vt ad aliquem Sanctorum conuerteretur*, quod consilium Iob acceptauit. Item ibidem cap. 42. Deus quosdam hortatur, vt sumant Iob pro Intercessore his verbis. *Ite ad seruum meum Iob, & offerte holocaustum pro vobis*. Item Apocalypsis cap. 6. dicitur, quod *quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli Citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum*. Item ibid. cap. 8. *Angelus dabat de orationibus Sanctorum omnium*. Item 3. Regum cap. 17. legitur. *Orate pro inuicem*. Item Exodi cap. 17. & 31. *Moyses orauit pro populo*. Item Matthæi cap. 15. *Chananæa Christum pro filia deprecata est*. Item

Sacra scriptura docet Sanctorū intercessionem.

Digitized by Google

Lucæ cap. 7 *Centurio pro suo puero Christum rogauit*. Item Actuum Apostolorum cap 12. tota Ecclesia pro Petro in vinculis constituto Deũ orauit. Item ibidem cap. 27. Paulus pro suis connauigantibus orauit. Item Ezechielis cap. 12. legitur. *Quæsiui de eis virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni*. Item Paulus ad Romanos cap. 15 inquit. *Obsecro vos fratres, vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad Deum*. Nulla ergo est differentia inter intercessionem viuentium, & mortuorum, ergo si intercessio viuentium non infert præiudicium Christo, neq; mortuorum præiudicabit.

confutantur Lutherus, & Caluinus.

Ulterius sic argumentor. Quod Sancti non possint pro nobis intercedere, vel procedit, quia non possunt; vel quia nesciunt Deum rogare; vel quia nolunt. Sed possunt, volunt, & sciunt intercedere; ergo intercedunt. Minor probatur. Possunt, quia confirmati finaliter in Gratia, sunt magis Deo cari, cum quo sunt vniti in visione Beata, & fruitione, nec possunt dicere, *Dimitte nobis debita nostra*; ergo possũt. Accedit Deus charitas est, totus misericors est. sed cũ Deo Beati eodẽ vinculo sunt adstricti; ergo si Deus ex intrinseco Benefactor est, etiam Beati Benefici esse debent; ergo ex charitate, quam habent possunt pro uiatoribus apud Deum beneficia intercedere. Etiam volunt, quia Beati maiorem in Cœlis habent charitatem, quam habebant in terris; ergo si in terris existentes charitate moti intercedebant, ex hoc motiuo magis intercedent in Cœlis.

Beati possunt, volunt, & sciũt intercedere.

Restat ergo probandum, quod sciant intercedere, quia Caluinus super hoc motiuum solidat suum errorem, asserendo Beatos in Patria nostras in terris ignorare necessitates, nec nos viatores habere modum, vt ad ipsorum notitiam nostræ perueniant egestates. Impia certe, insipiens, & puerilis assertio est ista Caluinistica, quam reiicio ex casibus in sacra Scriptura adnotatis, nam Regum quarto cap. 5. legitur, Eliseum absentem cognouisse Iezi opera cum Naamano syro acta, & ea, quæ de præsenti agebãtur in Cõcilio Regis Syriæ contra Regem Israel. Item Actuum Apostolorum cap. 5. Petrus absens vidit Ananiæ, & eiusdem vxoris fraudem; quod si Viatores hæc cognoscunt, quanto magis comprehensores hæc cognoscent in essentia Diuina, in qua omnium rerum, etiam possibilium continentur ideæ? Cadauer præfati Elisei, & ossa Ioseph prophetarunt; & eorumdem animæ postea sublunarium distantium opera, nec audient, nec videbunt? sed quid hucusque fassus sũ? Dives Euangelicus damnatus apud Lucam cap. 16. conspexit vitam sceleſtam, quam fratres eius viuentes ducebant, & animæ postea Beatorum non videbunt? ergo Beati sunt Damnatis, & cadaueribus minus priuilegiati? deliria sunt ista Caluini.

Caluinus affirmat Beatos in Patria nostras ignorare necessitates.

Refellitur puerile assertum Caluini à sacra scriptura.

Quomodo ergo videant, & audiant Beati sublunarium Viatorũ necessitates, & preces duplici modo euenit, nimirum, vel diuina reuelatione Beatis per Angelos facta, vt docet Dionysius Areopagita Pauli Apostoli Discipulus, quod quidem patet ex scripturis, nam sicut Angeli mul-

Quomodo Beati audiant, & videant sublunarium voces, & opera?

Digitized by Google

si multa Viatoribus reuelarunt, & reuelant, cur non comprehensoribus, & Beatis? forsitan quia digniores sunt Viatores Beatis? nequaquam, imo hoc asserere impium, & execrandum est.

Alio modo Beati nostras vident necessitates, & audiunt preces in Verbo, in cuius essentia, tamquam in speculo omnium rerum (vt supra dixi) continentur imagines, & sic Deus suam comprehensoribus obiiciendo essentiam, ipsi quæ à Deo sibi demonstrantur in dicta essentia audiunt, & vident; & hæc est Gregorii, & omnium Theologorum sententia.

Victus Caluinus, vt suum consuetum est, iterum saltillat dicens, se intercessionem mortuorum excludere, quia de ipsa, neque exemplum, neque doctrina habetur in scriptura; vnde sua impudenti immodestia prorumpit loco supra citato. *Quis Angelus, aut Damon reuelauit hãc inuocandi Sanctos Doctrinam?* Quis reuelauit (petit Caluinus?) audiat, & si scripturam legisset, & historias, vtique hanc insipientem non feciisset petitionem. Si legisset (dico) caput quadragesimum octauum Geneseos inuenisset ibi hæc verba. *Inuocetur super eos nomen Abraham, Isaac, & Israel.* Item Danielis cap. 3. dicitur. *Ne auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum, Isaac seruum tuũ, & Israel sanctum tuum.* Item Regum 4. cap. 20. habetur ex ore Dei. *Protegam vrbem istam propter me, & propter Dauid seruum meum.* Itẽ Psalmo 131. canitur. *Memento Domine Dauid, & omnes mansuetudinis eius.* Quem Psalmum omnes Hæbrei fatentur fuisse à Salomone compositum. Item Baruc cap. 3. dicitur. *Domine omnipotens Deus Israel audi nunc orationem mortuorum Israel.* Item lib. 2. Machabæorum cap. 15. Iudas Machabæus vidit Oniam, & Ieremiam iam defunctos orare Deum pro populo Israel.

Nec valet dolosum Caluini subfugium, hos libros, duxtaxat, canonicos non esse, quia supra confutata est hæc responsio, cum ad Ecclesiam, & Concilia spectet hoc definire, & iam ab Ecclesia inter canonicos libros vterque liber Machabeorum connumeratus est, vt vidimus suo loco. Imo isti duo libri ab illo Concilio pro se à Caluino adducto, nempe à tertio Carthaginense, canone vigesimo septimo, & quadragesimo septimo pro canonicis fuerunt recepti. Quod si tale Concilium apud Caluinum authoritatem non facit, cur ab ipso ad excludendam Sanctorum inuocationem fuit contra Catholicos adductum? vel si authenticum est tale Concilium, cur refellit ea, quæ ab eodem Concilio fuerunt sancita? Item Ieremiæ cap. 15. Deus sic loquitur. *Si steterint Samuel, & Moyses coram me, non est anima mea ad Populum istum*; & tamen ambo isti Prophetæ mortui erant; & quod magis obseruandum est in hoc textu est hoc, nimirum, quod Deus supponit Sanctos consuetos esse ad fundendas pro Viatoribus preces, & intercessiones apud ipsum. Item Lucæ cap. 16. Christus Dominus dixit Apostolis; *Eritis sicut Angeli Dei*; at constat ex millibus Scripturæ locis Angelos pro via-

Concilium tertium Carthaginense habet pro canonicis libros Machabæorum.

Deus in scriptura supponit Sanctorum intercessionem.

Digitized by Google

toribus orare; ergo etiam, & Beatos: ergo (concludo) & Angelus, & Dæmon, & Scriptura reuelauit Sanctorum Interceſſionem.

Neque pudet Caluinum aſſerere conſuetudinem inuocandi Sanctos à Diuo Gregorio Pontifice exordium ſumpſiſſe; nam ſi legiſſet Auguſtinum (qui vixit anno 400. poſt Dominicam Incarnationem, & præceſſit Gregorium annis 190.) homilia in Laurentium inueniſſet eiuſmodi verba, *Oremus Diuum Laurentium fratres*. Item ſi legiſſet Ambroſium (qui vixit anno 380.) libro de Viduis, inueniſſet hæc verba: *Obſecrandi ſunt Angeli, obſecrandi ſunt Martyres*. Item ſi legiſſet Hieronymum (qui vixit anno 370.) Epiſt. pro morte Paulæ inueniſſet hæc verba. *Vade Paula, & tui cultoris ſenectutem orationibus iuua*. Item ſi legiſſet Baſilium (qui vixit anno 360.) homil. in quadraginta Martyres inueniſſet hæc verba. *Orandi ſunt Sancti*. Item eodem tempore vitam ducebat Gregorius Nazianzenus, qui in oratione funebri ad populum acta pro obitu Baſilii, hæc verba eructat. *Tu Baſili tuis nos ſiſte precibus*. Item ſi legiſſet Cyprianum (qui vixit anno 240.) Cornelio Pontifici ſcribentem inueniſſet hæc verba. *Qui prior deceſſerit pro fratribus oret*. Item ſi legiſſet Origenem (qui vixit anno 220.) in expoſitione libri Iob inueniſſet hæc verba: *O Beate Iob ora pro nobis*. Item ſi legiſſet Dionyſium Areopagitam (qui vixit anno 33. poſt Chriſti mortem) libro ſeptimo de Eccleſiaſtica Hierarchia, inueniſſet ab eodem Sancto edoctam Sanctorum Interceſſionem. Imo tempore Apoſtolorum viuebat Martialis, qui ſcripſit Eccleſiæ Biturigenſi in Gallia, vt in honorem Sancti Stephani Templum ædificarent, quem Protomartyrem debebant ſemper inuocare, & tandem refert Origenes in Matthæum, quod Apoſtoli conſtruerunt Eccleſiam in Sanctorum Innocentium honorem, vt iſti apud Deum pro hominibus interederent. Dicat nunc Caluinus, Inuocatio Sanctorum habuit ne à Gregorio primo, an vero ab Apoſtolis exordium? non reſpondet, quia phreneticatur tartarea, continuaque febri in Xenodochio Satanæ.

Digitized by Google

CAPVT TRIGESIMVM.

In quo demonstratur vtilitas, quæ nobis prouenit ex Sacrarum Imaginum cultu, & quam antiqua sit in Ecclesia Sacrarum Figurarum veneratio.

Adoratio vnus tantum actus est.

PRo clariori notitia huius Dogmatis sciendum est, quod quando ego (Exempli gratia) Imaginem Crucifixi adoro, in hoc actu non interueniunt duæ adorationes, vna nimirum, qua veneror imaginem, altera qua veneror imaginatum; sed vnica tantum intercedit adoratio, nam mediante ligno, seu imagine adoro imaginatum, scilicet Crucifixum; & sic actus adorationis non terminatur ad lignum, seu imaginem, sed ad obiectum representatum per lignum, seu imaginem, quod obiectum Christus est. Aliud namque est facere hoc, & hoc, in quo sensu duæ actiones realiter distinctæ fiunt; & aliud est facere hoc mediante hoc. Exemplo me declaro. Si ego video Petrum, & video Paulum, istæ sunt duæ disparatæ, & absolutæ visiones; at si video Petrum mediantibus specillis, licet videam specilla, & Petrum, hoc non obstante istæ non sunt duæ visiones, sed vna visio, in qua pro finali obiecto meę visionis habeo Petrum, licet ipsum videam mediantibus specillis. Sic ad propositum, quando imaginem adoro, vna adoratio interuenit, nimirum erga Christum per imaginem Crucifixi representatum, non vero duæ adorationes; vnde dicebat Basilius. *Adoratio, non ad imaginem referenda est, sed ad prototypum*; quia adorationes multiplicantur iuxta numerum obiectorum finaliter adoratorum.

Triplici modo potest fieri adoratio.

Sciendum est secundo, quod triplici modo à nobis potest exerceri Adoratio; primo modo iudicando, quod obiectum adoratum sit ipse met Deus, siue nobis præfigendo rem adoratam immediate esse finale obiectum nostræ adorationis. Secundo modo adoramus, quia cogitamus, quod licet obiectum adoratum non sit obiectum nostræ adorationis, tamen Deum, vel aliud obiectum adorabile continet. Tertio tãdem modo adoramus, quia licet sciamus rem adoratam non esse obiectum nostræ adorationis, nec ipsum continere, nihilominus representat obiectum, quod intendimus adorare. Exemplis hoc totum declaro. Si ego adoro aliquam partem ligni, in quo Saluator noster crucifixus fuit, in isto casu ego immediatè lignum Crucis adoro, non quia continet, vel representat Christum; at si hæc pars ligni Crucis intra tabernaculum, vel arcam conseruaretur, & à me non videretur, tunc

ego

ego adorando tabernaculum non ipsum adoro, quia ipsum est lignum Crucis, vel Crucem representat; sed tantummodo ipsum veneror, quia in se continet lignum Crucis Redemptoris Nostri; & tandem si supra aliquem eminentem locum sita sit ordinaria Crux, & ego ante eam genua flecto; in isto casu ego non adoro ipsam, quia est Crux Christi; vel quia Christi Crucem continet inclusam, sed tantum eam veneror, quia representat lignum Crucis. In isto casu lignum Crucis; tabernaculum ipsum continens; & imago ipsius Crucis diuersimodè à me adorantur, nimirum lignum Crucis adoratur, quia lignum Crucis est; Tabernaculum adoratur, quia tale lignum continet; & imaginem Crucis adoro, quia representat obiectum Crucis, quam adorare intendo. Hic est notandum, quod in omnibus his actibus, vna tantum interuenit adoratio, quia omnes isti actus adorationis ad lignum Crucis terminantur, siuè talis actus adorationis sit immediatè ad lignum Crucis; siue mediante tabernaculo; siue mediante imagine representante. Verum tamen est, quod in qualibet istarum adorationum potest cadere error, vt Exempli gratia, quando adoro obiectum adoratione indignum, nempe Iouem, Mercurium, &c. vel adorando obiectum adoratione sibi indebita, vt si adorarem aliquem Sanctum adoratione Latriæ; & sic quando adoramus obiectum primo modo, necesse est, vt adoretur obiectum adorabile immediate, sed adoratione sibi debita. In secundo adorationis modo possunt adhuc duo interuenire errores; vnus si mediante continente adorarem rem indignam adorari, vt pote Caput alicuius Infidelis intra aliquod vas inclusum. Secundus error est, si ego crederem intra aliquod tabernaculum includi aliquod obiectum adorabile, quod tamen re vera ibi non esset inclusum, & ego adhuc adorarem; vt Exempli gratia si crederem in aliquo tabernaculo inclusum seruari corpus alicuius Sancti, quod re vera non contineretur in tali tabernaculo, & nihilominus sub tali præfixa existimatione præfatũ tabernaculum adorarem. In tertio tandem adorationis modo potest intercedere duplex error, si scilicet media imagine adorarem Iouem, &c. nam hoc obiectum non est adorabile. Vel si adorarem imaginem obiecti adorabilis, sed adoratione sibi indebita, nimirum si adorarem aliquem Sanctum adoratione Latriæ. In omnes istos errores incidere Gentiles; nã adorabant Iouem, Saturnum, &c. quæ obiecta erant adoratione indigna. Similiter adorabant aliquos homines adoratione Latriæ; quibus secundum eosdem Gentiles debita fuisset solum adoratio Duliæ. Errabant etiam circa secundum adorandi modum, nam quidam Gentiles adorabant aliquem Serpentem, vel aliud animal in arca inclusum indignum adorari; & sæpe adorabant rem continentem, absque contento, vt quando adorabant in saltibus Driades, & similia, quæ vere in eis nõ continebantur. Errabant tandem circa tertium adorandi modum, nam mediantibus imaginibus adorabant obiecta non digna adorari, nimirum Palladem, Venerem, &c. & persepè Icones, quibus secundũ ipsos debita fuisset Dulia, adorabant adoratione Latriæ. Ex his omnibus

Errores qui interuenire possunt in adoratione alicuius obiecti.

Errores circa Gentilium adorationem.

Digitized by Google

nibus igitur colligitur, quod adoratio per imaginem vna est, & quod omnibus modis adorationis Gentiles errabant, sed non erramus nos Catholici, qui debitum ordinem in adorationibus seruamus.

At Caluinus, nescio an magis liuidus, vel ignarus, non intelligens, vel nolens intelligere nostram de oratione *Dulie*, & *Latrie* adductam distinctionem, siue Doctrinam, asserit nos Catholicos adorare imagines, vt imagines, non vero ut representantes imaginatum adoratione *Dulie*, non *Latrie* his verbis præcisis. *Non ignoro, nec dissimulandum est distinctione ipsos elabi magis arguta; cultum enim, quem simulacris suis impendunt Idoloduliam esse ostendunt; Idolatriam esse negant.* Hæc Caluinus.

At nos supra clarè, & distinctè patefecimus, vnam eandemque esse adorationem Imaginis, & Imaginati, & talem adorationem finaliter terminari ad Jmaginatum, mediante Jmagine; & sic Caluinus inspiciter Catholicos conatur pungere, & exprobrare, quia non ad Jmaginē, sed ad Imaginatum; non duplici, sed vnica adoratione adorant Imaginem, & refertur ad Imaginatum eiusmodi adoratio. *Caluinus ignarus lib 1 inst. cap. 11. sect. 11.*

Sed sicut hoc assertum Caluini magis excitat risum, quam applicationem; sic id quod sequitur magis prouocat ad indignationem, quam ad ridendum; nā impius Hæresiarcha conatur excusare Gentiles, qui Jmagines adorabant; & Catholicos damnare, qui Jmaginatū mediante Imagine adorant, illis antiquis carminibus contra Gentilitatem iam efformatis. *Olim truncus eram, &c.* & sic de eodem errore Caluinus duos iudicaturus, vnum excusat, nempe Gentiles; alterumque damnat, nimirum Catholicos. Vide igitur lector ingenuè, quale contra Orthodoxos Caluinus venenum nutriat! sed nunc sui liuoris inter tartareos Basiliscos adaptatas pœnas persoluit. Audiamus eius verba. *Nec ita stupidi Ethnici credendi sunt, vt non intelligerent Deum alium esse, quam ligna, & lapides.* *Caluinus Ethnicorum Protector Catholicorum Antagonista, & cur?*

Sed certè Caluinus rationem præsefert protegendi gentiles, quia cum ipse profiteatur Atheismum, magis debet ad Ethnicos accedere, quam ad Catholicos.

Ad propositum ergo redeundo dico, diuersimodè Gentiles adorare imagines ab ipsis Catholicis, nam ipsi adorabant pro Diis illa obiecta, quæ talia non erant. Item adorabant arbores, lapides, &c. cum opinione, quod intra talia obiecta Deitates latarent; & tandem circa tertium modum adorandi, neque nobiscum conueniebant Gentiles (vt insipienter Caluinus affirmat) nam licet adorassent imaginatum, mediante Imagine, attamen in huiusmodi adoratione interueniebat ille error, quem supra demonstrauimus, nimirum, quod per talem Imaginem adorabant obiectum adoratione indignum. At vero Catholici adorant Imaginatum, mediante Jmagine, sed tale Imaginatum est dignum omni adoratione sibi debita, scilicet, vel Duliæ, vel Latriæ, &c. Vnde euidenter constat ex dictis, Catholicos in adoratione minimè cum Ethnicis conuenire. Et sic breuiter epilogando, quæ dicta sunt

sunt, assero Catholicos adorare Imaginem, non qua Imago est, neque credendo, quod Imago Deus sit, vel Sanctus, sed quia continet, vel representat Deum, vel Sanctos, ad quos nos dirigimus finaliter nostras adorationes, & sunt adoratione digni.

Dubia examinanda in præsenti capite.

Sed videamus nunc gradatim, num melius foret non vti Imaginibus, nec ne? Num ipsa Natura hanc Imaginum venerationem excludat? Nũ lex Mosaica talem adorationem prohibuerit? Num Euangelium eam refellat? Num à Conciliis Iconum adoratio fuerit aliquando damnata? Num Sancti Patres talem Imaginum venerationem vnquam reiecerint? Num vsus venerandi Imagines recens sit, an vero vetustus? & tandem, num talis vsus sit tam nouissimus, vt non sit ei adhibenda fides?

Et vt ordiuatè procedamus, à primo quæsito exordium sumo, pro cuius declaratione præmittendum est, certum esse physicè, & à parte rei nos posse sine imaginibus Deum, vel Sanctus adorare, vt sæpè experimur, quod nocturno tempore, & in tenebris, quando imagines visibiles non sunt, adhuc conceptus adorationis formamus At non omnia, quæ licent expediunt; Dico ergo, quod non solum non infert dãnum vllum sacrarum imaginum vsus, sed quod potius maximam afferat vtilitatem, cum nostram erga Sanctos, & Deum excitet deuotionẽ. Quod hoc sit verum debemus esse memores in homine tres reperiri Potentias, nimirum memoriam, intellectum, & voluntatem; hoc in memoriam reuocato, dico quod vnicuique istarum Potentiarum maximè prosunt Sacræ Imagines, quia mediantibus ipsis In fidelium memoria reuiuiscunt species beneficiorum Dei. Intellectui representantur historiæ, & opera Dei, Sanctorumque suorum; & tandem voluntas istis obiectis magis, magisque inflammatur amore erga Deum, suosque Sanctos; & sic generaliter in omnibus sacræ Imagines deuotionem excitant, & augent; nam negari non potest illud adagium, quod, *Segnius irritent animos demissa per aures, quam, quæ sunt oculis subiecta fidelibus*. Maximè enim mouent animum nostrum obiecta visibilia, quam inuisibilia, *cum omnis nostra cognitio ortum habeat à sensu*. Unde Gregorius Magnus, vt Sanctarum Imaginum vtilitatem patefaceret eas metaphoricè vocauit *Libros*, seu volumina hominum simplicium, & rudium.

Quid scribat Caluinus de Gregorio Magno.

Sed audiamus Caluinum, quid de tam sancto, erudito, maximoque Pontifice sentiat. Ecce Caluinistica verba. *Si schola spiritus Dei edoctus fuisset Gregorius, numquam ita locutus fuisset.* Sed quis poterit risum continere, dum hæc deliria legit Bacchantis Caluini? Mirum certè, & verè mirum, quod vir Atheista sit in vera schola Spiritus Dei edoctus; & Pontifex, tam titulo doctrinæ, quam sanctitatis maximus, vti Gregorius, quẽ veluti Cœlestem Magnatem adorat Ecclesia, cœteriq; Sancti non fuerint in Gymnasio Spiritus Sancti edocti, sed potius per impium Hæresiarcham, nunc, *aliquid humani passi sunt*, nunc, *mandato Dei, & legitimo exemplo destituti sunt*; nunc, *lapsi sunt*; nunc, *in*

scho-

ſchola Spiritus Dei edocti non ſunt? Solus igitur Caluinus (forſitan, quia Ioannes vocatur, eſt Diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus) teſtimoniū perhibet de ſeipſo? ementitur impius, imo ſcimus, quia falſiſſimum eſt teſtimonium eius. O blaſphemias! ò aſſerta execranda! ò impudentiam phreneticantis dignam certè æternis flagellis, illis quippe, quibus in inferis æuiternaliter flagellatur eius dementia.

Neque obſtat id, quod aliquis Hærericus poſſet dicere, nimirum in adoratione imaginum reſpectu virorum ſimplicium, & ruſticorum poſſe intercedere periculum, ſcilicet, quod adorentur ab eiſdem, tamquam obiecta principalia dictæ Imagines, & ſic Idolatriā comitterent; vnde ad iſtud euitandū periculum melius foret, ſi de medio tollerentur.

Ad hanc doloſam inſtantiam Reſpondeo, quod ſi ipſa admitteretur, oporteret etiam de medio tollere Solem, & Lunam, quia aliquæ Nationes, vt Perſæ, &c. hos Planetas tamquam Deos adorabāt. Oporteret etiam de medio tollere Sacramenta, quia Sortilegi, Striges, Magi, & ſimiles perſonæ illis abutuntur. Imo oporteret etiam cibum interdicere, quia multi ob nimiam repletionem ventris in læthales incidunt morbos; ergo propter talem timorem non ſunt Imagines auferēdæ, cum tantam afferant fidelibus vtilitatem, vt ſupra diximus. Præterquam quod ceſſat hoc periculum, nam rudes, & ſimplices adorando Imagines intentioni Eccleſiæ Romanæ ſe conformare intendunt.

Probato igitur, quod vtiles ſint Imagines, concluditur quod non ſūt Naturæ contrariæ; at ego ex hac illatione non ad plenitudinem contentus progredior vltra, & dico, quod non ſolum Natura non abhorret Imagines, ſed neque poteſt ſine aliqua Imagine obiectum adorari, nam quomodo intelligentur obiecta, quæ non cadunt ſub ſenſu, niſi per ſpecies? Sed quid aliud ſunt ſpecies, quam phantaſiatæ Imagines, quæ nobis obiectum abſens, vel ſenſibus incognitum repreſentant? hoc ſuppoſito ſic argumentor. Natura non ſinit nos cogitare de Chriſto, niſi mediante imagine ſenſibili, ſiue corporea eiuſdem Chriſti; ergo Natura requirit imagines. Probatur antecedens. Ad adorandum requiritur præcedens cognitio obiecti adorandi; ſed hæc imago interius efficta, ſiue formata, eſt imago obiecti corporei; ergo Natura non ſinit nos cogitare de obiectis, niſi mediis imaginibus; ergo imagines, non ſolum non ſunt naturæ contrariæ, ſed potius requiruntur ad adorationem obiecti abſentis.

Species Phantaſticæ ſunt imagines obiectorū.

Natura requirit imagines, ſine quibus non intelligit obiecta.

Sed inſtant Caluiniſtæ. Sacra Scriptura prohibet imagines; ergo ſūt de medio tollendæ. Probatur antecedens. Exodi cap. 20. & Deuteronomii cap. 5. legitur. *Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, quæ in Cœlo eſt deſuper, & in terra deorſum, nec eorum, quæ ſunt in aquis ſub terra, non adorabis ea, neque coles*, ergo reiiciēdæ ſūt Imagines. Reſpondeo primo; quod antecedenter ad verba allegata, leguntur hæc alia. *Non habebis Deos alienos coram me*; ergo quando Deus ſubiungit, *Non facies tibi ſculptile, &c.* conſequenter, & vniformiter ad prima verba loquitur, nimirum, ne facerent aliquam ima-

Caluiniſtarum inſtantia, & ſolutio.

Digitized by Google

ginem Iouis, Saturni, Belial, &c. ex materia sculptili; at non prohibuit, ne facerent imagines adoratione dignas, nempe Dei. Error itaque non cadit in adoratione, mediantibus imaginibus, sed in adoratione obiectorum adoratione indignorum.

Prohibentur à Scriptura Imagines adoratione indigna.

Respondeo secundo responsione collecta ex sequentibus verbis adducti textus, & dico, quod Deus ibi prohibuit imagines propter adorationem ipsis indebitam subiungendo. *Non adorabis ea*, non quia imagines erant, sed quia indignę erant adorari, quod adhuc concedimus nos Catholici, (vt supra dixi) nam imagines, quibus indebita est adoratio, minimè debent venerari, illæ scilicet, quæ representant obiecta veneratione indigna, nam vt sic certè Idolatria esset; at Ecclesia Catholica secus docet. Quod hoc sit verum probatur ex alio textu Leuitici cap. 26. vbi dicitur. *Non facietis vobis Idolum, & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, vt adoretis eum* (audi Caluine) *ego enim sum Dominus Deus vester*, Ecce quomodo prohibentur Imagines adorari, quia adoratione dignæ non sũt. Confirmatur hoc historia Ænei serpentis, qui Diuino iussu fuerat fabricatus, vt curaret Hæbreos venenatos à morsibus serpentum; at post quam Hæbrei cæperunt illum adorare, fuit prohibitus, & à Rege Ezechia sublatus, ob idolatriam, quam circa ipsum exercebant Hæbrei eum adorando. Præterea, nonnè Deus iussit, vt fierẽt Imagines Cherubim in Propitiatorio; & in Templo Leonum, Boum, Palmarum, malorum punicorum, & aliorum eiusmodi generis? at non ad finem, vt adorarentur, sed tantummodo ad ornatum iussit tales construi imagines; ergo à Scriptura non sunt interdictæ imagines, nisi ne adorarentur, & hoc quia dignæ adoratione non erant.

confutatur Caluinus ad hominem.

Sed denuo respondere ad hominem intendo, & Caluinum tali responsione confutare. Dato quod à Scriptura veteris testamenti prohiberentur imagines; ergo idem ritus seruandus erit in Ecclesia Dei? negatur mordicus consequentia; & ratio negationis desumitur à ratione à Caluino adducta. Caluinus namque volens infringere Scripturam à nobis allegatam ad probandum dari Purgatorium, respondens ad authoritatem textus secundi libri Machabæorum, sic scribit. *Plusquam fatui sunt, qui sacrificium legale ad nos vsque trahunt, quando aduentu Christi scimus cessare, quæ tunc in vsu fuerunt*; hæc Caluinus, ergo (ego deduco) licet in Synagoga vetitæ fuissent imagines, non propter hoc debent in Ecclesia prohiberi; *quia per aduentum Christi* (secundum Caluinum) *scimus cessare, quæ tunc in vsu fuerunt*, Audi Caluine, & memorare, mendacem oportere semper esse memorem.

Ex his igitur colligimus, quod tempore Moysis, siue Synagogæ, necesse fuit Hæbreis Imagines interdicere; Tum quia erant sic proni, & dispositi ad idolatriam, taliter, quod etiam quando regebantur à Deo, adhuc Idola quærebant, dicendo, & instando apud Summum Sacerdotem Aaron; *fac nobis Deos, qui nos præcedant*. Tum quia propinqui

Digitized by Google

qui erant regionibus Idolatris, qua proprer expediebat, vt omnis adhiberetur prohibitio, vt tolleretur causa idolatrandi, sicuti erant imagines. At in Ecclesia Catholica sunt procul huiusmodi pericula idolatrandi, cum ferè quotidie canat. *Simulacra Gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum; os habent, & non loquentur, &c Deus autem noster in Cœlo.* Quod si sic res se habet, quale in Ecclesia Catholica Hæretici periculum idolatrandi intuentur ex eo, quia permittit imagines? sed vt dicebam in veteri Testamento non fuerunt interdictæ simpliciter imagines, sed tantummodo Deorum effictorum ab humana cœcitate, & neque hoc absolutè fuit vetitum, sed illis tantummodo, qui animum propensum, & voluntatem habebant ad eas adorandas.

Noua Caluini instantia, qua refellitur.

Sed iterum instat Caluinus sic. Euangelium interdicit Imagines, ergo sunt expellendę. Probatur assumptum. Apud Joannem capite 4. Christus Dominus dixit mulieri Samaritanæ. *In spiritu, & veritate oportet adorare*, ergo imagines sunt comburendæ. Respondeo, quod vtique in spiritu, & veritate Deus debetur adorari, quia si mens procul est à Deo, parum Deo grata est nostra adoratio; at textus non refellit, quod ad hoc, vt nos excitemur ad talem adorationem spiritualem non sint vtilissima media corporea, & sensibilia, vti sunt imagines, vel figuræ Sanctorum. Itaque Deus spiritu adoratur, *nam si cor non orat, in vanum lingua laborat*; Sed vult Deus, quod nos vtamur figuris sẽsibilibus, vt excitemur ad talem adorationem, & orationem spiritualẽ faciendam. Totum hoc euidenter ostendo, tam ex Diuinis præceptis, quam ex Caluinistico vsu, & primo; Nonnè Deus præcepit Dauid, & Salomoni, vt sibi Templum, in quo specialiter adoraretur, ædificarent? vtique; at Templum corporeum, & sensibile erat; ergo ruit Hæreticorũ instantia. Secundo; Caluinus cur in sua Pseudoecclesia Templa permittit, quæ materialia sunt, in quibus cum sequacibus Deum adorat? Cur Prædicantes permittit, cum vox adhuc sensibilis sit? cur Sacramenta aliqua, quæ corporea. & sensibilia signa sunt concedit? certe debet respondere, quod non alia de causa, nisi, vt per hæc signa sensibilia ad deuotionem, & adorationem spiritualem ipse excitetur; & sic media sunt sensibilia, quia aptiora sunt ad spiritus adorationem excitandam.

Iterum conuincitur ad homines.

Sed vt mitius cum Caluino agam, nullam de expositione allegati textus Ioannis à me data volo rationem haberi; sed cum hac conditionę, vt sicut me ipsum externo committo iudicio, sic pariformiter agat Caluinus. Videamus ergo, num Sancti Patres exponendo adductum textum Ioannis cap. 4. per ipsum excludant Imagines. Sit Primus Gregorius Nazianzenus, qui exponit, quod *adorare Patrem in spiritu, & veritate*, est adorare eum cum filio, & hoc denotat ly (*in veritate*) *& in spiritu*; ideſt cum Spiritu Sancto. Colligitur ne Caluine ex hac expositione imaginum aliqua exclusio? secundo sic exponit Augustinus. *Adorare in spiritu, & veritate nil aliud est, nisi fide, spe, & charitate*

Expositio à Sanctis Patribus data textui Io: cap. 4.

Digitized by Google

in Deum tendere. Habetur ne Caluine ex hac Auguſtini expoſitione aliqua interdictio cultus erga ſacras imagines? Tertius eſt Chriſoſtomus ſic exponens. *Adorare in ſpiritu, & veritate nil aliud eſt, niſi in noſtris orationibus, & petitionibus habere pro obiectis ſpiritualia, & non temporalia*. Vbi eſt Caluine in hac expoſitione Imaginum excluſio? Quartus eſt Origenes, qui ſic exponit. *Adorare eſt idem, ac expectare in alio ſeculo remunerationem ſpiritualem, non corporalem*. Ex hac expoſitione non colligitur, mi Caluine, ſacrarum imaginum reiectio. Quintus eſt Hilarius ſic exponens. *Adorare in ſpiritu, & veritate, eſt adorare libertate, & hilaritate Chriſtiana*. Adeſt ne Caluine in hac expoſitione ſacrarum Imaginum ablegatio? Tandem Teophilatus ſic exponit. *Adorare in ſpiritu, & veritate eſt ſeruire Deo coniunctim cũ intellectu, & voluntate*. Dic ergo Caluine refelluntur ne ab iſtis expoſitionibus ſanctorum Imagines? ſed audi Hæreſum Cloaca aliam Origenis expoſitionem, qua transfigitur tua ſacrilega lingua. *Illi ſoli adorant in ſpiritu, & veritate, qui adorant in vera Eccleſia Dei*. Dicas nũc impiè, eſt ne tua Geneuẽſis Pſeudo eccleſia Eccleſia Dei? mentiris, ſi id affirmare audes, nam prioribus capitibus huius operis ſatisliquido probaui ſolam Romanam eſſe Catholicam veramque Dei Eccleſiam; Caluiniſticam vero Synagogam eſſe Diaboli, lycæumquæ hæreſum, & errorum.

Noua Caluini obiectio, ac ſolutio.

Sed iterum ſtrepit Caluinus vociferando. Concilia damnarunt, fregerunt ſacras Imagines; ergo ſunt reiiciendæ, infringendæ, comburendæ. Probat Caluinus aſſumptum tali pacto. *Synodus Coſtantinopolitana ſub Leone Tertio Imperatore congregata decreuit ſubuertendas eſſe, & infringendas imagines*, ergo ita ſeruari debet. Præterea Concilium Elibertinum canone 36. ſic ait. *Placuit Picturas in Eccleſia eſſe non debere*; ergo reiiciendæ omnino erunt imagines.

Concilii Eliberſini verba.

Caluinus habet Catholicos pro fatuis.

Reſpondeo primo me maxime admirari Caluini impudentiam, & ignauiam, dum Catholicos exiſtimat cæcos, ſurdos, claudos, irrationales, inſenſibiles, ipſiſque ſenſibus orbatos, nam ipſum non pudet ſub noſtris exponere pupillis conciliabulum, ſchiſmaticum, Hæreticale, & vere Caluino dignum, nempe illum adductum ſub Leone, à Diabolo, non à Deo, vel eius Vicario adunatum Coſtantinopoli, & in nomine Sathanæ congregatum. Sic pariformiter poterat adducere Caluinus pro defenſione Arrii Pſeudoconcilium Ariminenſe; vel pro tuendo Dioſcoro Conciliabulum Epheſinum; vel pro firmandis ſuis propriis erroribus offerre, & exhibere Conciliabula Geneuenſe, Bernenſe, & Lauſanenſe, nam ſtatim ſuas firmabit inſanias, hæc fatuorum comitia adducendo.

Primum concilium adductũ à Caluino fuit cõciliabulum, non concilium.

Reſpondeo igitur ad ſuã inſtãtiã, quod Leo Iſauricus, ſiue Iconomacus (quod idem ſonat, ac imaginum deſtructor, & perſecutor) in odiũ Romani Pontificis, partim blanditiis, violentiis partim, congregauit tercentum circiter Epiſcopos Coſtantinopoli, & ipſo Leone aſſiſtẽte, coegit dictos Antiſtites, vt ſancirent, confringendas eſſe ſacras imagines

gines. Quapropter cum hæc hæreticalis petulantia ad aures Adriani secundi peruenisset, tunc temporis Petri Cathedram occupantis, statim apud Nicenam Vrbem, generale, & legitimum congregauit Cõcilium, in quo totum id, quod sancitum fuerat in Pseudosynodo Constantinopolitana, fuit reprobatum, & damnatum. In isto Pseudoconcilio interfuit Paulus Patriarca Costantinopolitanus, qui tandem agẽs animam, omnibus modis, expressionibus, dolore animi, quo potuit coram Costantino Imperatore, eiusdemque matre Irene maledixit, detestatus est, & abiurauit omnia in tali Conciliabulo acta. Ecce quale Concilium ad tuendos suos errores Caluinus adducit.

Paulus Patriarcha Constantinopolitanus agens animam se retractauit de omnibus, quæ in conciliabulo Costantinopolitano sanciuerat.

Ad secundum Concilium à Caluino adductum, nempe Elibertinum canone 36. quod quidem fuit Prouinciale, sed legitimum, ex decem, & nouem Episcopis integratum; vbi sancitum fuit. *Placuit picturas in Ecclesia esse non debere.* Antequam respondeam, & talis decreti causã assignem, quæro à Caluino, cur ipse non acceptat omnia in adducto concilio sancita? Hoc concilium canone 23. *præcipit ieiunia*; & tamen Caluinus ad instar veneni abhorret ieiunia. Item idem concilium canone 19. 29. & 33. *ordines sacros distinguit*; & tamen Caluinus hos ordines mordicus negat. Et tantum canonem trigesimum sextum adducit, quia cogitat ipsum contra Catholicos robur habere. O fraudẽ, ò Vulpem? sed redeo ad responsionem cathegoricam; & prius repeto id, quod alibi tetigi, nimirum quod in Ecclesia Dei Dogmata semper eadem, & inuariata sunt, ac erunt; secus vero ea, quæ ad mores, usum, & consuetudines attinent, iuxta temporum, regionum, occasionum, & circumstantiarum occurrentium variationem consueuit, & debuit variare; nam pro tali differentia temporis in vna regione aliquod erat proficuum, quod alio tempore, & in alia regione, noxium erat. Hoc supposito ad Responsionem accedo, & dico imagines non esse necessarias simpliciter pro exercẽdo diuino cultu, sed benè esse vtiliſſimas; quapropter si aliquando ad euitandum aliquod scandalum Ecclesia ordinaret in aliqua regione remouendas esse Imagines, vtique sancire hoc posset, & nos teneremur tales imagines de mẽdio tollere. Habuit ergo pro motiuo Cõcilium Elibertinum ordinandi remotionem imaginũ ab Ecclesia in illa Prouincia illis adductis verbis *Picturas in Ecclesia esse non debere, nec in parietibus depingi*. Vbi (& hoc obiter dico) deberet reflectere Caluinus, quod allegatum Concilium solas picturas in pariete, non omnes Picturas, vel imagines interdixit. Item debet aduerti, quod ex particulari prohibitione vnius Prouinciæ non debet desumi vniuersale interdictum, nam in tali Prouincia possunt interuenire motiua talia, vt interdicantur, quæ non interuenient in alia, & eo magis in Vniuersalitate Ecclesiæ. Audiat nunc Caluinus historiã talis interdicti Concilii Elibertini. In præfata Prouincia tunc temporis Ecclesia maximam sustinebat persecutionem, & inuasionem ab Infidelibus, Hæreticis, &c. qua propter Christiani cogebantur deserere templa, seipsos pedibus commendando. Hostes postea introgressi Templa, ea pro-

Retorquetur argumentum Caluini.

cur Concilium Elibertinum, Imagines, siue Picturas interdixerit?

pha-

Digitized by Google

phanabant, deuastabant, sacras imagines percutiebant, vulnerabant, deturpabant, contaminabant, &c. sicut tempore Caluini, & Lutheri euenit, & ad præsens apud Hæreticos adhuc est in praxi apud Germaniam, Galliam, Belgiam, Daniam, Hollandiam, Angliam, Hiberniam, Scotiam, Heluetiosque; Unde Episcopi illius Prouinciæ feruenti zelo, erga sacras imagines affecti, ne istæ sic sacrilegè tractarentur decreuerunt, vt imagines ligneas, vel marmoreas, vel alio modo mobiles secum in fuga fideles alio deportarent, nec tales imagines amouibiles interdixit; cum possent præseruari ab Hæreticalibus iniuriis eas alio asportando; secus verò statuit de imaginibus in pariete depictis, quia cum huiusmodi figuræ non erant amouibiles, subiectę erant Infidelium Hæreticorumque ludibriis; vnde, vt ab huiusmodi iniuriis sacras imagines præeriperent, satis piè Antistites Concilii Elibertini decreuerunt, ne in posterum durante tali persecutione sacræ imagines in parietibus depingerentur. Hoc igitur fuit motiuum prohibitionis adducti Concilii; an hoc interdictum postea faciat pro Caluino, vel Luthero, vel pro amborum sequacibus, qui fatuus non est optimè percipit.

Concilium secundum Nicenum, Romanum, Francfordiense, & Tridentinum pro sacris Imaginibus.

Sed scire vellem ab Hæreticis, cur non adducunt in hac materia Concilium secundum Nicenum, Romanum, Francfordiense, & Tridentinum, quæ expressè sunt pro sacris imaginibus? dicam ego, quia Corui semper ad putrida recurrunt cadauera, viuas tamen refellendo carnes, & anima corrupta ad marcida fertur.

Accedo tandem pro sacris Imaginibus ad Sanctorum Patrum testimonia, sed hic non multum mihi necesse est facere moram, nam Caluinus gratis concedit omnes Sanctos Patres pro sacris Imaginibus pugnare, præter quatuor, qui suo iudicio sunt isti. *Lactantius, Eusebius, Epiphanius, & Augustinus.* Priorum duorum Caluinus non assignat loca, vbi sacris Imaginibus aduersentur, sed nimis sobriè de ipsis loquitur his verbis. *Legantur, quæ de hac re Lattantius, & Eusebius scripserunt, qui pro certo asserere non dubitant mortales fuisse omnes, quorum simulacra visuntur.* Hæc sunt Caluini verba; at insipiens Hæresiarcha non legit his duobus Authoribus, de quibus qualibusque imaginibus ambo loquantur. Vterque enim istorum detestatur Gentilium Imagines, Paganis obiiciendo, quod ipsi, nonnisi obiecta mortalia pro Diis adorabant. Sed hoc quid probat contra Catholicos? At è contra tacet, & silentio commendatum relinquit id, quod scribit Eusebius libro 3. in vita Costantini Imperatoris cognomine magni; nempe eidē Costantino à Deo maximam fuisse Crucis Imaginem representatam, comitante tali visione vox de Cœlo ad eundem Costantinum directa. *In hoc signo vinces.* Audi Caluine quid Eusebius ad propositum de sacris Imaginibus scribat.

Caluinus falso adducit quatuor Doctores contra sacras Imagines.

Eius verba.

Dolus Caluini.

Circa postea id, quod Caluinus asserit de Epiphanio, adducendo eūdem locum Epiphanii ab Hæreticis Iconoclastis allegatum, audiamus quæso secundum Nicenam Generalem Synodum, quid de hoc loco Epipha-

phanio appropriato sentiat. Ecce præfati Concilii verba. *Ecclesia Catholica merito detestatur, quando à Beato Patre nostro Epiphanio dictũ refertur, cum illius non sit* (audi attentè Caluine) *Apage, cum ista impia, & intolerabili allegatione commentarium reiicimus; ipsum vero Patrem Ecclesiæ Sanctæ Doctorem agnoscimus.* Placet ne tibi Caluine hæc tam Sacrosanctæ Synodi Nicenæ simphonia? *Secunda Nicena Synodus reſellit tamquã falsam authoritatem Epiphanii à Caluino adductam.*

Remanent ergo Augustinus à Caluino citatus examinandus. Non assignat locum Caluinus, vbi Sanctus Doctor excludit imagines (vt impius asserit) at ego pro quanto opera Augustini peruolutauerim solummodo ista paucula verba pro præsenti inueni materia. Sed attentè debet audire Caluinus, num adducenda verba tãti Doctoris suum tueãtur errorem, an potius sacras defendant imagines. In primis Augustinus lib. 1. de consensu Euangel cap. 10. sic scribit. *Ethnici pluribus in locis Christum, Petrum, & Paulum simul pictos viderunt; quia merita Petri, & Pauli, etiam propter eamdem passionis diem solemniter Roma commendat.* Item in tractatu de Visitatione infirmorum ita loquitur. *Habent Christianorum Arcana illius Dominicæ Crucis, quasi quoddam venerabile monumentum, quod de Crucis ipsius imagine Crucem cognominant, quod & nos* (audi Caluine) *dignissimum veneratione fatemur, & in recordationem Crucifixi veneramur.* Item super Psalmum 141. ait. *Vsque adeo de Cruce non erubesco, vt non in occulto loco habeam* (audi Caluine) *effigiem Crucis Christi, sed in fronte portare cupiam.* Dica; nunc Caluinus adducta Augustini verba tuentur, an potius refellunt Imagines? ergo semper sibi mendax, falsusque semper. *Quid sentiat Augustinus de Imaginibus.*

Non solũ circa substantiã præsentis dogmatis ementitur Caluinus, sed vlterius de falsitate etiam, quo ad circumstantias euincitur impius Hæresiarcha asserendo, quod ante secundam Nicenam Synodum in Ecclesia non reperiebatur vsus sacrarum Imaginum. Sed primo ad hominem retorquendo argumentum sic Caluinum confundo. Caluinus adduxit pro se (vt supra vidimus) conciliabulum Costantinopolitanũ sub Leone Isaurico, in quo prohibitæ fuerunt imagines; sed huiusmodi Pseudoconcilium præcessit secundum Concilium Nicenum; ergo ante hanc Pseudosynodum Ecclesia adorabat Imagines, quia prohibitio respicit rem existentem, & eam præsupponit; ergo veneratio sanctarũ Imaginum præcessit secundum Nicenum concilium; ergo iuxta consuetum falsus in suis assertis Caluinus. Item ante hanc secundam Nicenam Synodum, immediatè tunc, quando Leo impugnabat Imagines, nonnè Gregorius Tertius Romæ congregauit aliud Concilium septuaginta Episcoporum, in quo impietas conciliabuli Costantinopolitani fuit damnata? vtique, nam secunda Nicena Synodus celebrata fuit anno Domini 774. at Gregorius Tertius occupauit Petri Cathedrã anno Domini 731. qui hunc Leonem Tertium excommunicauit, ac Imperio priuauit; sed ab anno 731. vsque ad annum 774. intermediant anni 43. ergo spatio totidem annorum Concilium Romanum sub Gregio

Nouæ Caluinì falsitas.

Confutatur ad hominem primo.

confutatur secundo.

Concilium Romanum sub Gregorie tertio dãnauit acta Conciliabuli Constantinopolitani.

Digitized by Google

gorio Tertio præceſſit ſecundam Nicenam Synodum; ergo Caluinus ſibi ipſi mendax ſemper. Præterea anno 590. nonnè Gregorius Magnus ſcripſit Epiſcopo Marſiliēſi, eum exhortando, ne motiuo inordinati zeli auderet ſacras Imagines ab Eccleſia ſua Diœceſana auferre? vtique; ergo vſus ſacrarum Jmaginum præceſſit ſecundam Nicenam Synodum. Item, nonnè anno 328. Athanaſius ſcripſit miraculum illius Imaginis, quæ ſanguinem copioſum effudit ex ictu ab illo Hæbreo accepto? vtique; at hic caſus præceſſit ſecundum Nicenum Concilium; ergo Caluinus falſiſſimus ſibi ſemper. Jtem prima Nicena Synodo, nōnè inter Patres fuerūt libri perlecti de ſacris Jmaginibus tractātes à Leōtio Epiſcopo Neapolis Cypriæ, & à Diuo Baſilio editi? vtique, ergo mēdaciſſimus Caluinus.

confutatur tertio.

confutatur quarto.

confutatur quinto.

Sed arctius Caluinum transfigo hoc modo. Auguſtinus ſcribit Lucā Euangeliſtam plures depinxiſſe Jmmaculatæ Virginis Matris Dei Imagines, ex quibus aliquas ego vidi; ergo aut ementitur Auguſtinus; aut Lucas cenſendus eſt idolatra, qui tales depinxit Imagines, & veneratus eſt; aut delirat Caluinus; non primum, neque ſecundum; ergo tertium. Item ſcribit Euſebius Cæſarienſis libro 7. hiſt. cap. 14. quod Hemorroiſſa Euangelica à Chriſto liberata Cæſaream regreſſa erexit Chriſto Domino ſtatuam, circa quam herba orta eſt, quæ fluxum ſanguinis mirabiliter curabat; ergo aut Euſebius emētitur; aut talis Emorroiſſa idolatra fuit; neutrum eſt dicendum; ergo inſanus Caluinus. Itē ſcribit Nicephorus libro 2. cap. 7. quod ipſemet Chriſtus donauit propriam effigiem in linea depictam, ac Abagaro Regi Edeſſæ miſit; ergo aut ementitur Nicephorus; aut fuit Redemptor Noſter idolatra? at neutrum iſtorum eſt verum; ergo inſipientiſſimus, & impius Caluinus; & tandem ſic perfidum Hæreſiarcham confundo. Nonnè Chriſti Corpus in Sacra Syndone, quæ Taurini ſeruatur, & reuerenter adoratur ſuā impreſſam reliquit figuram, vt hodierna die liquido conſtat? ergo Chriſtus præbuit ſuæ Eccleſiæ cauſam idolatriæ; vel illa tam Venerabilis Reliquia debet comburi; hæc ſequuntur ex brutali Caluini aſſerto; ergo Brutus eſt talium abſurdorū artifex.

Strictius arctatur Caluinus.

Si talis eſt, cum iumentis locum habeat,
& baculo doceatur.

CA-

Digitized by Google

CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM

In quo ostenditur realis præsentia, & existentia Corporis, & Sanguinis Christi in Sacramento Altaris.

CIrca Sacramentum Eucharistiæ variæ sunt Hæreticorum erroneæ opiniones; sed omnes ad duas reducuntur insanas, seu blasphemas sententias. Prima est Oecolampadii, & Vlrici Zuinglii. Ambo isti asserunt sub Hostia consecrata non contineri Corpus Christi; nec sub vini accidentibus eius Sanguinem. Secunda est Lutheri asserentis è conuerso cum Catholicis sub Eucharistia existere verè, & realiter Corpus Domini cum Sanguine; sed contra Catholicos addit, cum eodem corpore, & sanguine coexistere etiam substantiam panis, & vini. *Omnes Hæreticorum errores circa Eucharistiam ad duo reducuntur capita.*

Caluinus postea sequitur errorem Zuinglii, & Oecolampadii, nempe negat existentiam prædictam, sed huic negationi addit, quod fideles ore fidei spiritualiter manducant Corpus Dominicum, siue communicantur, ideſt imaginantur sumere illud Corpus in anima, quod re vera eorum os non sumit. Nos vero Catholici oppositum sustinendo credimus, & asserimus contra Oecolampadium, & Zuinglium, quod verũ Corpus, & Sanguis Christi Domini in Eucharistia reperitur; & contra Lutherum postea demonstrabimus, non solum cum Dominico corpore non coexistere panis substantiam; sed potius ipsam panis substantiã, transunstantiari, seu totaliter transire in Corpus Christi; & tandem contra Caluinum probabimus nos Fideles ore corporeo sumere verum Corpus, & Sanguinem Christi, & non modo à Caluino effecto, nimirum ore fidei, seu potius imaginario, ipsum corpus spiritualiter comedere. *Lib. 4. inst. c. 17 sect. 12. & seq. Caluinus sequitur errorem Zuinglii, sed cũ additamento, & etiam cap. 13. sect. 14.* *Catholicorum sententia.*

Vt hæc dogmata firmiter stabiliantur, & Hæretici mathematicè cõfundantur in memoriam reuocandum est eorumdem Hæreticorum assertum in exordio huius operis capite primo declaratũ, nimirum omnia dogmata, & cuncta, quæ credere debemus ex nuda, & grammaticali sacræ Scripturæ significatione desumenda esse, taliter quod non sint audiendæ Patrum expositiones, neque Conciliorum sanctiones, neque Ecclesiæ Traditiones. Ecce in promptu Hæreticorum textus hic replicatus. *Verba Diuina accipienda sunt iuxta Grammatica nudam intelligentiam, ita vt nec liceat eiper Angelum, ne dum per hominem vim vllam fieri, ne detur occasio Aduersariis Scripturas eludendi.* Huic pestilenti doctrinæ licet nos Catholici non hæreamus, vt suo loco dictum *Hæretici expugnantur ad hominem.*

Digitized by Google

est; attamen, vt ex veneno conficiamus antidotum, & ex Vipera Theriacam, pro nunc tantummodo contenti sumus hac eorum vti doctrina, quæ nobis consentanea foret, si dumtaxat remoueretur ly (*semper*) vt mordicus sustinent Hæretici; nam nos adhuc vtimur sensu literali, at non semper, sed quando, & quomodo oportet, & bene sonat; secus vero quando occidit, quia tunc ad spiritum viuificantem recurrimus, nempe ad alios Sacræ Scripturæ sensus. Hoc suppositio accedo ad substantiam dogmatis.

confutantur vi gore litera.

Negant Oecolampadius, Zuinglius, & Caluinus realem existentiã Dominici corporis in Eucharistia; sed audiamus queso quid de eorum opinione declaret literaliter Scriptura. Apud Matthæum igitur capite 26. sic legimus. *Accepit Iesus Panem, benedixit, ac fregit, deditque Discipulis suis, & ait. Hoc est Corpus meum; & accipiens Calicem gratias egit, & dedit illis dicens, bibite ex hoc omnes. Hic est enim Sanguis meus, noui Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Quibus verbis suppositis sic discurro. ly (*Hoc*) significat materiam indiuidualem. ly (*Est*) verbum positiuum, affirmatiuum, copulatiuum, & identicum censetur cum ly (*Hoc*) & cum ly (*corpus*) ergo denotat veram, realem, actualemque existentiã Dominici corporis sub speciebus Sacramentalibus; ergo delirant Hæretici negando talem existentiam, Præterea si per totam æternitatem studerent Aduersarii ad hoc vt clarè declararent, & cum exclusione omnis expositionis, vel interpretationis, vel æquiuocationis, vel ambiguitatis, lignum esse lignum, verba magis explicita, aptiora, & clara istis non possent inuenire, nimirum dicendo. *Hoc est lignum*; ergo si litera textus dicit. *Hoc est corpus meum*, quomodo in eiusmodi significatione potest cadere expositio; ambiguitas, &c. ergo delirant Aduersarii. Quod si ita litera sonat, omni dubietate semota, cur nolunt Hæretici in isto casu in suis stare principiis? cur ergo, quando eos litera euincit literam respuũt, & ad interpretationes recurrunt? ergo apud Hæreticos tota ratio affirmandi, vel negandi in prauitate voluntatis reposita est; at talis voluntas cum sapiat irrarionalitatis, loris, non argumentis reducenda est ad semitam rationis. Præterea fateantur quæso isti excellentes, seu potius insani Sacræ Scripturæ Expositores, si ego haberem in manu lignũ, & dicerem, hoc non est lignum, sed lignum significat, nonnè in eis risum excitarem de tam fatua mea assertione? Equidem certè; ergo pariformiter ipsi erga Catholicos risum excitant asserendo, quod dum Christus dicit. *Hoc est corpus meum*, talis propositio denotet significationem, non identitatem, siue existentiam Dominici corporis in Eucharistia.

Vlterius discurro; si quando dico. *Hoc est hoc*, significat tantum, siue figurat, & non dicit identitatem; ergo è conuerso, quod dico, *Hoc significat, seu figurat illud*, tunc ego exprimo identitatem vnius termini cum alio, seu hoc esse illud, non vero hoc significare, vel figurare, il-

Digitized by Google

re, illud. At quis non ridebit de insaniis tam maximis Hæreticorum? certè solum Bruta ipsis similia, quæ ridere non possunt. Et tandē concludo; ergo tota eluditur ab ipsis scriptura iuxta eorumdem principia, dum ad expositionem recurrunt; ergo semper falsi, fatuique semper.

Tam clarè sonant adducta verba consecrationis Sacramenti Eucharistici; quod rogatus Lutherus, vt cum opinione Oecolampadii cōueniret hanc (sed Diuina prouidentia ordinatam) roganti dedit responsionem, nempè. *Libenter consentirem, hoc enim pacto maximè crederē posse incommodare Papatui; sed nimis vrgent* (audite Hæretici, & æquę horrescite, & resipiscite) *& nimis clara sunt illa verba: Hoc est corpus meum*. Potest ne aliquid horribilius legi? ergo tota Hæreticorum doctrina inuidiam, liuorem, odiumque pro obiecto, non veritatem habet. *Impia Luther verba.*

Sed redeo ad rem. Tenentur igitur Hæretici reuocare eorum primum firmumque assertum, & Catholicam amplecti sententiam, nimirum non semper standum esse literæ, seu grammaticali significationi, sed ad alios recurrendum esse sensus. Hoc igitur supposito, si scriptura nunc secundum literam est intelligenda, nunc secundum alios sensus est interpretanda, quæro num hæc interpretatio iuxta alios sensus sit in cuiuslibet potestate, aut potius danda est certa regula docens, quando nos debeamus ad sensum literalem accedere, & quando ad interpretationem recurrere? Primum non est dicendum, quod scilicet pro libito vniuscuiusque hoc faciendum sit, ob multitudinem absurdorum, quæ sequerentur, quandoquidem dum Ioannis cap. 14. dicitur. *Pater maior me est*. Arrius vellet hunc textū literaliter sonare; at quando postea idem Joannes cap. 1. ait. *Deus erat Verbum*, Arrius vellet exponere in figura Deitatis; & sic vlterius discurrendum, quisque Hæreticus pro suo libito, & delirio Scriptura abuteretur, & per consequēs tota corrueret Scriptura, nam vnus vellet eumdem textum literaliter sonare, alius exponere mysticè; alius anagogicè; alius moraliter, &c. Ecce quomodo veritas Diuini Verbi procedendo hoc modo nunquam nobis innotesceret; igitur ex his inconuenientibus sequitur necessarium esse aliquam præscribendam esse regulam, vt verum Sacræ Scripturæ sensum agnoscamus. *Hæretici tenentur recedere à solo sensu literali.*

Sed quæ nam sit hæc regula, hoc opus, hic labor est, nam si Catholici recurrunt ad Ecclesiam, Concilia, Sanctos Patres, Traditiones, Historiam Ecclesiasticam, & cœteros hos Magistros, statim refellentur ab Hæreticis, licet à nobis probatum sit exordio huius operis ad Ecclesiam spectare in dubiis decisiones, & regulas tradere. At ego, qui Ecclesiam pro veritatis magistra agnosco, vt arctius Oecolampadium, Zuingliumque illaqueare valeam, pro nunc tantum suspendo hunc ad Eccclesiam recursum pro regula ad scripturarum veritatem agnoscendam, & ab eadem Ecclesia reuerenter peto veniam, quatenus mihi pro hac sola vice dispenset, & à Caluino ego hanc accipiam regulam, vt meos, suosque Aduersarios, vsque ad vltimam proteram necem. Li- *Ecclesia est magistra docens Scripturarum intelligentiam*

Digitized by Google

benter Oecolampadius, & Zuinglius mecum in arenam descendent; dum Caluini armis cum ipsis sum pugnaturus, & eumdem Caluinum pro iudice sumo nostri certaminis.

Regula Caluini pro agnoscendo vero sensu scripturarum quanam sit?

Caluinus igitur hanc tradit regulam pro agnoscenda veritate Verbi Diuini super aliquam Scripturam dubiam, nimirum ad alios textus scripturæ (in quibus de eodem re fit sermo) recurrendum esse pro intelligẽtia, & declaratione illius textus, qui dubiè, vel obscurè loquitur, nam semper in aliquo alio loco eiusdem Scripturæ inueniemus sensus explicantes textum dubium alterius Scripturæ; quasi quod circa secundam Scripturam, quæ debet primam declarare, non possit insurgere dubium, & controuersia, & sic procedendo in infinitum; ex quo apparet quam falsa sit ista Caluinistica regula. At ego (vt dicebam) in hoc casu tantum intendens Caluino, & Oecolampadio benigne complacere, annuo huic regulæ, & accipio Scripturam pro iudice nostrę controuersiæ. Examinemus igitur secundum istam regulam præsens dogma, sed attentè adaperiant aures mei Aduersarii, & patienter ferant si eorumdem Doctrina ipsos transfiget. Apud Matthæum cap. 26. citato Christus dicit *Hoc est corpus meum*. Nos Catholici sustinemus literaliter hunc textũ sonare. Oecolãpadius è contra inquit allata verba istum producere sonum, nimirum. *Hoc significat corpus meum*; vel cum Zuinglio. *Hoc est figura corporis mei*. Ista est nostra controuersia.

Recurramus ergo ad omnes reliquas Scripturas, quæ de hac materia loquuntur pro decisione huius disputationis. At huiusmodi recursum iàm præuideo, quod nostros expugnabit Aduersarios, & Caluinisticas regula suos met commilitones prosternet. Sit prima scriptura textus Marci cap. 14. vbi sic legitur. *Manducantibus illis, Accepit Iesus panem, & benedicens, fregit, & dedit eis, & ait sumite. Hoc est Corpus meum; & accepto calice gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes, & ait illis. Hic est Sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur*. At hic non apparet vmbra significationis, vel figurationis, sed in recto Christus dicit. *Hoc est Corpus meum*. Ergo ita sonat textus, sicut literaliter loquitur. Igitur verè sub accidentibus Eucharisticis existit Christi Corpus, & Sanguis. Secundus textus est Lucæ cap. 22. vbi hæc leguntur verba. *Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens. Hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter, & calicem postquam cenauit dicens. Hic est calix nouum testamentum in meo Sanguine, qui pro vobis fundetur* Sed neque in hoc textu vmbra significationis, vel figurationis apparet; ergo ita sonant verba, sicut litera scribit. Præterea ly (*Hoc*) denotat individualem rem; ergo ly, *Hoc est Corpus meum*, non est significatio, vel figura corporis, sed ipsum met corpus dominicum. Tertius textus est Pauli prima Corinthiorum cap. 11. vbi sic scribit. *Accipite, & manducate; Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hic calix nouum testamentum est in meo Sanguine*. Ecce quomodo in omnibus istis Scripturis nulla videtur mentio, vel saltem allegoria ad signi-

Digitized by Google

significationem, vel figurationem; ergo totaliter delirant Hæretici.

Sed adhuc vociferantur Aduersarii affirmantes hoc euenisse in adductis Scripturis ex eo, quia Euangelistæ scripserunt adamussim eadem Christi verba, & ideo non aliter declararunt sensum talium verborum. *Hæreticorum responsio, & confutatio.*

At hanc voluntariam responsionem sic primo confundo. Si illa erãt eadem Christi verba; ergo ita res se habebat, sicut Christus dixerat, alias ab ipsis non id, quod Christus intendebat exprimere, expressum fuisset, sed aliquid aliud contra Christi intentionem, quod est impiũ de Euangelistis asserere. Præterea multoties id, quod vnus Euangelista vno modo, seu aliquibus verbis scripsit, ab alio Euangelista diuersimode fuit expressum, quo ad verborum conceptus, vt sensum Scripturæ talis Euangelista declararet. Imo etiam Spiritus Sanctus hac forma vsus est cum expositoribus Sacræ Scripturæ, quod patet exemplo; nam illa verba Ioannis cap. 21. textus Grecus sic describit. *Si eum uolo manere*; at in traductione latina, vt omnis tollatur dubietas, legitur. *Sic eum volo manere.*

Sed arctius in Hæreticos irruo tali argumento. Licet Euangelistæ repetant Dominica verba (quod etiam falsum est, quia Marcus, & Lucas à Christo non audierunt talia consecrationis verba, nam in illa cœna non interfuerunt) quid dicendum erit de Paulo, qui toties ex scipso de hoc tractauit, & scripsit Sacramento? Nonnè semel saltem de hac significatione Oecolampadii, vel figuratione Zuinglii mentionem fecisset? equidem certè. At secus res se habet; ergo delirant Hæretici. Minor subsumpta patet potius, quam probatur. Nam Paulus 1. Corinthiorum cap. 10 sic scribit. *Calix benedictionis cui benedicimus, nonnè communicatio Sanguinis Christi est?* sed hic non dicitur, *figura Sanguinis Christi est.* Item ibidem idem Paulus subiungit. *Et panis, quem frangimus nonnè participatio Corporis Domini est?* sed hic neque nominatur figura. Item idem ibidem cap. 11. ait. *Quicumque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè reus erit corporis, & Sanguinis Domini.* Et neque hic nominatur figura. Item ibidem denuò replicat. *Qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini.* At etiam hic procul est omnis figura. Videtur ne igitur verisimile, quod si Sacramentum Altaris figura esset Dominici corporis, quod Paulus in aliquo istorum textuum de huiusmodi figura aliqualem non fecisset mentionem? sed quia deliria sunt Hæreticorum eiusmodi figuræ, ideo Paulus veritatis Doctor ad delirantes has remisit insanias. *Arctantur Hæretici.*

Sed relinquamus Paulum, & ipsummet Christum pro iudice præsentis controuersiæ assumamus, nam adhuc cum Iudæis de hac materia disputantibus, iudicem se constituit. Apud Ioannem cap. 6. Saluator noster exaggerando suam carnem in cibum, & sanguinem in potum se fore daturum hominibus, viri Capharnaitæ (ad instar Oecolampadii, & Zuinglii) hæc audiendo, iudicantes hoc nimis durum posse realiter, & non figuratè adimpleri, ad propositionem Christi dicentis, *Panis quem* *Capharnaita ad instar Hæreticorum dubitantes de Sacramentali transubstantiatione confunduntur à Christo Domino.*

Digitized by Google

quem ego dabo caro mea est; replicarunt, & institerunt. *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* quasi dicerent; si hoc realiter, & non in figura intelligatur, quomodo impleri poterit? sed ad hanc instantiam audiamus, quid Christus responderit. *Amen, Amen* dico vobis (nimirum cum iuramento affirmo) *Quod nisi manducaueritis carnem filii hominis, & nisi biberitis eius Sanguinem* (non dicit figuram) *non habebitis vitam in vobis*. Quid clarius ista declaratione Dominica? potest ne hic cadere occasio, vel motiuum dubitandi? imo ipsemet Christus, vt sine dubietate, vel ambiguitate Capharnaitæ eius verba intelligerent, replicauit. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Caro enim mea* (audite Hæretici) *verè* (non figuratè) *est cibus, & sanguis meus verè* (non figuratè) *est potus; qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem* (non figuratè) *in me manet, & ego in illo; & qui manducat me* (non figuram meam) *& ipse viuet propter me*. Certè si Oecolampadius, vel si ipsimet Catholici vellent clarius realem existentiam Dominici corporis in Eucharistia exprimere, verbis magis expressiuis vti non possent, nec eisdem clariora inuenire. Sed certè ita, quia sapientia Patris infinita erat illa, quæ loquebatur. Ecce quomodo Christus loquens Capharnaitis dubitantibus de hac veritate nostros confundit Hæreticos aduersarios; ergo siuè literaliter intelligantur Christi verba; siue ad alios textus Sacræ Scripturæ fiat recursus pro declaratione verborum Saluatoris Nostri IESU iuxta Caluinisticam regulam semper remanent nostri Antagonistæ confusi.

Quænam sit vera Regula intelligendi sacrã scripturã?

Vera igitur regula est, vt in dubiis, & controuersiis scripturarum, ad Ecclesiam, Concilia, suosque Doctores fiat recursus; quo supposito audiamus Ecclesiæ Doctores, quid sentiant de Sacramento Altaris. Sit primus Theophilatus super 6. cap. Ioannis ab eodem Oecolampadio adductus sic scribens. *Attende autem, quod panis, qui à vobis in mysteriis manducatur, non est tantum figuratio quadam carnis Domini, sed ipsa Domini caro*. Sequitur Cyrillus, qui supra idem caput Joannis sic ait. *Sanctum Christi Corpus ad immortalitatem, & vitam æternam nutriens cibus est, & verus potus est Christi Sanguis*. Sequitur Chrysostomus ibid. sic scribens. *Hic panis propter aduenientem ei spiritum panis Cœlestis efficitur*. Sequitur Augustinus tract. 26. in Ioannem sic asserens. *In hoc vero cibo, & potu, ideſt Corpore, & Sanguine Domini, &c.* Sequitur Cassiodorus super Psalm 109. sic loquens de Sacerdotio Melchisedech. *Cui enim veraciter potest, & euidenter aptari, nisi Domino Saluatori, qui Corpus, & Sanguinem suum in panis, ac vini erogatione salutariter consecrauit?* Sequitur Ambrosius 4. de Sacramentis sic alloquens. *Vbi accesserit consecratio, de pane fit Corpus Christi.*

Concilia pro veritate Eucharistiæ.

Sed quid moror, cum impossibile sit omnes adducere Doctores, qui talem fatentur veritatem, cum infiniti sint, nam omnes hoc credunt, confitentur, sumunt, & adorant reale, non figuratum Sacramentum. Idem docent Concilium Ephesinum, Vercellense, Turonense; & Concilium Roma-

Romanum coegit Berengarium, hunc eumdem errorem Oecolampadii abiurare. Item Concilium Costantiense damnauit wicleffum Oecolampadii antecessorem; & tandem Concilium Tridentinum docet, *in Eucharistia Sacramento post panis, & vini consecrationem Dominum Nostrum Iesum Christum, verum Deum, atque hominem, verè, realiter, ac substantialiter sub specie illarum rerum sensibilium contineri*, & per multa alia omitto adducere Concilia, quia iam Aduersarii fatentur proprio ore omnia Concilia, omnesque Patres nobiscum esse.

Quatuor Augustini regula ad cognoscendū si scriptura figuratè loquatur, vel non?

Sed his omissis, Augustini audiamus methodum, & regulam, quomodo scilicet, procedere debeamus in dubiis Sacræ Scripturæ, siue in cognoscendo; quando Scriptura figuratè loquitur, & quando non. Quatuor ergo præfatus Augustinus libro de Doctrina Christiana assignat regulas pro tali habenda cognitione. Prima est, si circumstantiæ verborum Scripturæ ostendant figuras. Secunda est, si tempus, de quo Scriptura discurrit, sit tempus conficiendi figuras. Tertia est, si ex literali intelligentia alicuius Scripturæ sequatur aliquod impossibile. Quarta est, si ex sensu secundum literam alicuius Scripturæ, aliquod absurdum, vel inconueniens resultat; his præsuppositis regulis, videamus nunc, & examinemus in hoc facto Sacramenti Altaris omnes prædictas Augustini regulas; & obseruemus, num in istis vebis. *Hoc est Corpus meum*, in circumstantiis interueniant dictiones, quæ aliquam figuram demonstrent, vel connotent? secundò, num tempus, quando Christus hæc dixit erat tempus conficiendi figuras? Tertio, num suum verum Corpus exhibendo manducandum hominibus aliquod sequatur impossibile? & tandem, si resultet ex hoc aliquod inconueniēs, vel absurdum?

Examinatur prima regula.

Et vt incipiamus à prima regula, ideſt à circumstantia verborum, notandum est, quod semper in Scriptura, quæ figuratè est intelligenda, necesse est, vt addatur aliqua circumstantia, quæ talem figuram denotet. Exemplo me declaro. Cum dicitur, *Ecce Agnus Dei*, statim additur circumstantia, nempe, *qui tollit peccata mundi*. Hic Christus figuratè est Agnus. Item quando Christus de seipso dixit. *Ego sum vitis*; quia figuratè loquitur, subiungit; *& vos Palmites*; & sic vlterius discurrendum. At in casu nostro his verbis. *Hoc est Corpus meum*, nulla apparet circumstantia denotans talem sermonem figuratum esse; imo ad tollendam omnem figuræ suspicionem subdit, *quod pro vobis tradetur, pro vobis effundetur*; ergo deliraut Hæretici, quando in allegato textu chimerizant figuras.

Nec valet dicere, quod verbum (*est*) sæpe in scriptura accipitur pro (*significare*) nam quidquid sit de hoc, in casu nostro, quando Christus dicit, *ego sum vitis, ostium, &c.* non significat vitem, vel ostium, sed à vite, & ab ostio ipse Christus significatur; & sic nihil ad propositum Oecolampadius concludit. Præterea, si in prædictis duobus textibus allatis ab Oecolampadio; *ego sum vitis, ego sum Ostium*, apparet, quod Christus significabat, non significabat vitem, vel ostium, & si ipse

Oeco-

Oecolampadius sic intelligit significare ly (*sum*) sensus istorum verborum, *Hoc est corpus meum* erit hic, nimirum. *corpus meum significat panem*, quod quam ridiculus sit audire vnusquisque videt, quia vltra improprietatem, & dissonantiam locutionis, Corpus Christi figuraret, vel significaret panem; non è contra panis figuraret, vel significaret Corpus Christi, quod est immediate contra id, quod asserunt Oecolampadius, & Zuinglius. Vel si dicant Christum significare vitem, certe talis locutio insana est, quod Homo, vel Deus Vitem significent; sed hoc modo loqui proprium fatuorum est, quales Hæretici sunt. Præter quam quod sic loqui esset confundere intelligentiam omnis locutionis, nempe intelligere figuratum pro figura, & figuram pro figurato. Et sic ex prima regula Augustini, nempe ex circumstantia concluditur, nullam in verbis Christi Domini, *Hoc est corpus meum*, figuram interueniisse; ergo realiter in Eucharistia est Corpus Christi.

Examinatur secunda regula

Sed venio ad secundam Augustini regulam. Quæro ab Oecolampadio, num quando Christus dixit, *Hoc est corpus meum*, erat tempus congruum, vt Christus Dominus figuram sui corporis institueret, nec ne? Non potest dici fuisse tempus figurarum, nam ante Christi aduentum tantummodo, teste Paulo 1. ad Corinthios cap. 10. *Omnia in figura cõtingebant illis*, & ad Galatas cap. 4. repetit. *Aduenit plenitudo temporis*. Unde Christus in tota sua vita omnes adimpleuit figuras, quæ de seipso scriptæ erant, taliter quod in Cruce agendo animam exclamauit. *Consummatum est*, ideſt omnia consummata sunt, quæ de me scripta sunt, cum iam omnia mysteria tunc ab ipso adimpleta fuerint; ergo tempus non erat figurarum. Tum etiam, quia Christus erat obiectum figuratum, & adimplens figuras, non figurans alia obiecta; ergo in toto suæ vitæ curriculo fuit adimpletiuus figurarum. Item denuo quæro ab Oecolampadio, cur ipse affirmat nocte immediate præcedẽte Dominicam mortem, Christum instituisse figuram sui Corporis, dum omnes Doctores asserunt vltimam cœnam Agni fecisse, vt nimirũ vltimam figuram suæ mortis impleret, quæ erat immolatio Agni? quomodo ergo in eadem cœna poterat ipse met Christus nouas instituere figuras? Quod si Christus intendebat Ecclesiæ sui corporis aliquam tradere figuram, nonnè iam aderat talis figura, nimirum Agnus? ergo superflua erat omnis alia figura. Quod si dicat Oecolampadius Christũ voluisse relinquere Ecclesiæ figuram sui corporis, attamen intendebat relinquere figuram, quæ esset diuersa à figura Synagogæ, vti agnus erat; Reiicitur hoc Oecolampadii subterfugium; quia propter hanc eamdem causam, quod Ecclesia nobilior sit Synagoga debebat Ecclesiæ suæ Christus Agnum relinquere pro figura, & non panem, quia Agnus veluti animatus est nobilior pane, qui inanimatus est; Unde relinquendo Synagogæ Agnum, & Ecclesiæ panem pro figura, reliquisset Synagogæ nobiliorem figuram, quam Ecclesiæ. Veritas ergo est, quod terminando Christum Cœnam legalem Agni, omnes complebat figuras, & ad figuratum accedebat, exordium sumendo ab Euangelica cœna, vbi

Conuincitur Oecolampadius vigore secundæ regulæ.

Immolatio Agni fuit vltima figura à Christo adimpleta.

Refellitur subterfugium Oecolampadii ad hominem.

tradi-

Digitized by Google

tradidit panem transubstantiatum in suum Corpus Apostolis, cuius Agnus legalis fuit vltima figura. Qua propter secundum Augustinum libro de peccatorum meritis, & remissione, antiquitus Cathecumenis dabatur panis non consecratus ad comedendum, qui panis significabat Corpus Christi, quod post Baptismum sumpturi erant; attamen dū Cathecumeni erant, neque ad videndam admittebantur Hostiam consecratam. Quo supposito, nonnè superflua fuisset hæc consuetudo erga Cathecumenos, cum idem panis consecratus, & non consecratus fuisset significatiuus Corporis Christi? ergo delirat Oecolampadius. Quod si tempus cœnæ Euangelicæ non erat tempus instituendi figuras (& est altera pars primæ petitionis à me Oecolampadio factę) habeo contra eumdem intentum.

Examinatur tertia regula, qua confutantur adhuc Hæretici.

Accedo ad tertiam Augustini regulam, nempe, quod existentia Dominici Corporis in Hostia non sit impossibilis, siue quod ex tali existētia non sequatur impossibile, quod sic ostendo primo. Nonnè Deus, quæcumque voluit fecit? Nonnè apud Deum non est impossibile omne verbum? cur ergo non potuit hanc transubstantionem perficere? Peior Diabolo Oecolampadius est, de quo verificatur illud Christi Domini. *Vos ex patre Diabolo estis*, nam Diabolus in deserto cognouit possibilitatem transubstantiationis, dum Christo dixit apud Matthæum cap. 4. *Dic, vt lapides isti panes fiant?* & Oecolampadius talem transubstantiationem cognitam à suo magistro Sathana audebit negare? Præterea si Deo omnia possibilia sunt, imo etiam & credentibus in Christum, cur non poterit hanc patrare transubstantiationem? assignent impossibilitatem, vel repugnantiam Aduersarii, sed assignare minimè poterunt, quia non intercedit; ergo delirant. Tum quia, si naturaliter vna forma substantialis, transit in aliam, nempe lignum in ignem, cibus in sanguinē, &c. cur quæ natura agit, non poterit Deus perfectiori modo adimplere? ergo sunt plusquam fatui Hæretici Sacramentalem transubstantiationem negando?

Sathan Catholicus comparatiuè ad Hæreticos.

Corpus Christi sine loci occupatione est in Eucharistia.

Quod vero corpus reale sub hostia existens locum non occupet, adhuc philosophicè loquendo, non implicat contradictionem, quia omne prius potest separari à suo posteriori; sed in corpore prior est essentia, quam actio; ergo prius est corpus, quam locum occupet. Tum, quia quodlibet absolutum potest separari à suo respectiuo; sed Quantitas quid absolutum est; ergo talis Quantitas potest remanere cum illo suo situ proprietario, qui ordinem partium inter se significat, absq; illo situ, qui relatiuus est, & significat respectum partium ad locum. Tum quia Christus egressus est ex vtero Matris, absque loci occupatione. Tum quia idem Christus ingressus est ad Discipulos suos Ianuis clausis. Tum quia idem transiens per medium Hæbreorum, vel sine loci occupatione, vel inuisibiliter alio se transtulit. Tum quia Deus ex nihilo omnia fecit. Tum quia sine quantitate omnem sua immensitate implet locum. Tum quia anima alligata est nostro corpori, dum viuimus. Tum quia ignis Babylonicus non combussit adolescētes Hæ-

Digitized by Google

bræos. Tum quia in Deo vna est singularissima essentia, sed tribus personis communis. Tum quia in Christo est vna persona in duabus Naturis. Tum quia omnes resurgemus. Tum quia ignis materialis Inferni animas spirituales torquet citra earumdem combustionem, & consumptionem. Tum quia Christus Dominus in Cœlum ascendit sine loci occupatione. Nonnè hæc omnia credimus Deum operatum esse? vtique; cur ergo non poterit sub Hostia consecrata sine loci occupatione existere? ergo delirat Oecolampadius.

Examinatur quarta Augustini regula, qua etiam confutantur Hæretici.

Quarta regula Augustini est, quod ex Catholica assertione nullum sequatur absurdum; imo addo, quod conuenientissima fuit hæc transubstãtiatio panis in suum corpus, vt nobis semetipsum traderet ad vescendum, & nobiscum adhuc remaneret post suum in Cœlum ascensũ, in testimonium immensi Amoris, quem erga suam Ecclesiam, seu suos fideles nutriebat; & ratio est, quia volens Saluator nostram probare fidem, & nostram erigere spem, charitatemque inflammare magis, ac magis augere, nullum aliud poterat maius inuenire experimentum, quam nobis occasionem præbere, vt crederemus nimirum oppositum illius, quod sensibiliter videmus. Tum quia Donum, seu munus pretiosius non poterat nobis offerre, quam seipsum, vt alliceret nos ad seipsum super omnia amandũ; ergo fuit conuenientissima talis transubstantiatio eo magis, quia non est assignabile absurdum, quod ex tali transubstantiatione sequatur, vt examinando hoc dogma, liquido visum est.

CA-

Digitized by Google

CAPVT TRIGESIMVM SECVNDVM.

In quo declaratur Euchariſtiam non eſſe ſignum Corporis Chriſti, ſicut fuit Manna Deſerti, vel Agnus legalis, ſed eſſe ipſum met ſignatum, nempe Corpus Dominicum.

TAm erronea eſt hæc Oecolampadii, & Zuinglii opinio, nimirum Euchariſtiam nil aliud eſſe, quam ſignum Dominici Corporis, ſicut erat Manna Deſerti, & Agnus legalis, quod etiam Caluinus, errorum, & mendaciorum Anteſignanus, incriminatur, & ambos arguit dicens. *In hoc toti incumbebant, vt aſſererent Panem; & vinum corpus, & ſanguinem Chriſti vocari, quod ipſorum ſigna ſint; non cogitarunt ſibi hoc interea ſimul agendum, vt adiungerent ita ſigna eſſe, vt nihilominus cum eis veritas coniuncta ſit.* Et paulò infra ſubdit. *Nec debebant veram communionem obſcurare, quam nobis hoc Sacramento Dominus in corpore, & ſanguine ſuo exhibet.* Item Caluinus arguit etiam Lutherum admittentem Corpus Chriſti verè exiſtere in Euchariſtia, ſed cum pane coniunctum his aliis verbis, quia, ſcilicet, *corporalem Chriſti præſentiam talem relinquere videtur, qualem tunc omnes concipiebant*; & vt Caluinus hanc ſigni cũ veritate vnionẽ oſtendat affirmat, quod Euchariſtia ſignum ſit, ſed non ſimplex ſignum, ſed cum veritate hoc ſignum coniunctum. Vnde, vt à cœteris Hæreticis diſcedat, ſimul & à Catholicis nouam adinuenit confuſionem ſigni, & veritatis coniunctim. Quid autem ſit hoc ſignum cum veritate coniunctum, audiamus ab eodem Caluino. *Eam ob cauſam cœnã inſtituit, vt conſcientiis noſtris obſignaret eas promiſſiones, quibus in Euangelio de corporis, & ſanguinis ſui communione participes nos facturum promiſit, vt tali, tamquam inſigni arrabone accepta, firmam ſalutis fiduciam concipiamus.* Et vult dicere Caluinus, Euchariſtiam non propter aliam cauſam ſumi à Fidelibus, niſi vt ſit ſignum Corporis Chriſti, & veluti arrabo certa, quod eodem tempore, quo Euchariſtiam ſumimus, Deus iuxta ſua promiſſa in Euangelio fidelibus facta, nos communicat, & paſcit vero Dominico Corpore, & ſanguine; & ſic contra Lutherum negat in Hoſtia exiſtentiam Corporis, & Sanguinis Domini; & contra Oecolampadium, & Zuinglium vltra, quod Euchariſtia ſit ſignum Corporis, & Sanguinis Chriſti, adeſt etiam veritas communionis, quia eodem tunc, in quo ſumimus

Caluinus reiicit Oecolampadii, & Zuinglii errorem lib. 4. inſtit. c. 17. ſect. 12. & ſeq. & cap. 13. ſect. 14.

Confuſiſſima Caluini opinio.

Digitized by Google

mimus tale Eucharisticum signum, non veluti contentum in Hostia, sed alia via Deus nos communicat per os fidei, & spiritualiter nobis tradit ad manducandum, & bibendum corpus, & sanguinem filii sui. Sed quis vnquam audiuit hanc Caluini confusiorem opinionem? Nos Catholici scimus, quod quando Sacramentum nobis confertur, eodem tempore res Sacramenti nobis tribuitur, vt in tali Sacramento contẽta, & non de foris adducta; & sic, si ad susceptionem Eucharistiæ Caluinus confitetur, quod recipiatur verè Corpus Christi, oportet etiam, vt concedat, quod intra eamdem Eucharistiam, siue Hostiam consecratam sumatur, & suscipiatur, & non de foris aduenìat Dominicum Corpus. Præterea sic Caluinum vrgeo, Quando Caluinus cœnam sumit, seu panem consecratum, credit ne Caluinus sumere verum Corpus, & verum sanguinem Christi? affirmatiuè necesse est, vt Caluinus respondeat, *vt veritas coniuncta sit*, alias Caluinus non haberet fidem in Christi promissis. Tunc iterum peto, credit nè Caluinus intra illam Hostiam consecratam corpus sumere Dominicum? negatiuè respondebit Caluinus, quia ille panis consecratus nil aliud est, nisi arrabo, quibus fideles certificantur alia via communicari à Deo Corpore, & Sanguine Christi. Tunc iterum quæro ex quo loco aduenit, siue accedit Dominicum corpus, & in os vestrum (ò Caluinistæ) intromittitur? certè respondebitis è Cœlo descendere, cum ibi ad dexteram Patris sedeat; & sic quando cœnam sumitis eodem tunc, veluti radius è Cœlo, descendit Christi Corpus, & per os fidei in vestram animam intrat, vosque spiritualiter communicat. His ergo præmissis Caluinum, & eius assecias irrefragabiliter confurando, sic discurro.

conuincitur Caluinus.

Dicite quæso Caluinistæ, quod nam absurdum in hac vestra opinione non interuenit ex iis, quæ Oecolampadius adducebat contra realem existentiam Dominici Corporis sub Hostia consecrata? Audite impii, & vosmetipsos confundite. Principalius absurdum, propter quod Oecolampadius (in hoc etiam à Caluino sequutus) negabat realem existentiam Dominici Corporis in Hostia consecrata erat hoc, quia Christus sedet ad dexteram Patris, nec ex illa sede discedet, vsque ad vniuersalem diem iudicii (demirare sapiens, & fidelis lector Hæreticorum ignauiam, quasi quod Christus non sit Deus, & Homo, & Deus non sit immensus, quod idem sonat, ac esse semper vbique) at si descendit Corpus Christi iuxta Caluini doctrinam ad fideles communicandos, & cibandos spiritualiter, à dextera Patris debet discedere per Caluinistas; ergo absurdum Oecolampadii, sequitur etiam in opinione Caluini. Vel si Caluinistæ dicant cum Catholicis, quod Christus ob suam immensitatem vbique existit, & sine discessu à Patre corporaliter se facit in animas Fidelium præsentem, spiritualemque cibum, & potum; cur non poterit per eamdem immensitatem in os corporeum fidelium intrare, & in Hostiam consecratam descendere, absque quod elongetur à dextera Patris? Quæ nam contradictio est, vel impossibilitas, quod immediatè à Patris dextera per Caluinistas possit descendere, & immediatè

Hæreticorum ignauia.

Retorquetur argumentũ Oecolampadii cõtra Caluinum.

fide-

fidelibus ſe communicare abſque eo, quod in Hoſtiam ſe occludat ab eo, quod in Hoſtia conſecrata prius ſe occultet, & per eam poſtea in os Fidelium intret? ergo eadem abſurda (ſed potius deliria) ſequerentur in Caluiniſtica opinione, ac in Catholica; at ea, quæ Oecolampadio, & Caluino videntur abſurda, ſunt effectus ignauiæ potius, quam abſurda, dum Diuinam neſciunt agnoſcere immenſitatem. Præterea, quæro à Caluiniſtis, quando in ſumptione cœnæ Dominus eiſdem cõmunicatur, quid ſit illud, quod in eorumdem animas deſcendit? Accidens nè, vel effectus, vel ſubſtantia Dominici corporis in vos ingreditur? ſi deſcendit accidens, vel effectus; ergo Caluiniſtica cœna non eſt participatio Corporis Chriſti. Si deſcendit vera ſubſtantia Dominici corporis (vt affirmat Caluinus) cur hæc eadem ſubſtantia non poterit in Hoſtiam conſecratam deſcendere? Vlterius ſic argumentor. Quando hæc ſubſtantia deſcendit, eſt ne totum Corpus Chriſti, an vero pars eiuſdem? non pars, quia hoc à nemine aſſeritur, & fatuum eſt hoc imaginari, cum ſub quolibet fragmento ſit totum Chriſti Corpus, nec iſtud glorioſum in fruſta diſcerpitur; ergo totum corpus eſt in quolibet Caluiniſta, quando ſimul congregati Dominicam cœnam faciunt; quod ſi ſic, cur idẽ totum corpus nõ poterit ſimul, & ſemel in multis hoſtiis conſecratis reperiri, cum nulla intercedat diuerſitas, vel diſparitas? ergo delirant Aduerſarii. Item quando corpus Dominicum in Caluiniſtis deſcendit, relinquit ne Cœlũ, ſiue Patris dexteram, nec ne? ſi relinquit; ergo negãt literalẽ ſignificationẽ Scripturæ, aſſerentis eum, vſq; ad nouiſſimũ diẽ nobiſcũ permanſurũ, & ſic ruit ipſorum primum principium de non recedendo à grammaticali ſignificatione eiuſdem Scripturæ; vel negare tenentur immenſitatem in Deo, quod ab eiſdem non admittitur; Reſtat ergo, quod non relinquat; quod ſi non relinquit in ipſis deſcendendo, cur relinquet ſub hoſtiis conſecratis ſe velando? ergo deliria expreſſa ſunt Hæreticorum aſſerta. Item quando hoc corpus in Caluiniſtis deſcendit eos communicando, nonnè deſcendit in inſtanti? vtique; cur ergo pariformiter non poterit in hoſtiis conſecratis deſcendere? ergo phreneticantur Hæretici. Tandem quæro à Caluiniſtis, quid ſit hoc, os fidei, per quod ipſi aſſerunt Corpus Dominicum ſumere? Forſitan intelligunt, quod in tantum ipſi Chriſtum ſumunt, in quantum Chriſto, vel in Chriſtum credunt? ſi ſic reſpondent; ergo ante cœnam, imo ſemper Dominicum corpus ſumunt, quia ſemper Chriſto, vel in Chriſtum credunt; imo quia ipſi credunt Chriſtum natum in præſepio, adoratum à magis, colaphizatum, crucifixum, &c. poterit de ipſis verificari, quod manducant Redemptorem in Præſepio, in Prætorio, &c. & quia credunt in Sanctos, credunt Diabolos reperiri, per conſequens ſument Sanctos, Diabolos, &c. & certè Dæmones ſumunt, quia poſt eorum bucellam in ipſis Sathanas intrat. Vel ſi dicant, quod Corpus Dominicum manducant ore fidei, in quantum ſcilicet credunt, quod in ſumptione cœnæ Corpus Chriſti è Cœlo ad eos communicandos deſcendit; & tunc ſic diſcurro. Nonnè idem os Fidei

eſt

est illud, quo nos Catholici in sumptione Hostiæ consecratæ credimus, quod iam Corpus Christi in hostiam descendit, & nos omnes cõmunicet? equidem certè. Tota igitur differentia inter Caluinum, & Catholicos est hæc, an Christus in hostiam descendat, vt nos per hostiã communicet; an vero si in exhibitione, vel traditione Hostiæ, Christus, absque eo quod Hostiam tangat, descendat è Cœlis in nos, & nos omnes communicet? Circa quam differentiam, quis non videt, quod omnes difficultates, quæ possunt adduci, vel militant contra vnã opinionem, militant etiam contra aliam? at Catholici facilè soluunt, & pro ipsis est Ecclesia, Concilia, Scriptura, Patres, conuenientia, & ipse met Christus, qui dixit. *Hoc est Corpus meum.*

Potest cum Catholicis, si velit, conciliari Caluinus.

At si Caluinus non alia de causa suam sic confusam, & erroneam inuenit, docuitque opinionem, quia nimirum alium modum non potuit contemplari ad saluandum Hostiam esse signum, & quod cum hoc signo veritas coniungeretur, quod scilicet vere in communione adsit Corpus Christi; ergo, vt eiusdem Christi sequar præceptum, *benefacite iis, qui oderunt vos*; conabor Caluinum (si velit) ad veritatis semitam reducere, & ipsum ab erroribus in præsenti dogmate reuocare, saluando, dumtaxat, illam suam propositionem, nimirum, quod Eucharistia signum sit, & veritas cum tali signo coniuncta sit. Audiant, & attentè legant Caluinistæ (quia eorum magister non est in statu, vt hæc audiẽdo, vel legendo concilietur veritati, & ab erroribus resipiscat) quia

Hac doctrina, qua potest conciliari Caluinus, etiam omnia argumenta, & authoritates contra Eucharistiam soluuntur.

hac doctrina non solum ipsi conciliabuntur cum Ecclesia, sed omnes Authoritates, & singula argumenta, quæ contra Eucharistiam adducentur facillime infringentur. Totus igitur conatus aduersariorum est, adducere Patrum, Doctorumque authoritates asserentes Eucharistiam esse signum Corporis Christi, nam ex istis authoritatibus statim inferunt. Si Eucharistia est signum Corporis; ergo non est corpus. Si igitur ego ostendam Eucharistiam posse esse signum Dominici Corporis, absque exclusione existentiæ eiusdem Corporis, certè omnia Aduersariorum argumenta euanescent. Tota mea difficultas ergo erit inuenire signa, quæ rem, cuius signa sunt, non excludant; & sic passim ostendere, quod Eucharistia sit signum Corporis Christi, & etiam hoc idem corpus, cuius est signum, verè, & realiter continet: Rogo lectorem, vt attentè hanc doctrinam, & reflexè perlegat, vt euidentiam mei assumpti euidenter intueatur.

Eucharistia est signum Corporis Christi, & ipsum continet.

Pro indubitato apud omnes suppono omne Sacramentum, vt Sacramentum est, esse signum illius gratiæ, quam causat, & nostris animabus elargitur; adeo, quod sicut Baptismus est signum, quo Gratia animam lauat; Chrisma est signum confirmationis; Pœnitentia iustificationis, & innouationis animæ, &c. Sic dum sumo venerabile Altaris Sacramentum, illa species panis est signum Gratiæ, quam recipio per tale Sacramentum; & illa sumptio est signum spiritualis conseruationis, quam Gratia operatur ad instar cibi in anima; & sic conficio pro mea doctrina hoc argumentum. Sicut Sacramentum, licet sit signum

Gra-

Digitized by Google

Gratiæ, non tamen hoc impedit, quod gratiam contineat, & Gratiam conferat; ita Euchariſtia, licet ſit ſignum Corporis Chriſti, non tamē obſtabit, quin ſub ſuis ſpeciebus Corpus Chriſti contineat, & tale corpus nobis tradat; & ſic habemus pro nunc, quod Euchariſtia ſignum ſit, nam paulò infra videbimus, quod ſit ſignum Corporis Chriſti.

Euchariſtia eſt ſignum Congregationis Fidelium dupliciter

Vlterius eſt adnotandum, quod Euchariſtia, non ſolum eſt ſignum Gratiæ (vt vidimus, cum Sacramentum ſit) ſed etiam eſt ſignum Congregationis Fidelium, ſiue Eccleſiæ Sanctæ; imo eſt duplex ſignū Eccleſiæ Chriſtianæ, nam primò ſpecies panis repreſentant omnes Fideles, qui veluti tot tritici grana conficiunt vnum panem, ideſt vnam in fide vnionem. Secundo Euchariſtia eſt etiam ſignum, quo ad rem contentam, nam Corpus phyſicum Chriſti ſub ſpeciebus repreſentat Corpus myſticum Eccleſiæ, & ſic vnum corpus materiale, eſt ſignum alterius corporis myſtici eo modo, quo loquebatur Paulus prima ad Corinthios cap. 10. *Quoniam vnus panis, vnum corpus multi ſumus, omnes, qui de vno pane participamus.* Ecce quomodo corpus materiale eſt ſignum corporis myſtici. Ex his igitur clarè conſtat Sacramentum Euchariſtiæ eſſe ſignum Gratiæ, & Eccleſiæ, nec per hoc excluditur præſentialitas Dominici carporis.

Euchariſtia eſt ſignum Corporis Chriſti.

His omnibus addo, quod Euchariſtiæ Sacramentum, non ſolum eſt ſignum, ſed eſt ſignum Corporis Chriſti; nec propter hoc valet inferre; ſi ſignum eſt; ergo non eſt corpus Dominicum; nam ſciendum eſt ſecundum Theologos hoc nomen Sacramentum dupliciter ſumi poſſe, nimirum propriè, & minus propriè. Sacramentum propriè dictum eſt rei ſacræ ſignum; & in iſta ſignificatione. Sacramentum non eſt aliud, quā ſignum externum ſenſibile, vt eſt in Baptiſſimo, Aqua; in Pœnitentia actus Pœnitentis, &c. Sacramentum vero minus propriè, ſeu metonymicè, ideſt per figuram, eſt illud, quo ſumitur continens pro contento, vel res contenta pro continente; exemplo me declaro. In Baptiſmo Gratia minus propriè nuncupatur Sacramentum, quia continetur in Sacramento Baptiſmi. In Euchariſtia poſtea vltra has duas acceptiones hoc verbum, ſeu nomen Sacramentum habet aliam particularem acceptionem, quæ oritur ex quadam proprietate ipſius Euchariſtiæ, quia vbi alia Sacramentā ſunt tantum in vſu, vt exempli Gratia, in tantum Gratia reperitur in Aqua baptiſmali, in quantum eadem aqua aſpergitur Baptizatus, nec ante, nec poſt talem aſperſionem, cum prolatione verborum coniunctam reperitur Gratia in aqua, & ſic de cœteris Sacramentis dicendum. At in Sacramento Euchariſtiæ aliter euenit, quia cum ſemper Chriſtus exiſtat præſentialiter in Hoſtia poſt conſecrationem, ſiue offeratur Deo, ſiue tradatur populo, ſiue proceſſionaliter feratur, ſiue exponatur ſuper aras, reſultat ex hoc, quod in Euchariſtia præter communionem, conſiderari debent adhuc actiones, quæ circa ipſam fiunt, vt ſunt oblatio, eleuatio, fractio, & ſimiles, quæ actiones adhuc ſacramentales aliquo modo appellantur; & ſic habemus, quod in Euchariſtia tripliciter ſumitur hoc verbum, *Sacramentum*, aliquando, ſcili-

Sacramentum dupliciter ſumitur.

Differentia inter Euchariſtiā, & alia Sacramenta.

Digitized by Google

ſcilicet, pro ſpeciebus panis, & vini; aliquando pro Corpore, & Sanguine Chriſti; & aliquando pro illis actionibus, quæ circa talem Euchariſtiam conficiuntur. In ordine ad iſtas actiones Auguſtinus lib. 20. contra Fauſtum cap. 21. inquit; *Quod huius ſacrificii per Sacramentum memoria renouatur*. In ordine ad corpus Dominicum in ipſa Euchariſtia contentum canit Eccleſia. *Tantum ergo Sacramentum veneremur, &c.* & tandem in ordine ad ſpecies panis, & vini vulgariter dicere ſolemus; uidimus Sanctiſſimum Sacramentum, quod tamen re vera non videmus, ſed tantummodo talis Sacramenti ſpecies intuemur.

Euchariſtia tribus modis dicitur Sacramẽtum.

Hac præmiſſa Doctrina facillimè ad omnes Authoritates, nuncupãtes Euchariſtiam ſignum Corporis Chriſti, reſponderi poterit, quandoquidem nos omnibus iſtis antedictis modis, quibus Euchariſtia Sacramentum appellatur, concedimus ipſam eſſe ſignum, ſeu figuram Dominici corporis; at cum hoc ſimul ſtare, quod ſemper corpus exiſtat, ſiue quod in ipſa Euchariſtia adſit præſentialiter, & ſubſtantialiter corpus Dominicum. Imo addo, quod non ſolum ſpecies, & actiones ſint figuræ Corporis Chriſti, ſed vlterius, quod ipſummet corpus in Euchariſtia eſt figura ſui ipſius ibi realiter præſentis, & exiſtentis. Quod enim ſpecies Euchariſticæ ſint figuræ Corporis Domini, quod ſub ipſis continetur, hoc certum eſt, cum ipſamet Sacramenti definitio hoc declaret, nam Sacramentum, *eſt rei ſacræ ſignum*; & in omnibus aliis Sacramentis, aqua, oleum, & cœtera externa obiecta ſunt ſigna illius Gratiæ, quam nobis conferunt. Sicut ergo in reliquis ſex Sacramentis (vt dicebam) Sacramentum ſignificat rem ſacram præſentem, non abſentem; ita in Sacramento Euchariſtiæ ſpecies panis, & vini ſunt ſigna Corporis Chriſti præſentis, non abſentis, nam non eſt de neceſſitate ſigni, vt ſuum ſignificatum ſit abſens, nam chyroteca eſt ſignum manus, quam continet; ſanguis eſt ſignum vitæ, & ſic vlterius diſcurrendum. Item quantum ad illam ſignificationem, quam ſupra dicebã, quod ſcilicet etiam per Sacramentum intelligantur actiones illæ, quæ fiunt circa Hoſtiam conſecratam, nullum dubium adhuc eſt, quod tales actiones figurant illas alias actiones, quæ in Cruce circa Coapus Chriſti Domini fuerunt exequutæ; & in hoc ſenſu Euchariſtia appellatur Sacramentum commemorationis; & ſic quando offertur Hoſtia ſignum eſt, quod Chriſtus ſeipſum obtulit Patri. Quando Hoſtia eleuatur, eſt ſignum, quod Chriſtus fuit exaltatus in Cruce. Quando Hoſtia frangitur, eſt ſignum, quod Chriſtus fuit vulneratus. Quando Hoſtia conſumitur, eſt ſignum, quod Chriſtus animam egit, & ſic vlterius diſcurrendum.

Sub omni ſenſu Euchariſtia eſt ſignum Corporis Chriſti.

Species ſunt ſigna Corporis ſub ipſis contenti.

Actiones, quæ fiunt circa Euchariſtiam ſigna ſunt.

Ex his colligitur, quod ſpecies, & actiones, quæ circa Euchariſtiam fiunt ſigna ſunt, nec tamen ab iſtis ſignis excluditur præſentia Corporis Chriſti. Sed adhuc addendum eſt, quod idem Corpus Chriſti in Hoſtia, eſt ſignum ſui ipſius; ad hoc declarandum, nimirum, quod vna res poſſit eſſe ſignum, & figura ſui ipſius, poſſem in primis adducere multas Pauli locutiones, vt illam ad Hæbreos cap. 1. vbi de Chriſto diſcur-

Idem Corpus in Euchariſtia eſt ſignum ſui ipſius.

Digitized by Google

ſcurrendo inquit, *quod fuit figura ſubſtantiæ Dei*, & tamen ipſe Chriſtus Deus erat. Item ad Philippenſes cap. 2. dicit. *In ſimilitudinem hominum factus, &c.* Et tamen ipſe Chriſtus erat verus Homo. Vltra ergo has authoritates patentes, exemplo declaro adductam Doctrinam. Nonnè ſi ego conſecrarer in Epiſcopum, Habitus Epiſcopalis in memoriam reduceret ei, qui me prius religioſum agnouit, quod ego antea regularis eram? Ecce quomodo diuerſitas ſtatus, vel habitus memorat nobis ea, quæ in alio ſtatu, vel Habitu geſſimus. Applicemus nunc dictum exemplum. Fuit Corpus Chriſti Cruci affixum, viſibile, vulneratum, cruentum, mortale, &c. in Hoſtia è conuerſo exiſtit inuiſibile, incruentum, & immortale. Hæc exiſtentia huius Corporis immortalis memorat nobis eiuſdem Corporis exiſtentiam, prout erat in Cruce. Ecce quomodo idem Corpus incruentum ſub Hoſtia eſt ſignum, & commemoratio ſui ipſius cruentati in Cruce, vnde canit Eccleſia de Euchariſtia. *Recolitur memoria paſſionis eius, &c.*

Colligendo igitur omnia, quæ dicta ſunt in vnicum faſciculum breuiter dicimus, quod verbum (*Sacramentum*) in Euchariſtia tribus ſumitur modis, nempe pro ſpeciebus, pro actionibus, & pro ipſo Corpore Chriſti. In omni acceptione inuenitur ſignum, nec vnquam excluditur eiuſdem Corporis præſentia, nam ſpecies ſignificant Corpus, quod continent. Actiones, quæ fiunt circa Hoſtiam conſecratam, ſignificant illas actiones, quæ fiebant circa idem Corpus, quando pendebat in Cruce; & tandem idem corpus inuiſibile, incruentum, & immortale eſt ſignum ſui ipſius viſibilis, cruenti, & mortalis, ac patibulo affixi. Ex iſta igitur doctrina omnes Aduerſantium Authoritates infringuntur, nam cum dicunt; eſt ſignum Euchariſtia; ergo non exiſtit ſignatum; negatur conſequentia, nam tota Euchariſtia eſt ſignũ Gratiæ, quam recipimns; ſpecies panis ſunt ſignum vnionis Fidelium; Corpus Chriſti, eſt ſignum corporis miſtyci Eccleſiæ; ſpecies ſunt ſigna corporis, quod continent; Actiones ſunt ſigna illarũ, quæ in Cruce peracta fuerunt; & idem corpus inuiſibile, eſt ſignum ſui ipſius viſibilis; & ſic poteſt opinio Caluini reduci ad bonum ſenſum, nempè, quod Euchariſtia ſignum ſit, & veritas coniuncta ſit. Hoc etiam patet in naturalibus, ſcilicet, non ſemper ſigna excludere rem, vel abſentẽ præſupponere, nam fumus ſignificat flammam, ſed præſentem non abſentem; frigiditas, ſignificat aquam, vel niuem exiſtentem, non remotam, & ſic vlterius diſcurrendum.

Authoritates, quæ contra nos adducuntur, ſunt iſtæ. Prima eſt Pauli 1. ad Corinthios cap. 11. vbi dicit; quod Euchariſtia ſit commemoratio Dominicæ Paſſionis, *hoc facite in meam commemorationem*. Item Eccleſia canit, *recolitur memoria paſſionis eius, &c.* nam Reſpondeo, quod veræ ſunt iſtæ Authoritates, & verum dicunt, nam omnes actiones, quæ fiunt circa Euchariſtiam, ſunt figuræ, & commemorationes illarum, quæ in Cruce facta fuerunt. Item ad id, quod ibidem ſubdit Paulus; *Quoties manducabitis panem hunc, mortem Domini annunciabitis.*

Soluuntur authoritates in contrarium adducta.

Digitized by Google

bitis. Respondeo, verum esse, quia sumptio Hostiæ consecratæ, est signum Dominicæ mortis. Item ad id, quod dicit Augustinus. *Iudam adhibuit ad Conuiuium, vbi figuram sui corporis tradidit*; Respondeo, verum esse, quia tunc Christus dedit Iudæ species Sacramentales, quæ erant figuræ sui Corporis præsentis. Item ad id, quod idem Augustinus subiungit; quod *Sacramentum Eucharisticum est Corpus Christi secundum quendam modum*: Respondeo, verum esse, quia est Sacramentum secundum modum incruentum, inuisibilem, & immortalem. Itẽ ad id, quod Tertullianus dicit; *Hoc est Corpus meum, ideſt corporis mei figura*. Respondeo esse verum, quia Corpus Christi sub speciebus est figura eiusdem Corporis, prout erat in Cruce. Item ad id, quod denuo Augustinus dicit. Nisi manducaueritis carnem, *facinus videtur iubere: figura ergo est*. Respondeo verum esse, nam horribile, & ferinũ videretur comedere corpus humanum visibile, & ideo adest signum, seu figura, nimirum inuisibilitas. Item ad id, quod dicit Christus apud Ioannem cap. 6. *Caro non prodeſt quicquam*; Respondeo, Christum Dominum in adducto loco, non fuisse locutum de sua carne, siue corpore, sed illorum hominum, qui carnaliter cõsiderant hoc mysterium, & isti sic illud considerando, nunquam tale Sacramentum intelligent. Præterea sæpe in scripturis caro significat visibilitatem, & spiritus inuisibilitatem; & sic cum debeatur Corpus Dominicum sumi inuisibiliter, non visibiliter, certè caro non proderit quidquam, sed spiritus erit, qui viuificabit, firmiter (nimirum) credendo sub illis speciebus, inuisibile, incruentum, & immortale Christi Domini Corpus contineri; & sic semper concluditur, quod cum figura coexistat Dominicum Corpus, quidquid dicat Oecolampadius, Zuinglius, & Caluinus.

EA-

Digitized by Google

CAPVT TRIGESIMVM TERTIVM.

In quo demonstratur post consecrationis verba, non remanere substantiam panis, & vini in Eucharistia, sed solam substantiam Dominici Corporis.

DOcuit erronè Wicleffus in Sacramento Eucharistiæ cum substãtia panis, & Vini contineri etiãm Christi Corpus, sed hæresis fuit damnata in Concilio Costantiensi. Hac damnatione non exterritus Lutherus, vt declaretur Wicleffo peior, magisque perfidus, non solum amplexus est wicleffi errorem, sed antiquiori hæresi nouam addẽdo chimeram, subiunxit; quod idem panis, qui remanet est Corpus Christi; & idem vinum est Sanguis Domini; Quod idem est, ac dicere lapidem esse lignum; Aquam esse ignem, &c. Sed non miror, nã hæc est proprietas empieratis, & falsitatis in metamorphoses, & Chimeras prolabi. At ego (Deo fauente) ambos cõfutabo ineluctabiliter hos hæreticos; sed vt melius Lutheranum conteram caput, nimium iuuabit, vt Lutheri exponam doctrinam, nam ex eadem sumam saggittas ad eum vsque ad necem transfigendum.

Hæresis Wicleffi.

Error Lutheri circa Eucharistiam.

Expositio Lutheri doctrinæ.

Docet igitur Lutherus, facilioris intellectionis esse asserere cum Dominico corpore in Eucharistia substantiam panis remanere, & vini, quã non; quia nimis difficile est intelligere, quod panis, & vinum sint in aliam substantiam transubstantiata; & sic si facilius est primum assertũ, cur debemus populis prædicare, incapibilem, & in intelligibilem doctrinam? ergo melius est docere populos, vt faciliora, non difficilliora credant. O dignam Doctrinam Lutherano Iumento!

Nimis ridicula

Sed sic tale brutum ego irrefragabiliter confundo. Ergo non quæ vera, secundum Lutherum, sed quæ faciliora extant sunt docenda? ergo, quia facilius est intelligere omnem personam cum sua propria essentia, melius erit docere tres Deos, quam vnicum Deum reperiri? ergo, quia facilius est intelligere vnam personam purum hominem esse, quam Deum, & hominem iimul, melius erit docere Christum Dominũ purum hominem fuisse, quam Deum hominemque coniunctim? ergo, quia facilius est intelligere mortuum semper mortuum esse; quam resurrecturum, melius erit docere Christum à mortuis non resurrexisse? & sic vlterius discurrendum; & non erubuit insanus Hæresiarcha hanc docere brutalem doctrinam? certe iudicauit se Iumenta, non homines docere. Ergo quæ faciliora, non quæ veriora sunt erunt hominibus

Absurda horribilissima, quæ sequuntur ex Lutherana Doctrina.

Digitized by Google

confutatur acriter.

prædicanda? ò insaniam! ò furorem diabolicum certe, dum in tales fatuitates, homo, Religiosus, Doctor, Theologus, in tam insipientia, & plusquam brutalia irrupit delitia!

Sed denuo ipsum sic acriter contorqueo. Si quæ faciliora sunt, debentur populis prædicari; ergo omnes sunt negandi à Prædicatoribus, & Auditoribus fidei articuli; at hæc consequentia negabitur à Luthero; ergo tenebitur concedere se Brutum esse. Probo consequentiã. Omnes articuli merè crediti Christianæ Fidei, non solum non cadunt sub faciliori intellectione, sed nullo modo sub humana ratione; ergo si inintelligibiles sunt, omnes negandi sunt; ergo tota abolenda Christiana Fides, quæ hos articulos inintelligibiles cogit Fideles credere; sed totum hoc negabitur à Luthero, qui non solum Fidelem, sed Euangelicum se profitetur esse; ergo velit nolit tenebitur concedere suã hanc doctrinam delirantis Bruti, non delirantis hominis fuisse.

Ad hominem retorquetur Lutheranum argumentum.

Sed volo mitius cum Luthero agere, & sua met doctrina, secum discurrere, sed tandem adhuc transfixus remanebit. Quod facilius est intellectu debemus populis prædicare; sed facilius est intelligere Panẽ in aliam transire substantiam, quam eumdem panem esse idem cum alia substantia; ergo ita dicendum, ita credendum, ita prædicandum. Probo minorem. Experientia videmus quotidie vnam substantiam in aliam transire, nimirum lignum in ignem; cibum in sanguinem; niuẽ in aquam, &c. ergo facilius est intelligere transubstantiationem, quam coexistentiam panis cum corpore, quæ repugnare videtur. Probatur hæc repugnantia; Nam hic panis, quid indiuiduale, & incommunicabile est, ac separatum ab omni alio, quod non est Panis; sed per Lutherum hic idem prorsus incommunicabilis Panis est idem, ac Corpus Christi; ergo quæ incommunicabilia sunt communicantur; quæ separata sunt identificantur; sed ista repugnantia sunt ad inuicem; ergo repugnat Lutheri Doctrina. Accedit, quia, vt supra dicebam, data Lutheri doctrina Panis esset lapis, & è contra; sed hoc esset confundere omnia, & identificare omnia, quæ distinta, & separata sunt; ergo ridicula est Lutheri doctrina. Tum etiam quia, regula docendi, non est facilitas, vel difficultas intelligentiæ, sed veritas. Tum quia, si ex facilitate, vel difficultate deducenda esset veritas, potius ex difficultate deducenda esset veritas, quam ex facilitate intelligendi Articulos, vel mysteria, quia arcta est via, quæ ducit Cœlum, & istud *vim patitur, & violenti rapiunt illud*. Tum quia, ex eo, quod difficillia sunt obiecta credita ad intelligendum, ideo ipsa purè, & merè creduntur; nã si intelligerentur, & caderent sub ratione, siue discursu, nostra de talibus obiectis esset scientia, & non fides, & sic sciremus, non crederemus illa, & sic nullum haberemus meritum sciendo, sicut omne meritum habemus credendo; ergo quia difficillia sunt, ideo debent credi talia obiecta, non quia facilia in ordine ad nostram capacitatem. Accedit, nam in Homine duæ residen Potentiæ, quæ eumdem ad Beatitudinem ducunt, nimirum intellectus, & voluntas; Vnde sicut ex parte vo-

Quæ creduntur sunt difficillima, ergo creatam cognitionẽ

Digitized by Google

voluntatis Deus præcipit quædam, vti dilectionem inimicorum, quæ nimis aspera, & difficillia sunt in ordine ad humanum appetitum; ita ex parte intellectus quædam proposuit ad credendum, quæ non solum ab humana elongantur capacitate, sed etiam sunt adhuc sensibus contraria; ergo (concludo) quo abiecta sunt difficillioris intelligentiæ in materiebus fidei, eo veriora sunt.

Ridicula Lutheri paritas ad refellendam trãsubstantiationem.

Sed Respondet Lutherus hoc modo. Christus quando in nuptiis Canæ Galileæ aquam in vinum conuertit, hæc mutatio fuit sensibilis, ita vt omnes viderent inuitati, quod Hydriæ, quæ erant aqua pura, eædem postea erant vino optimo plenæ; ergo si fieret huiusmodi transubstantiatio à Christo Domino in beneficium Fidei, etiam deberet fieri sensibiliter, vt videntes miraculum magis, ac magis in fide confirmarentur.

Refellitur primo ad hominẽ.

Sed hanc ridiculam responsionem primo sic ad hominem refello. Aqua per Lutherum, & fidem, fuit in vinum conuersa, absque eo quod aqua remaneret cum vino, ergo fit transubstantiatio panis in Corpus Dominicum absque eo, quod substantia panis remaneat, siue coexistat cum corpore. Præterea commensales Canæ Calileæ, non viderunt, nec intellexerunt modum, quo facta fuit talis conuersio, nec intelligere poterant, & tamen verè talis transubstantiatio fuit completa; ergo difficultas intelligentiæ non impedit transubstantiationem in Eucharistia esse veram. Tertio respondeo, seu confundo responsionem Lutheranam exemplo. Medicus aquæ potu frigidissimæ eripit infirmum à morbo febris ardentis; ergo eamdem aquam debet adhibere pro medicina erga alium ægrotum, qui ventriculi frigiditate laborat? minimè certè, quia alio remedio hic morbus, alio alius curatur. Sic applicando ad propositum. Christus quædam operatus est miracula ad suam fidẽ fundandã, vt fuit illud in Cana Galileæ, & hæc miracula rationabile erat, vt sensibilia essent, quatenus alliceret homines ad credendum; alia postea miracula Deus operatur ad probandam, vel augendam fidem, & hæc rationabile est, quod insensibilia sint, vt augeatur, & crescat in credentibus meritum, & huius generis est miraculum transubstantiationis; & sic semper firmum remanet, quod quanto difficilliora ad intelligendum sunt obiecta credita, eo veraciora sunt. Tum quia magis debemus credere Diuinis verbis, quam ipsis met sensibus nostris, *nam Cœlum, & Terra transibunt, verba autem Dei non præteribunt.* At Dei verbum est panem non esse amplius panem post consecrationem, sed Corpus Dominicum; ergo ita est, & ita credendum est.

Oportet magis credere verbo Diuino, quam sensui.

At vbi est (interrumpit Lutherus) pro transubstantiatione panis in Corpus Christi verbum Diuinum? Respondeo primo, quod verba Dei sunt Ecclesia Dei docens; Traditiones, Concilia, Decretalia, communisque Sanctorum Patrum consensus, & fides. Respondeo secundo, quod si Lutherus reflexisset super Scripturas abstinuisset à sua insipienti instantia, *Hoc est Corpus meum. Hic est Sanguis meus*, proprio ore dixit Christus; & hæc verba non sunt diuina? si diuina sunt, ergo Lu-

the-

Digitized by Google

therus non legit Euangelia, dum tam fatuè petit ea, quæ cœcis, & rusticis sunt nota. Quod si Lutherus testatus est, se non potuisse negare existentiam realem Corporis Christi in Eucharistia, quia nimis clarè sonabant verba textus sacri, cur hoc idem non affirmat de absentia panis, cum eadem verba hoc non minus clarè ostendant, & demonstrent? quod si Lutherus toties replicauit, & affirmauit. *Verba Dei accipienda esse iuxta Grammaticæ nudam intelligentiam, itaut non liceat ei per Angelum, ne dum per hominem, vim vllam fieri, ne detur occasio Aduersariis Scripturas eludendi*; cur hic non accipit verba Dei iuxta Grammaticæ puram intelligentiam? Christus dicit, *Hoc est Corpus meum*, non vero dicit. *Hic panis est simul Corpus meum*; ergo solum, & purum Corpus Christi est in Eucharistia, & non panis. Præterea si idem Lutherus millies docuit, *nihil esse addendum verbo Dei*, cur hic addit ea, quæ Scriptura non exprimit? vlterius, cur hic asserit Lutherus sanguinem intelligi pro vino, & corpus pro pane, si ista non solum non sunt inter se identificara realiter, sed potius à parte rei toto Cœlo diuersa? Si Christus dicit, *Hoc est Corpus meum*, certe non dicit, *Hoc est panis meus*; ergo nullo modo remanet panis substantia in Eucharistia post cõsecrationis verba. Antecedens patet ex verbis Dominicis; consequentia probatur. Si ego dicò (in manu calamum habens) hic est calamus, nonnè fatuus esset, qui intelligeret me dixisse, *Hic est panis, hic est lignum*? equidem certe; ergo fatuus Lutherus qui consimiliter Christi verba intelligit. Plus vltra. Nonnè Lutherus impugnabat Oecolampadium, optime illi obiiciens, quod negantes Dominicum corpus in Eucharistia, nimis præiudicabant verbis Christi dicentis; *Hoc est Corpus meum*? quomodo ergo ipse non infert præiudicium eidem Christo, dum sua verba, suumq; intentum inuertit? Item (subdit Lutherus) si Christus dixisset, *hoc*, vel, *hic panis*, Oecolampadius iam credidisset panem esse panem; cur ergo dum Christus inquit; *Hoc est Corpus meum*; Oecolampadius non vult credere in Eucharistia Christi Corpus existere? quo Lutheri argumento supposito, sic contra ipsum suummet argumẽtum retorqueo tali pacto. Christus non dixit, cum hoc corpore existit panis, sed tantummodo. *Hoc est corpus meum*; ergo Lutherus extorquet verba Dominica; ergo sibi ipsi contradictorius, & falsus. Quod si in nuptiis Canæ Galileæ Conuiuæ crediderunt, aquam in vinum conuersam, absque eo, quod crediderint aquam coexistere cum vino, ex solis verbis Architiclini testantis, *seruasti bonum vinum vsque adhuc*; cur Lutherus Christo non credit dicenti. *Hoc est corpus meum*? Aqua conuersa fuit in vinum, nec aqua remansit. Virga Mosaica fuit in Serpentem conuersa, nec virga remansit, & sic vlterius discurrendum; cur ergo in casu nostro, substantia panis remanebit cum corpore Christi? Nonnè ista inintelligibilia sunt, quod eadem res sit panis, & corpus humanum glorioſum, & immortale? & tamen Lutherus hæc imperceptibilia conatur docere. Tandem sic inclutabiliter Lutherum contorqueo. Repugnat in terminis asserere, quod duo obiecta, quæ ex sui natu-

Retorquetur argumentum Lutheri.

natura sunt diuersa toto Cœlo, & separata ad inuicem, absoluta, & incommunicabilia, possint ad inuicem identificari realiter; hoc docet Lutherus, nimirum eumdem panem esse Corpus Christi; ergo opinio Lutheri repugnat in terminis. Minor declaratur, nam Lutherus non alio motiuo discrepauit ab errore Wicleffi asserentis, cum Corpore Christi remanere substantiam panis, nisi quia Catholici hoc modo Wicleffum vrgebant. Christus dixit, *Hoc est Corpus meum*, non vero, *Hoc est panis*. Sed verba per Wicleffum sunt accipienda iuxta nudam Grammaticæ significationem; ergo cum Corpore Christi non coexistit substantia panis. Huic argumento Respondebat Wicleffus, vera esse Dominica verba, & vtique in Eucharistia reperiri Corpus Christi, sed fas erat asserere, quod etiam cum tali corpore coexistebat panis. At Lutherus memor illius toties repetitæ propositionis, scilicet, *verbo Dei nihil est addendum*; & reflectens, quod Christus non dixerat; *Hic* (aduerbialiter) *est corpus meum*; vel, *cum hoc est Corpus meum*, sed tantum; *hoc est corpus meum*, in peiorem prolapsus est errorem illo Wicleffi, exponendo hoc modo verba Dominica. *Hoc est corpus meum*; ideſt; *Hic panis est Corpus meum*. *Hic* (ideſt) *hoc vinum est Sanguis meus*; quasi quod eius expositio non recedat à litera, & non addat verbo Dei. Ex his apparet, quod per Lutherum sensus verborum Christi est iste. *Panis est Corpus*; *Vinum est Sanguis*; quod idem est, ac dicere, lignum est lapis; Iumentum est homo, &c. quod quam brutale sit affirmare, qui Brutus non est optimè agnoscit.

Expositio Lutheri verborũ Christi Domini

Sed vltra prædicta bene cerno, quod noster fatuus Lutherus, non vacauit Grammaticæ, dum in hæc insana irrumpit asserta, quod sic ostendo. Lutherus docet, quod in Scriptura non sit recedendum à nuda Grãmaticæ significatione, vt toties replicaui. Quod si ita res habet, quomodo grammaticaliter Lutherus concordabit Christi verba? Christus ait; *Hoc est Corpus meum*; Lutherus exponit, quod panis sit Corpus Christi; ergo Dominica verba faciunt hunc sensum, & hanc recentiorem Lutheranam concordantiam, nimirum. *Hoc panis est Corpus meũ.* Christus sequitur. *Hic est Sanguis meus*; Lutherus exponit; *Vinum est Sanguis meus*; ergo Christi verba hoc modo sonant. *Hic vinum est Sãguis meus.* At quis ore non ridebit aperto hæc Lutheri Grammaticalia legendo erudimenta, vel concordantias? Quis non obstupescet de eiusdem prauitate, qui vt Ecclesiæ, & veritati aduersetur, non curat in hæc sibi contumelioſa improperia prolabi, & grammaticales extorquere concordantias?

Lutherus non vacauit Gram. matica, & Grãmaticaliter cõuincitur.

Quid respondebit Lutherus? forsitan, quod pronomen (*hoc*) vult denotare. *Hac res est Corpus meum*? at vltra, quod hoc est recedere à litera; remanabit adhuc Luthero probandum, illam rem explicatam panem esse. Sed gratis concesso, quod in consecratione panis ly (*Hoc*) sonaret (*hæc res*) quomodo saluabit Lutherus in consecratione vini pronomen (*Hic sanguis*) nam ly (*Hic*) non potest stare cum hac re, quia (*Hic*) est pronomen masculinũ, & (*Hæc*) est pronomen fœminini generis,

neris, quapropter resultaret hæc speciosa certè locutio, & concordantia, nimirum. *Hic vinum est Sanguis meus.* Ecce quo Lutherum suam trahit empietas, vt ludibrium reddatur puerorum, qui ipsi Luthero has gammaticales obiiciunt dissonantias.

Diuina speciali prouidentia prolata fuerũt verba consecrationis.

Et certe diuina, & speciali prouidentia (ad finem dumtaxat confundendi Lutherana somnia) factum est, vt Christus in exprimendo consecrationis verba taliter se gereret, vt pani (qui masculini generis est) assignaret articulum, seu pronomen neutrum, exprimendo hoc modo, nimirum, *Hoc est Corpus meum.* Et Vino, quod neutri generis est, tribueret articulum, & pronomen masculinum dicendo; *Hic est Sanguis meus.* Totum hoc meo videri certe euenit, quia Christus præuidendo expositionẽ Lutheri super verba consecrationis, eadem verba taliter inter se adaptauit, vt nullo modo suæ insanissimæ expositioni possent accommodari, scilicet variando, imo contra variando articulos, & pronomina, tribuens substantiuo masculino articulum, & pronomen neutrum, nempe pani, qui masculini generis extat; & substantiuo neutro, scilicet Vino, assignans articulum, & pronomem masculinum, dicens. *Hic est Sanguis meus*, ad hoc (dico) vt nullo modo posset à Luthero extorqueri literalis significatio verborum consecrationis.

Spiritus Sanctus, etiam in Textu Græco precautionem adhibuit in verbis consecrationis.

Hanc eamdem præcautionem obseruauit Spiritus Sanctus in textu Græco; Nam Græco idiomate (*Artos*) nuncupatur Panis (*Inos*) vocatur Vinum. Tam *Artos*, quam, *Inos* apud Græcos sunt nomina masculini generis, & nihilominus ambo articuli, qui coniunguntur cũ verbis consecrationis Græci Idiomatis, sunt neutri generis, vt nullo modo possint concordari cum ly (*Artos*) & cum ly (*Inos*) Ecce verba Græcæ consecrationis. *Tuto esti tò soma.* Hæc sunt pro corpore. *Tuti esti tò ema*, ista sunt pro sanguine; vbi reflectendum est, quod ly *tuto*, in corpore, & sanguine ambo neutra sunt, & sic non possunt conuenire *Artos*, ideſt Pani, vel *Inos*, nempe Vino, quæ duo (vt dicebam masculini generis sunt apud Græcos. Imo attentè obseruanda est diligẽtia adhibita à Christo in præfatis verbis consecrationis, quod non solũ articulus, siue pronomen (*Hoc*) discordat à Pane, qui masculini generis est, sed etiam concordat cum corpore, quod est neutri generis, vt scilicet intelligeremus nullo modo ibi Panem reperiri; & similiter articulus (*Hic*) non solum discordat à vino, quod est neutri generis, sed concordat cum sanguine, qui est masculini generis. Sic pariformiter apud Græcum (*Tuto*) concordat cum (*To soma*) sed discordat ab (*Artos*) & (*Tuto*) discordat ab (*Inos*) & concordat cum (*ema*) Vnde colligimus in verbis consecrationis apertam existentiam Dominici corporis, absque pane, nam ly (*Hoc*) non potest stare cum pane, sed bene cum corpore; & ly (*Hic*) discordat à Vino, & concordat cum sanguine; & sic remanet confutatus Wicleffus ex Scriptura panem, & vinum excludẽte, alias fas erit addere verbo Dei, quod est contra omniũ Hæreticorũ commune assertum. Remanet etiam Lutherus euictus, Tum ob Grãmaticæ dissonantiam; Tum ob absurda, quæ sequuntur affirmando Panem

nem esse corpus, & Vinum esse sanguinem, nam vtraque substantia panis, & vini in carnem, & sanguinem Domini est conuersa; & sic semper in Eucharistia adest solum corpus, & sanguis, non vero panis, & vinum.

Sed obiiciunt ambo isti Hæretici authoritates Sacræ Scripturæ, nuncupantis panem Corpus Christi, vt est illa actuum Apostolorum cap. 20. vbi legitur. *Cum conuenissemus ad frangendum panem.* Item Epist. 1. ad Corinthios cap. 10. dicitur *Panis, quem frangimus.* Item ibidem cap. 11. habetur. *Quotiescumque manducabitis Panem hunc.* Item Ecclesia Catholica canit. *Panem Angelorum manducauit Homo. Panem de Cœlo præstitisti eis.* Item Matthæi cap. 26. dicitur. *Accepit Panem.* Item Marci cap. 14. legitur. *Accepto Pane.* Et ferè multas alias adducunt Scripturas, quæ nomine Panis Eucharistiam appellant; ergo in ipsa adest Panis. *Obiectiones Wicleffi, & Lutheri soluuntur.*

At his omnibus obiectionibus ego multipliciter respondeo, & primo ad vltimam authoritatem Matthæi dico, quod nullus vnquam ex Catholicis negauit Panem à Christo sumptum, ante consecrationem panē fuisse; se quid per hoc? ergo post consecrationem remanet idem panis, falsissima est consequentia, nec vnquam poterit ab Hæreticis probari; imo si accuratè ponderetur textus apparet oppositum illius, quod Aduersarii probare intendunt, nam ante consecrationem Matthæus Panem nomine panis appellat dicens. *Accepit Panem*; at postquam completa fuit consecratio, & Eucharistia tradebatur Apostolis, non amplius nomine Panis, sed corpus nuncupatur, *Hoc est Corpus meum.* Idem obseruatur apud Marcum; prius dicitur, *accepit panem*, & postea subiungitur. *Sumite, hoc est Corpus meum.* Idem apud Lucam; prius dicitur, *accepto Pane*, & postea subditur. *Accipite, & manducate. Hoc est Corpus meum.* Semper igitur, quod Christus Dominus accepit Panem, proprio nomine Panis Panem ipsum nuncupauit; at quando eūdem Panem exhibuit Apostolis, non amplius nomine Panis, sed nomine Corporis exprimitur. Et sic quando nos Sacerdotes Hostiam accipimus, Panis vtique est; secus vero post consecrationem, nam Panis in corpus Dominicum transubstantiatur. *Multiplices responsiones ad Authoritates adductas ab Hæreticis.* *Retorquetur Matthæi textus contra Hæreticos.*

Ad alias authoritates respondeo, quod in Sacra Scriptura persepè omne comestibile nuncupatur panis, vt Ecclesiastici cap. 29. dicitur. *Initium vitæ Hominis Aqua, & Panis*; & tamen lac est primus hominis cibus. Item Psalm. 77. canitur *Panem Cœli dedit eis*, & tamen hiç loquitur de Manna Deserti, quæ Panis non erat. Item Ioannis cap. 6. eadem Christi Diuinitas, quæ cibus animæ est, Panis vocatur. *Ego sum Panis viuus, qui de Cœlo descendi*; & sic alibi pluries. Ex quo apparet quod metaphoricè Christi Corpus Panis dicitur, ex eo quia sumitur, & manducatur ab Hominibus, & sic nil contra nos.

Respondeo secundo, quod sæpe obiecta nuncupantur illis nominibus, quæ antea habuerunt, non vero quæ actu habent; vt exempli gratia; si ego à Petro dono habui vinum optimum, quod transiuit in ace-

Digitized by Google

tũ, si exhiberẽ illud Petro postea ad deguſtandum, dicerem; Hoc eſt vinum mihi à te donatum. In iſto caſu acetum non eſt vinum, ſed vinum ipſum appello, quia vinum fuit. De hoc habemus ſcripturam in promptu apud librum Exodi cap. 7. vbi virga in ſerpentem conuerſa nuncupatur nomine virgæ, non quia tunc virga erat, nam erat ſerpens, ſed quia antea virga fuerat. Ecce verba textus. *Deuorauit virga Aaron virgas Magorum*. Sic ad propoſitum. Euchariſtia dicitur Panis, non quia Panis eſt, ſed quia antea Panis fuerat; ideſt ante verba conſecrationis à Sacerdote prolata.

Euchariſtia myſticè, ſiue metaphoricè dicitur Panis.

Reſpondeo tertio, quod Euchariſtia appellatur Panis myſticè, ſiuè Metaphoricè, non realiter, & phyſicè ex eo, quia ſicut Panis, eſt alimẽtum vitæ corporalis, ſic Euchariſtia eſt Cibus ſpiritualis animæ, ipſam in Dei gratia nutriens, & augens; & hoc modo intelligi debent omnes authoritates, quæ aſſerunt Euchariſtiam Panem eſſe; ſicut etiam dicitur Panis Angelorum, & tamen Angeli non manducant, quia ſpirituales ſunt, vbi Panis corporeus eſt.

CA-

Digitized by Google

CAPVT TRIGESIMVM QVARTVM.

In quo ostenditur Transubstantiationem in Sacramento Altaris non esse recens, sed vetustissimum Catholicæ Ecclesiæ assertum, & articulum Fidei.

FAlsò asserit Lutherus Eucharisticam transubstantionem esse nostrũ inuentum tercentenum ante suam Apostasiam, & sic veluti recens assertum non esse à fidelibus curandum. Sed ementitur iuxta consuetum Hæreticorum Sacrilegus Apostata, & omittendo pro nunc nouam disputationem, num scilicet Ecclesia vetustis temporibus talem conuersionem Panis in Corpus Christi appellauerit transubstantiationem, vel alio nomine, ad substantiam dogmatis accedo, nempe asserendo, quod panis post consecrationis verba transubstantietur in Corpus Christi, quæ transubstantiatio non recens (vt falsò affirmat Lutherus) sed antiquissima est in Ecclesia. Sumo igitur primum testimonium huius assertionis ab Anselmo, qui super primam Epistolam ad Corinthios sic scribit. *Nec mirum, quod de Pane, & vino, carnem, & sanguinem suum fecit, nam & in quolibet homine sanguinem, & carnem de vino, & Pane facit.* Item Haymon ibidem sic loquitur. *Iste panis transit in Corpus Christi, nec sunt duo corpora, sed vnum corpus.* Item Theophilatus super sextum caput Ioānis sic scribit. *Transformatur enim arcanis verbis Panis ille per mysticam benedictionem, & accessionem Sancti Spiritus in carnem Domini.* Item Isidorus lib. 1. de Ecclesiasticis officiis cap. 18. ita asserit. *Panis, & vinum, sanctificata per Spiritum Sanctum in Sacramentum Diuini Corporis transeunt.* Item Ioannes Damascenus lib 4. de Fide cap 14 hoc modo scribit, *Panis, & vinum trãsmutatur in Corpus, & Sanguinem Dei.* Item Augustinus serm. 8. de verbis Domini ita ait. *Antequam consecretur Panis est; vbi autem verba Christi accesserunt Corpus est Christi.* Item Ambrosius lib. 4. de Sacramentis cap. 5. hoc modo loquitur. *Vbi verba Christi operata fuerint, ille sanguis efficitur, qui plebem redemit.* Et paulò infra subiungit. *Licet figura panis, & vini videatur, nihil tamen aliud, quam Caro Christi, & Sanguis post consecrationem credenda sunt.* Item Basilius libro de ritu Missæ sic scribit. *Faciat Spiritus Sanctus hunc panem pretiosum Corpus, & vinum pretiosum Sanguinem Domini Saluatoris Nostri Iesu Christi.* Item Gregorius Nissenus de mystica vita Moysis ita asserit. *Cum sit panis in carnem vertitur.* Item Eusebius Emissenus in

Lutherus asserit transubstantiationem Eucharisticam esse inuentum nouissimum.

Digitized by Google

quodam ſermone de vita Domini ita ſcribit. *Viſibiles Creaturas in ſubſtantiam ſui Corporis, & ſui Sanguinis conuertit.* Item Cyprianus ſermone de Cœna Domini ita ait. *Panis non effigie, ſed natura mutatus, Omnipotentia Verbi factus eſt caro.* Item Pontianus Papa, & Martyr Epiſtola prima ad Felicem ſic ſcribit. *Sacerdotes proprio ore Corpus Domini conficiunt.* Item Teleſphorus Papa, & Martyr in quadam Decretali repetit eadem verba antedicti Pontiani. At Teleſphorus vixit tẽpore Antonini Pii, qui imperauit anno Domini 127. quod ſi ita res ſe habet, dicat nunc Lutherus eſt ne inuentum trecentenum Euchariſtica tranſubſtantiatio? Quod ſi prædicti Patres non vſi ſunt hac voce (tranſubſtantiatio) parum refert, cum in re idem intellexerint, licet ſub aliis vocibus, ac nos intelligimus, nam etiam Antiochiæ primum nomen Chriſtianum exordium habuit, nec per hoc ante huius nominis ortum Chriſtiani tales non erant. Similiter nomen, ſeu vox (*Homuſion*) exordium habuit in Nicena Synodo. Sic etiam hoc nomen (*Deipara*) initium habuit in Concilio Epheſino, at non per hoc ante Concilium Epheſinum Immaculata Virgo Deipara non erat; ſic ad propoſitum, licet hæc vox (tranſubſtantiatio) in Concilio Lateranenſi habuerit initium, non per hoc debet Lutherus deducere, quod res tranſubſtantiationis, nimirum cõuerſio panis in Corpus Chriſti, recens ſit, & non antiqua, quia ſi alias dicatur ſequitur, quod non Chriſtus, ſed Concilium Lateranenſe inſtituerit Sacramentum Euchariſtiæ, quod eſt erroneum dicere, nec ipſe Lutherus admitteret; ergo licet vox recens ſit, tamen res vetuſtiſſima eſt, vt pote à Chriſto inſtituta. Præterea iam exordio huius operis probauimus omnes Conciliorum ordinationes verba Dei eſſe. Hoc ſuppoſito ecce verbum Dei. Concilium Conſtantienſe ſectione 8. ſic loquitur. *Subſtantiam panis, & vini materialis manere in Sacramento, ſi quis dixerit anathema ſit.* Item Concilium Lateranenſe ſic loquitur. *Corpus, & Sanguis Chriſti in Sacramento Altaris ſub ſpeciebus panis, & vini veraciter continentur, tranſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem.* Item Concilium Tridentinum ſic loquitur. *Sancta Synodus declarat per conſecrationem panis, & vini fieri conuerſionem ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam Corporis Chriſti Domini Noſtri; & totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam Sanguinis eius, quæ conuerſio conuenienter, & propriè à Sancta Catholica Eccleſia tranſubſtantiatio eſt appellata*; & alibi hæc eadem Sancta Synodus ſubiungit. *Si quis dixerit in Sacroſancta Euchariſtia Sacramento remanere ſubſtantiam panis, & vini anathema ſit.* Quod ſi adductæ authoritates verba Dei ſunt (vt probauimus ſuo loco) ſileant per totam æternitatẽ Oecolampadius, Zuinglius, Caluinus, & Lutherus, eorumque ſequaces ad veritatem Catholicam tandem accedant.

Nomen tranſubſtantiationis in Concilio Lateranenſi exordium habuit.

CA-

Digitized by Google

CAPVT TRIGESIMVM QVINTVM.

In quo demonstratur expressè ex Sacra Scriptura, haberi, non remanere substantiam panis, & vini post consecrationem in Sacramento Eucharistiæ, nec Panem esse Corpus, nec Vinum esse Sanguinem Domini.

EX vigesimo secundo capite textus Lucæ Euangelistæ resultat inuincibile argumentum probans in Sacramento Eucharistiæ solum Corpus, & Sanguinem Dominicum reperiri, nullo vero modo panem, & vinum. Lucas igitur omnibus Euangelistis clarior, & profusus in scribendo, loco supracitato de Christo Apostolis alloquente sic scribit, & hæc narrat. *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in Regno Dei; & accepto calice gratias agit, & dixit, Accipite, & diuidite inter vos, Dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec Regnum Dei veniat.*

Duas cœnas Christus, antequam mortem subiret, perfecit; vna fuit legalis, seu paschalis, in qua iuxta legem Mosaicam Dominus Saluator noster cum suis Apostolis comedit agnum figurantē suum Corpus, siue suam humanitatem, qui agnus fuit vltima figura veteris testamenti consummata per cruentam oblationem Redemptoris nostri in Cruce, & per incruentam in Sacramento Altaris. Post hanc cœnam iuxta communiorem Sanctorum Patrum sententiam, Christus solus surgens à cœna lauit pedes Discipulorum, post quam lotionem, iterum recubuit, & cœnam perfecit Euangelicam, seu Eucharisticam, transubstãtiando panem, & vinum in suum Corpus, & Sanguinem dicens. *Hoc est Corpus meum, &c.* quod colligitur ex verbis Ioannis cap. 13. vbi dicit, quod postquam Christus pedes lauit iterum recubuit. Hoc præmisso fundamento.

Aduertendum est illud particulare, quod de Christo in hoc facto notant Euangelistæ, nimirum, Redemptorem dixisse, se non esurum, siue manducaturum, vel bibiturum, vsque ad determinatum tempus, *cum illud bibam vobiscum nouum in Regno Patris mei*, sic inquit Matthæus. *Cum illum bibam nouum in Regno Dei*, inquit Marcus. *Donec impleatur in Regno Dei*, inquit Lucas. Et alibi subdit idem Lucas. *Donec Regnum Dei veniat.* Hæc verba vario modo, & intelliguntur, ac exponun-

Digitized by Google

ponuntur à Sacris Doctoribus. Hieronymus, ipsa moraliter exponit, dicens; quod Christus vinum nouum in Regno Dei bibet tunc, quando Judæi Mosaicam relinquendo legem ad Euangelicam conuertentur; at talis expositio est nimis extranea à sensu literali, nam Christus signat vinum, & indiuiduat dicens non bibam de (*Hoc*) genimine vitis, & sic sensus moralis Hieronymi non concordat cum circumstantionatis verbis huius Scripturæ. Tum quia non multò post Christus bibit Calicem Redemptionis omnium Hominum, inter quos includebantur Iudæi, nec aliam Redemptionem particularem pro Iudæis completurus est Christus, vt per eam ad veram Catholicam reducantur cognitionem. Alio modo exponit eumdem textum Augustinus lib. 1. quæstionum Euangelicarum cap. 43. dicens, quod Regnum Dei gloria sit, & sic sensus verborum Iesu est iste. Ego non bibam amplius vsque, dum nos omnes simul bibamus vinum isto suauius, nempe æternam Beatitudinem. At neque hæc Augustini expositio est consona literæ Sacri Textus (inquiunt ferè omnes huius loci Interpretes) nam articulus (*Hoc*) demonstrat Christum locutum fuisse illius speciei vini materialis, quod tunc reperiebatur super mensam suam. Quod si intelligamus de vino consecrato certum est, quod de hoc vino transubstantiato ipse Christus iam bibit, cum duobus Discipulis in Castello Emaus, vt notat Lucas cap. 24. Si vero intelligamus de vino non consecrato, adhuc de isto vino materiali bibit post suam resurrectionem ex Petri testimonio in actibus Apostolorum cap. 2. dicentis. *Qui manducauimus, & bibimus cum illo, postquam resurrexit à mortuis.* Tertia expositio, & ferè communis, est Ioannis Chrysostomi asserentis Regnum Dei fuisse tempus illud, quo post suam resurrectionem Christus in terris nobiscum conuersatus est, nam tunc data est illi omnis potestas, vt dicitur apud Matthæum cap. 28. quo tempore Christus bibit *nouum*, ideſt nouo modo, nam vbi ante suam mortem bibebat, vt vitam sustentaret, post suam resurrectionem bibit, vt fidem confirmaret. Sed quidquid sit de his tribus expositionibus hoc vnum certè colligitur, quod Christus declarauit se non bibiturum amplius ante mortem suam de hoc genimine vitis, siue tale vinum fuerit consecratum, siue non.

Aduertendum est etiam, quod ly (*Donec*) multoties in Scriptura significat (*Haud*) vt dicitur Psalmo 109. *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, &c.* Item Matthæi cap. 1. dicitur. *Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitũ*; & tamẽ Christus Dominus semper sedet, & sedebit ad dexteram Patris; & Beata Virgo, etiam post partum Virgo fuit. Vulgariter vero ly (*donec*) sonat (*vsque dum*) & sensus verborum Christi erit. Non bibam de hoc genimine vitis vsque dum viuam. His prænotatis.

Accedo ad textus Euangeliſtarum, & primo ad textũ Lucæ. Hic igitur Euangelista quatuor ordinatè narrat; primum est, quod Christus, *cum facta esset hora discubuit, & duodecim Apostoli cũ eo*, & dixit eis, *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar;*

dicõ

dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in Regno Dei. Secundum, quod Lucas narrat est hoc. *Accepto calice gratias agit, & dixit; Accipite, & diuidite inter vos; dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec Regnum Dei veniat.* Tertium, quod subdit Lucas est. *Accepto pane gratias agit, & fregit, & dedit eis dicens. Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem.* Quartum vero, quod Euangelista concludit est istud. *Similiter, & calicem postquam cænauit dicens. Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.*

Breuiter igitur colligendo, quæ dicta sunt habemus, quod Christus prius dixit se efficaciter desiderasse celebrare cum Apostolis Pascha, nec ante suam mortem se amplius manducaturum rem comestibilem, illarum, quæ appositæ erant in mensa. Secundo, quod dedit Apostolis potum, asserendo se ante suum obitum non esse amplius vinum bibiturũ. Tertio, quod Apostolis panem porrexit dicens, *Hoc est Corpus meum*; & tandem, quod porrexit calicem dicens. *Hic est sanguis meus.* Et sic duobus vicibus Christus locutus fuit de comestione, & potu dicens. *Hoc est Corpus meum. Hic est sanguis meus*, iuxta communiorem Patrum sententiam. Primæ duæ comestiones, & potiones interuenerunt in cœna legali, seu Paschali, eo magis quia Christus subiunxit apud Matthæum supra citatum, & Marcum loquens de calice. *Cum illud bibam nouum*, idest nouo modo, in Regno Dei; at panem, & calicem consecratum Christus non manducauit, & bibit nouo modo post resurrectionem, quia sacramentaliter manducauit ante, & post resurrectionẽ; at bene panem, & vinum non consecratum manducauit, & bibit nouo modo post suam resurrectionem, quia tunc cibus non inseruiebat Christo ad suam nutriendam vitam, sicut quando viuebat, sed ad confirmandam fidem post suam resurrectionem.

Ex hoc discursu deducitur, quod duæ primæ comestiones fuerunt de pane, & vino non consecrato, postremæ vero fuerunt de pane, & vino consecrato, & quod desiderauerit ardenter celebrare Pascha legis Mosaicæ cum Apostolis, non quia Agnus legalis erat vltimum obiectũ desiderii Christi, sed quia erat medium ordinatum ad obiectum desideratum, nimirum ad institutionem cœnæ Euangelicæ; scilicet Eucharistiæ. Exemplo me declaro. Si quis per mensem fuerit damnatus ad carcerem, anxius expectat trigesimum, seu vltimum diem mensis, non quia dies carceris est, sed quia est vigilia, & medium immediatè antecedens suam excarcerationem? Quod hoc verum sit reflectendum est, Christum non dixisse simpliciter, & absolute desiderare cœnam Paschalem, quia annis præcedentibus iam toties, & ter cum Apostolis celebrauerat Pascha, absque expressione talis efficacis desiderii; sed locutus est signatè de illo vltimo Paschate, cum quo debebat comitari institutio Eucharistiæ dicens. *Desiderio desideraui (hoc) Pascha manducare vobiscum*; non vero *Desiderio desideraui manducare*, vt sic, *sed hoc Pascha*, tanquam vigiliam antecedentem solemnitatem Euangelicæ cœnæ.

Christus cur efficaciter, & ardenter exoptauit celebrare Pascha cum suis Apostolis?

Digitized by Google

næ. Ex his omnibus igitur apparet hic ordo in istis Euangelicis cœnis, nimirum Christum prius fecisse cœnam legalem, in qua dixit, se non amplius ante suam mortem esurum de illis cibis Paschalibus super mẽsam appositis, scilicet agnum, lactucas, panem azimum, vinum, &c. postea surrexisse à cœna, & pedes Discipulorum lauasse, & tandem iterum ad cœnam Euangelicam accessisse, seu recubuisse, in qua Eucharistiam instituit, & eadem Apostolos communicauit. His præmissis.

conuincuntur Hæretici ex historia Euangelica.

Accedo ad substantiam Dogmatis, & sic Hæreticos confundo. Christus antequam Apostolorum pedes lauerit dixerat, se ante mortem non esurum esse cibos Paschales, & consequenter, nec panem manducaturum, nec vinum sumpturum. Post hæc idem Christus Apostolorum pedes lauit; & tandem cœnam instituit Euangelicam. At quando Christus dedit Apostolis Eucharistiam sumendam, nonnè adhuc Christus eamdẽ Eucharistiam sumpsit? vtique certe, nam sic omnes Doctores affirmant, nec vllus Hæreticorum hoc negat; imo in cœnis Caluinisticis, & Lutheranis eorumdem Ministri comedunt adhuc, & bibunt in signum, quod Christus vtrumque perfecit in cœna Euangelica. Hoc supposito sic Hæreticos aduersarios conuinco propositionibus ex Scriptura desũptis. Christus dixit se non amplius panem manducaturum, & vinum degustaturum ante suam mortem; & postea panem, & vinum consecratũ manducat, & bibit; ergo aut panis consecratus non est panis, vel Christus est mendax; at Christus est veritas, & mentiri non potest; ergo panis consecratus non est amplius panis.

Sed hic posset replicari, quod Matthæus, & Marcus, qui describunt cœnam Euangelicam, etiam post calicem consecratum asserunt Christum dixisse. *Non bibam amodo; &c.* Sicut scripsit Lucas de cœna legali; ergo adductum argumentum nihil probat. Respondeo facillimè euenisse (vt inquit Augustinus pluribus in locis) quod in hoc loco prædicti Euangelistæ non seruauerint ordinem rei factæ, & per consequens, quod narrauerint equidem verba à Christo prolata, sed dicta verba nõ adnotauerint in illo loco, seu tempore, quo Christus illa protulit; imo cum ista verba Christus dixerit in cœna legali, quia isti duo Euangelistæ de cœna legali mentionem non faciunt, dicta verba in cœnam Euangelicam transtulerunt. Hoc confirmatur, quia Lucas Euangelista nouissimus, & magis distinctus, quam prædicti duo, ordine supra à nobis posito omnia scripsit, & hæc in cœna legali non scripsere Matthæus, & Marcus; & sic semper remanet probatum in Eucharistia non reperiri panem, sed tantummodo Corpus Christi.

CA-

Digitized by Google

CAPVT TRIGESIMVM SEXTVM.

In quo ostenditur necessarium esse Sacrificium in lege Christiana.

AMbo isti Hæreticorum Antesignani Lutherus, & Caluinus conuenerunt aduersus Dominum, & aduersus eiusdem Sacrificium, nempe contra Missam. Lutherus specialē librū, cui titulus est. *De abroganda Missa, & de captiuitate Babilonica*, edidit, in quo inter cœteras blasphemias, quas contra Missam eructat, in istas specialiter irrumpit. *Missæ sunt summa idolatria, & impietas, & Missam tenere est Christum negare, quia Missa summa est peruersitas.*

Lutherus edidit librum de abroganda missa.

Eiusdem horribiles blasphemiæ.

§ Caluinus ex alia parte secundans Lutheranas blasphemias lib. 4. instit. cap. 18 inquit. *Romanus Antichristus, ac eius Propheta hac opinione totum orbem imbuerunt, nempe Missam esse opus, quo Sacerdos, qui Christum offert, & alii, qui in oblatione participant Deum promerentur.* At fas erat (inquit Alfonsus de Castro) quod sicut Antiochus intendens legem destruere Mosaicam, statim abrogauit legale Sacrificiū; sic nostri Aduersarii, Antiocho in perfidia peiores, vt Catholicam euertant, & Fidem de medio tollant, conati sunt eiusdem Fidei orthodoxæ Sacrificium funditus euellere reiiciendo, abolendo, & detestando Missam.

Et etiam Caluini.

Sed ego prius quam ad eorumdem Hæreticorum accedam confutandas præsentes blasphemias, ne apicem vnum, vel iota deperdam, quod possit ipsos confundere, ex verbis Caluini obiter pro alio dogmate cōtra Caluinum argumentum conficio insolubile, nimirum. Caluinus (vt vidimus exordio istius operis cap. 6.) negat Romanam Ecclesiam esse veram Ecclesiam, ex eo quia non est Vniuersalis; at hic impius mēdax asserit eamdem Romanam Ecclesiam totum orbem imbuisse Sacrificio Missæ; ergo Ecclesia Romana est Vniuersalis; ergo est vera Ecclesia ex principiis Caluini; ergo impius Hæresiarcha semper sibi contradictorius est; ergo semper falsus, sed vt deueniam ad amborum confutationem circa præsens Dogma.

conuincitur Caluinus insolubili argumēto ad hominem

Supponenda est hæc propositio, vt per se nota, nimirum, nullum populum, seu nationem in terris reperiri, apud quam non sit in praxi aliqua Religio, siue Lex. Non potest Religio, vel Lex reperiri, apud quā non extet Sacrificium, & Sacerdotium. Homo, Religio, Sacrificium, & Sacerdotium sunt quatuor anuli ad inuicem ita connexi, vt vnus, sine alio dari non possit. Vbi Homo est, Religio est. Vbi Religio est, Sacrificium residet; Vbi sacrificium reperitur, necesse est Sacerdotium in-

Omnis populus, quantumuis Barbarus, habet Legem, Sacrificium, & Sacerdotium.

Digitized by Google

ueniri; ratio est, quia Sacerdos propter Sacrificium requiritur; Sacrificium propter Religionem; & Religio propter Hominem data est, vt à Brutis distinguatur; & sic nullus inuenitur populus, qui aliquam Religionem non agnoscat, quam vt exerceat, & protestetur per Sacrificiū, necesse est, vt Sacerdote vtatur ad hoc perficiendum exercitium mediāte Sacrificio: At Sacrificium (inquit Augustinus) duplex est, internum vnum, externum alterum. Sacrificio interiori nos cognoscimus obiectum veluti summè bonum, independens, omnibus superius, omnibus benefaciens. At exteriori Sacrificio, vt dictum nostri animi conceptum demonstremus erga tale obiectum summè bonum, vltra quosdam actus externos, reuerentiæ, genuflexionis, &c. oportet, vt habeamus aliquem actum specialem, & proprium, quo huic summè bono, & non alii nos debitum reddamus cultum, & hic actus dicitur Sacrificium. Sic sacrificauere Abel, & Cain in exordio mundi. Sic Iob offerebat holocausta pur singulos dies. Lex Mosaica tota Sacrificiis plena erat. Gentiles postea excedebant omnes Nationes in sacrificando Idolis, vt historiæ testantur. Natura ergo docet, vt aliquam causam primam adoremus, & colamus, quam adorationem, & cultum nobis insinuat, vt externo sacrificio ostendamus. His suppositis.

Sacrificium duplex est.

Semper in mundo extiterunt sacrificia.

Accedo ad propositum dogma, & à Luthero, Caluino, cunctisque omnibus, qui Missam execrantur quæro, num rationabile sit in lege Euangelica, quæ clarior, verior, & perfectior omnibus aliis legibus extat, reperiri proprium Sacrificium, & Sacerdotium, cum omnes aliæ falsæ Sectæ proprium Sacrificium, & Sacerdotium habeant? Respondere debent affirmatiuè, quia alias oporteret de medio tollere Legem, cum tanta intercedat connexio inter Legem, & Sacrificium ex testimonio Pauli ad Hæbreos cap. 7. *Translato sacerdotio necesse est, vt legis trãslatio fiat*; ergo (ipse deduco) ex oppositio sublato Sacerdotio necesse est, vt auferatur Lex. Et sic restat consolidatum, ac firmum de communi consensu Legem Euãgelicam proprio gaudere Sacrificio, & per consequens Sacerdotium possidere.

Confutantur Hæretici.

Proportio inter legem, & sacerdotium secundum Paulū

At quod nam sit istud Sacrificium, hoc opus, hic labor est. Quidam dicunt nos debere sacrificare illis ritibus, quibus Synagoga sacrificabat ante Dominicum aduentum. Probant hanc opinionem ex proportione; quæ intercedit inter Sacrificium, & Legem, quia si verum est hoc, quod mutata Lege, mutatur Sacrificium; ergo è conuerso, vbi non mutatur Lex, non debet mutari Sacrificium; at Lex Euangelica non est opposita, siue diuersa à lege Hæbrea, nam Christus, *non venit soluere, sed adimplere, & iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege*; ergo Lex Euangelica Iudaicis sacrificiis vti debet.

Aliquorum opinio de sacrificio,

Huic obiectioni Respondeo vērum esse dari proportionem inter Legem, & Sacrificium, & vbi leges contrariæ, & diuersæ non sunt, neq; contraria, & diuersa esse debent Sacrificia. Similiter concedo Christū venisse, vt legē adimpleret Mosaicam, &c. at quando infertur; ergo etiam Hæbraica Sacrificia debent reperiri in Lege Euangelica, nimirum

Refellitur.

iuge

Digitized by Google

iuge Sacrificium, Hostiam pacificam, Holocausta, Arietes, Vitulum, Oleum, Sal, & quam plura alia, quibus vtebantur Hæbrei; at hæc Sacrificia non inueniuntur in Lege Euangelica; ergo Christus non adimpleuit, sed soluit. Respondeo concedendo primam consequentiam, sed negando secundam, nam virtualiter, & eminenter Sacrificium altaris omnia allegata continet, veluti figuras in figurato; & retorquendo Aduersariorum argumentum sic discurro. Lex Euangelica non opponitur legi Mosaicæ, imo est complementum eiusdem legis; at ad aduentum Corporis cessat vmbra, & ad accessum figurati desinunt figuræ; ergo secũdum allatam proportionem Sacrificium Legis Euangelicę debet esse complementum omnium vetustorum Sacrificiorum, tum naturæ, tum legis scriptæ, quia in ipso, & ab ipso virtualiter, & eminenter continentur, vnde scripsit Gabriel Biel; *Et in nouo sacrificio noua facimus omnia, Paschalem Agnum, Manna deserti; Panem Cœli, Vitulos, Turtures, Columbas, Vinum, Libamina, &c.* Præterea in scriptura multa Sacrificia legimus Deo placuisse, & permulta displicuisse, vt exempli gratia Leuitici cap. 1. dicitur; *de Armento masculorum immaculatum offeret.* Ieremiæ cap. 6. postea legitur. *Holocaustomata vestra non sunt accepta, victimæ vestræ non placuerunt mihi.* Item ad Hæbreos cap. 9. dicitur. *Sanguis Taurorum inquinatos sanctificat.* Oseæ vero cap. 6. legitur. *Misericordiam volo, non Sacrificium.* Item Psal. 50. canitur *Holocaustis non delectaberis*, & Psalm. 44. subiungitur. *Non accipiam de Domo tua vitulos.* Item ad Hæbreos cap. 10. legitur. *Impossibile est sanguine Taurorum, aut Vitulorum auferri peccata*; & per multæ aliæ leguntur inter seipsas dissonantes Scripturæ (quæ fuerunt à nobis conciliatæ in particulari Opusculo) at ad nostrum propositum pro nunc dico, quod Sacrificia veteris legis ex seipsis Deo non placebant, non enim Deus sanguinem suarum Creaturarum exoptat, sed tantummodo placebant, ex eo, quia figurabant, & terminabantur ad nostrum Euangelicum Sacrificium, & sic cum institutum fuerit hoc originale Sacrificium Missæ cessant omnia legalia Sacrificia, & nos nostro Sacrificio omnia Sacrificia legalia adimplemus, & perficimus; ex quibus omnibus semper firmum remanet Legem Euangelicam proprium habere Sacrificium, quod Missa est, & vocatur, & sic semper remanent confutati Lutherus, & Caluinus, omnesque Hæretici, qui tali Sacrificio aduersantur, execrantur, & illud impugnant.

Omnia sacrificia veteris legis continentur virtualiter in Missa.

Sacrificia legalia quædam grata, quædam Deo ingrata.

Digitized by Google

CAPVT TRIGESIMVM SEPTIMVM

In quo demonstratur Sacrificium Legis Euangelicæ, siue Christianæ.

Opinio Lutheri de sacrificio Christiana Religionis.

SVpposito, quod in Lege Euangelica debeat peculiare reperiri Sacrificium, quærimus, quod nam sit istud Sacrificium in Christiana Religione? Lutherus asserit hoc Sacrificium esse sacrificium laudis, vel boni operis. Sed hic incidenter non possum me abstinere à deridendo impium Hæresiarcham, nam ipse negat arbitrium, libertatem, & meritum in operibus humanis, & nunc affirmat (veluti musca sine memoria) quod nostra opera bona sint Euangelicæ legis Sacrificium. Sed redeo ad rem. Igitur docet Lutherus, quod quando nos Deum oramus, vel pias operationes exercemus, tunc Deo Sacrificium exhibemus. Sed (subsumo ego) huiusmodi opera sunt communia omnibus nationibus, Religionibus, & Sectis; ergo tale Sacrificium Lutheranum non est distinctiuum Religionis Christianæ ab aliis Religionibus; ergo Lutherus nihil concludit; nam omnis Lex debet habere proprium Sacrificium ab omni alia distinctum.

Reiicitur primo

confutatur secundo.

Caluinus accedit ad opinionẽ Lutheri.

Caluinus etiam ostendit sibi non displicere Lutheranum assertum; & Ciues Witbergenses Lutheri Alumni, ac sequaces, vt Catholicis eximium elargirentur fauorem dixere, quod Missa, si Opus bonum sit, vt Opus bonum est, & non alio titulo posse dici Sacrificium. At omnes isti Hæretici innituntur super Augustinum, qui lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 6. sic scribit. *Verum sacrificium est omne Opus, quod agitur, vt sancta societate inhæreamus Deo, relatum, scilicet, ad illum finem bonũ, quo veraciter Beati esse possimus; Vnde ex ipsa misericordia, quod Homini subuenitur, vel offertur, tamen sacrificium res Diuina est, ita vt hoc quoque vocabulo id latini veteres appellauerint; Vnde ipse Homo Dei nomini consecratus, & Deo deuotus, in quantum mundo moritur, vt Deo viuat Sacrificium est.*

Hæretici innituntur Authoritati Augusti.

Responsio authoritati prædictæ.

Huic authoritati respondeo, quod Augustini verba, translationes, & metaphoræ sunt, nam hoc modo, & cor, & cogitationes, & cœtera eiusmodi metaphoricè, & improprie possunt dici sacrificium, vt solebat canere Psaltes Psalmo 50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non despicies*; ergo licebit in aliqua lege cordis Sacrificiũ sufficere? nequaquã, imo Sacrificiũ institutum est, vt cordis conceptũ protestetur, & exprimat. Solemus etiã vulgariter dicere, *sacrificium esse, talem de medio tollere*; ergo occisio alicuius erit Sacrificium legis Euangelicæ? impium est hoc affirmare. Item Augu-

stinus

stinus dicit, quod Homo, qui seipsum diu in no dicat cultui, sui ipsius Deo Sacrificium facit; ergo in aliqua Lege hoc sacrificium sufficeret, & illam ab omni alia Lege distingueret? minimè certe. Verba igitur Augustini impropriè, largo modo, & metaphoricè intelligenda sunt; at nos de Sacrificio in arctiori significatione, & propriè dicto loquimur, distinguente vnam Legem ab alia, nam (vt dicebam) orationes, & opera bona non distinguunt vnam legem ab alia; Infideles à Fidelibus; Catholicos ab Hæreticis, quia hæc saltem in genere moris communia sunt cunctis Religionibus, populis, & nationibus.

Jn omni igitur Sacrificio necesse est rem sacram interuenire, at non omnis res sacra Sacrificium est, quia si sic, adhuc Templum, quod sacrū est, Sacrificium diceretur; & quod inter oblationes, & sacrificia lata intercedat differentia, ipse met Paulus ad Hæbreos capite 8. demonstrat dicens. *Omnis Pontifex ad offerendum munera, & hostias constituitur.* Sacrificium namque propriè dictum est illud, quo Deo aliquid offertur, sed circa talem oblationem aliqua actio exercetur, & id quod sacrificatur consumitur, nec aliquid sui remanet. Exemplo me declaro. Votum argenteum, vel cereum offerūtur certè Deo, sed non sacrificantur, nam remanent, non consummātur; sicut in veteri Lege, Cera, Incensum, Sal, Arietes, Agni, & omnia quæ sacrificabantur, consumebantur. Hæc Doctrina solidatur à duplici Sacrificio ipsius Christi, cruenti, nimirum, & incruenti; quando enim Iesus seipsum in Cruce sacrificauit, & obtulit Patri, animam emisit, & mortuus remansit. Sic etiam in Sacrificio incruento Altaris, Hostia, non solum est oblatio, sed Sacrificium, quia non solum offertur, & consecratur, sed etiam frangitur, sumitur, manducatur, & consumitur.

Quid sit sacrificium propriè dictum?

Quod nā erit igitur hoc sacrificiū Christianæ legis? Respondet Caluinus nouum, & distinctiuū legis Euangelicæ ab aliis legibus Sacrificium fuisse illud, quo Christus in Cruce pro nobis moriēdo seipsū obtulit Patri; ecce Paulus pro se (inquit Caluinus) qui scribens ad Hæbreos cap. 10. sic ait. *Sanctificati sumus per oblationem Corporis Iesu Christi semel.* Item ibidem cap 9. dicit. *Christus per proprium Sanguinem introiuit semel in Sancta, &c.* Item ibidem cap. 7. subdit. *Hoc enim fecit semel seipsum offerendo, &c.* Item ibid. cap. 10. subiungit. *Hic autem vnam pro peccatis offerens Hostiam in sempiternum sedet ad dexteram Dei*; & paulò infra ait. *Vna enim oblatione consummauit in sempiternū sanctificatos.*

Nouum sacrificium legis Euāgelica, per Caluinum fuit mors Christi.

His authoritatibus (addit Caluinus) quod nos Catholici maximè Christo præiudicamus aliud quærendo sacrificium à sua cruenta oblatione, & morte, & ad hoc probandum nouas Pauli authoritates adducit. Prima est ad Hæbreos cap. 7. vbi Paulus ait, quod antiqui Sacerdotes erant multi, *ex eo quod morte prohiberentur permanere*; at nostrū Sacrificium vnicum est, *eo quod Christus sempiternum habeat Sacerdotium*; igitur Catholici (deducit impius Hæresiarcha) malè agunt tot instituendo, & ordinando Sacerdotes. Item idem Paulus ibidē cap. 2. dicit

Affirmat Caluinus sacrificio Missæ Catholicos Christo præiudicium inferre maximum.

Digitized by Google

dicit, quod veteres Sacerdotes plura faciebant sacrificia; at Sacrificium Euangelicum semel oblatum pro omnibus suffecit, *quia per proprium sanguinem introiuit semel in sancta*. Item ibidem cap. 10. subdit, quod in Lege veteri Sacerdotes offerebant Bruta animantia; at Euangelicum Sacrificium fuit illud, in quo Christus Dominus suum proprium Corpus sanctificauit. *Sanctificati sumus* (inquit Apostolus) *per oblationem Corporis Iesu Christi semel*; ergo nos Catholici non benè facimus multiplicando Sacrificia in Euangelica Lege. Item idem ibidem cap 9. sic scribit. *Sine sanguine non fit remissio*; ergo malè facimus nos requirendo remissionem peccatorum per Sacrificium incruentum.

His omnibus Caluinisticis argumentis iam lassus, defatigatus sum toties, & in tot capitibus respondere. Dico, imo repeto, quod habemus vtique pro sufficientissima ad redemptionem Christi satisfactionē, passionem, & mortem in Cruce; at non efficaciter satisfecit per ipsam, sed applicatam illis mediis, & instrumentis ab eodem Christo institutis, & hoc modo efficaciter habetur remissio, & efficaciter mundamur. Omnis nostra mundatio à Christi sanguine procedit, sed per Sacramenta applicato; quod ita res se habeat, fateantur quæso Hæretici, sed verum dicant; Si Christus per suum sanguinem, passionem, & mortem omne peccatum efficaciter deleuit, cur ipsi baptizant infantulos, & Baptismo vtuntur? si peccatum iam est deletum, cassatum per Christi sanguinem; ergo superfluum est Baptisma; ergo superflua omnia alia Sacramenta. Unde si Christus nobis relinquendo Sacramentum Eucharistiæ, nempe Sacrificium incruentum, per ipsum voluit, vt nobis applicetur, & egurgitet meritum Sacrificii cruenti, quod nam præiudicium infertur eidem cruento Sacrificio in Cruce perfecto? Præiudicatur ne Medicinæ, quia eā medio vase meo ori appono? Infertur ne præiudicium aquæ balnei, quia ipsam per incile meo corpori applico? nonnè aqua est quæ emundat? nonnè medicina est, quæ bonæ valetudini restituit ægrotum? vtique, & nihilominus, si aqua non applicetur per vas; si medicina non sumatur, nec illa lauat, nec ista medetur.

Retorquetur argumentum contra Caluinistas.

Sed vltra prædicta, sic ad hominem contra Caluinistas argumentum retorqueo. Quando Caluinistæ affirmant in eorum cœna ad Hostiæ sumptionem sumere Corpus Christi, & credunt se recipere simul cum Hostia augumentum Gratiæ, istam gratiam virtute cuius meriti, in semetipsis recipiunt? certè per meritum Dominicæ passionis, *nam sine sanguine non fit remissio*; & nihilominus non credunt Caluinistæ talem Gratiam recipere, nisi mediante illo Corpore, quod chimerizant sumere ad Hostiæ sumptionem; ergo adhuc Caluinistæ vtuntur corpore incruento ad applicandum meritum corporis cruenti eiusdem Christi. Sic à pari nos Catholici per corpus Dominicum incruentum in Eucharistia nostris animabus meritum cruentati Corporis Dominici applicamus, & augumentum Gratiæ suscipimus.

Accedit, si Dhristus per Caluinum potuit ordinare, vt suum corpus incruētum (adinstar Sacramenti) nobis inseruiret ad applicandum meritum

ritum corporis cruenti; cur etiam non potuit ordinare (vt iam ordinauit) quod idem corpus in Sacrificio incruento nobis inseruiat ad applicandum meritum illius Sacrificii, quod ex eodem corpore cruentato perfectum fuit in Cruce? Quod si Caluinistæ mediante illo corpore, quod sumere chimerizant, non inferunt præiudicium merito passionis, dum credunt, quod tale meritum illis applicetur per ipsorum cœnam; cur postea affirmant nos præiudicium afferre Sacrificio cruentato ex eo, quia meritum talis Sacrificii mediante Sacrificio incruento ad nos peruenit ex ordinatione eiusdem Christi?

Differentia inter sacrificium Crucis, & Altaris.

Duplex igitur datur Sacrificium eiusdem Corporis Christi, cruentum vnum, incruentum alterum. Primo Sacrificio Christus seipsum Patri obtulit pro humanæ naturæ satisfaciendis peccatis. Secundum vero Sacrificium sub specibus panis, & vini Ecclesiæ reliquit, quod ipse met Christus incruenter, & inuisibiliter Patri offert quotidiè; & ambo hæc Sacrificia (ad differentiam Sacrificiorum, quæ gratias agebant, & laudem dabant) sunt propitiatoria, quia ambo operantur remissionē peccatorum, sed diuersimodè, nam Sacrificium Crucis operatum fuit remissionem peccatorum pro omnibus sufficienter; at Sacrificium Eucharisticum applicat hanc remissionem peccatorū à Sacrificio Crucis operatum, illis, qui intendunt talem remissionem sibi applicare. Sacrificium Crucis meruit pro animabus nostris; at Sacrificium Eucharisticum facit tale meritum ad nos diramare, & dimanare. Per Sacrificiū cruentum remedium nostræ salutis est sufficiens, at per Sacrificium incruentum fit efficax. Primum Sacrificium fuit infiniti valoris, & meriti; at secundum Eucharisticum finitè, & limitatè nobis applicat Sacrificium cruentum. Primum, quia infinitum erat semel completum, siue actum fuit; secundum, quia limitatè operatur quotidiè replicatur, & offertur.

Christus multiplicauit media pro nostra salute, vt suum infinitum amorem, & liberalitatem nobis ostenderet.

Ex his omnibus deducitur, quod sicut Catholici non inferunt præiudicium Christi Sanguini ipsum applicando mediis Sacramentis; sic non infertur præiudicium Sacrificio cruento Christi ipsum nobis applicando per Sacrificium incruentum Altaris; quia sicut Christus instituit Sacramenta, tamquam media, per quæ nobis diramaret meritum sui Sāguinis; ita ad eumdem effectum proprio ore instituit Sacrosanctæ Missæ Sacrificium (vt sequenti capite videbimus) & vt ostenderet munificentiam suæ liberalitatis, tot multiplicauit media, siue Sacramenta, ad hoc, vt suum prætiosissimum Sanguinem nobis metipsis applicaremus; & in specie tradidit nobis Eucharistiæ Sacramentum, vt specialem memoriam suæ passionis, & amoris haberemus, & seruaremus, vnde canit Ecclesia; *Recolitur memoria passionis eius. Miserator, & miserioors Dominus escam dedit timentibus se, in memoriam suorum mirabiliū.* & Paulus Epist. 1. ad Corinthios capite 11. ex persona Domini subdit. *Hoc facite in meam commemorationem.* Secundo institutum fuit ad subleuandas, & suffragandas animas in Purgatorio existentes, quia licet eis multæ applicentur à viatoribus satisfactiones prouenientes ex ope-

Rationes propter quas fuit instituta Eucharistia à Christo Domino.

re ope-

re operantium, vt sunt orationes, ieiunia, eleemosinæ, &c. attamen ex opere operato nullum pro ipsis extabat suffragium, & remedium, nisi Sacrificium Altaris ipsis applicatum, & ideo adhuc propter animarum purgantium Subleuationem institutra fuit Eucharistia; & tandem Missa instituta fuit, vt Lex Euangelica proprium, & speciale distinctiuum Sacrificium à cœteris legibus haberet, & etiam visibile. Sic est Sacrificiũ Altaris, & non sic Sacrificium Crucis, vt ait Caluinus, quia post Christi mortem hoc Sacrificium cruentum non redditur amplius visibile.

Sacrificium Crucis non est visibile.

Ex dictis igitur resultat vniuersalis responsio ad omnes authoritates à Caluino ex aduerso adductas, nimirum; *Sanctificati sumus per oblationem Corporis Iesu Christi semel*; verũ est de Sacrificio cruento, & nũc illa sanctificatio applicatur per Corpus Iesu Christi in Hostia, sed limitatè. Item *Christus per proprium Sanguinem introiuit semel in Sancta, &c.* est verum moriendo in Cruce, & nos etiam per eumdem Sanguinẽ applicatum, & per Sacrificium, aliasque per multas operationes introibimus adhuc in Sancta, &c. Item *Christus semel seipsum obtulit*; verum est de oblatione cruenta, & nunc quotidie offertur oblatione incruenta. Item *Christus vna oblatione consummauit*; est verum vna oblatione cruenta; & hæc consummatio multis oblationibus applicatur. Item *nos vnum habemus Sacerdotem*; est verum de Sacerdote Sacrificii cruenti, qui fuit Christus solus; imo etiam in Sacrificio incruento ipse solus seipsum offert, & illi, quos nos Sacerdotes nuncupamus, sunt ministri, & dispensatores mysteriorum Dei. Item *vnum sacrificium nobis sufficit*; est verum sufficienter, sed applicatum per multa Sacrificia redditur efficax. Item *nos nil debemus offerre, nisi solum Corpus Christi*; verum est, & adamussim hoc corpus sub speciebus offertur in Sacrificio Missæ. Item concludit Paulus, *sine sanguine non fit remissio*; verum est de remissione sufficienti, sed applicatus fit efficax remissio, & sine Sanguine fit applicatio remissionis.

Soluuntur authoritates Aduersariorum.

Sacerdotes sunt Ministri, & dispensatores mysteriorum Dei.

CA-

Digitized by Google

CAPVT TRIGESIMVM OCTAVVM.

In quo ostenduntur Figuræ, Prophetiæ, Locus institutionis, Institutor, Scripturæ, & Historiæ Ecclesiasticæ, quæ testimonium perhibent de Sacrosancto Missæ Sacrificio.

VT ex hac figura sumamus exordium, Melchisedech Rex Salem figurauit hoc venerabile Sacrificium, vt legitur apud quartum decimum caput Geneſis, vbi hæc habentur verba. *At vero Melchisedech Rex Salem proferens panem, & vinum (erat enim Sacerdos Dei Altissimi) benedixit ei, & ait, &c.* Ecce sacrificium figurans Sacrificium Eucharisticum; Item Dauid Psalmo 109. cœcinit de Christo venturo. *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*; & Paulus ad Hœbreos cap. 7. subiunxit. *Melchisedech Rex Salem, Sacerdos Dei Sümi, qui obuiauit Abrahæ, regresso a cæde Regum, benedixit ei, cui, & decimas omnium diuisit Abraham, &c.* *Figuræ scripturales pro sacrificio Missæ.*

At Melchisedech non figurauit Sacrificium cruentum in Cruce, quia tantum obtulit panem, & vinum; ergo tantum figurauit Sacrificiũ Missæ, in qua offertur corpus Dominicum sub speciebus panis, & vini. *Prima figura Missæ.*

Secunda figura fuit Agnus Paschalis Hæbreorum, qui figurauit Christum, texte Ioanne cap. 1. vbi narrat, Baptistam indice Christum demõstrasse dicendo. *Ecce Agnus Dei, &c.* At hic mysticus Agnus figurat Christum sub speciebus panis, & vini, sic testimonium perhibentibus cum Gregorio homilia 22. super Euangel. omnibus Sanctis Patribus, qui ex cœremoniis, quæ agebantur ab Hæbreis in comestione Agni, deducunt præparationem, quam nos facere debemus pro sumptione Dominici Corporis. Sic etiam canit Ecclesia. *Post agnum typicum expletis epulis, corpus Dominicum datum discipulis.* *Secunda figura.*

Tertia figura fuit iuge Sacrificium Exodi cap. 29. quod quotidie offerebatur, quod iuge Sacrificium non significabat tantum Sacrificiũ Crucis, quia istud semel oblatum fuit, & illud erat quotidianum; sic etiam, quia erat iuge, ideſt duorum Agnorum; ergo duplex Sacrificium signabat, nimirum cruentum semel oblatum in Cruce, & incruentum in Eucharistia, quod offertur quotidiè. Vel dicimus, quod sicut in lege veteri, semel in anno offerebatur Agnus Paschalis, hoc Sacrificiũ Cru- *Tertia figura.*

Digitized by Google

cis denotauit semel actum; at iuge Sacrificium, quia quotidianum erat,
Quarta figura Sacrificium Eucharisticum præmonstrauit.

Quarta figura, & magis expressa est illa Leuitici capite 16. vbi Deus præcepit, vt sumerentur duo Hirci ambo ad expiandum peccatum, sed iussit, vt diuersimode sacrificarentur, nimirum, vt vnus occideretur, & alter, postquam super ipsum prolatæ erant quædam præces, liber, & incolumis mitteretur in solitudinem. Primi Hirci in textu dicitur. *Offeres Domino*. Secundi dicitur. *Facies Caprum emissarium, ideſt, statuet viuum coram Domino, vt fundat preces super eo, & emittat eum in solitudinem.* Ecce duo Hirci, ideſt duplex Sacrificium Corporis Christi, vnum in Cruce cruentum, alterum in Altare incruentum. Ambo sunt pro peccato, quia ambo propitiatoria sunt; sed ex his Hircis, vnus occiditur, & hoc est Sacrificium in Cruce cruentum; at super alterum exprimuntur preces, & non occiditur, & ecce Sacrificium incruentum. Imo obseruandum est, quod hic secundus Hircus nuncupatur emissarius, ideſt, quod fiebat talis Hostia *Missa*, dans nobis Deus tot seculis ante nomen Missæ Sacrificio incruento à nobis super Altare celebrādo.

Primum Oraculum pro sacrificio Missæ. Sed accedo ad Prophetarum Oracula. Prima Prophetia est Psalmistæ Psal. 71. *& erit firmamentum in terra in summis Montium*; quem textum litera Hæbrea sic explicat. *In summis montium erit placenta tritici, vel memorabile triticum.* Imo Paraphrasis Chaldea exponit, *quod tempore Messiæ erit Sacrificium Panis.* Alii legunt. *Et erit frumentum in summis Montium.* Secunda prophetia est Malachiæ cap. 1. *Secunda Prophetia.* vbi Deus respuens sacrificia legalia Hæbreorum, prædicit Sacrificium Euangelicum dicens. *Non est mihi voluntas in vobis, nec munus accipiam de manu vestra; à solis enim ortu, vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda*; qui textus non intelligitur de Sacrificio cruento, nam hoc tantummodo Hierosolymis perfectum fuit; & tamen textus dicit. *In omni loco, &c.* eiusmodi est Sacrificium incruentum, quod vbique locorum quotidiè offertur. Tertia prophetia est Danielis cap. 12. vbi prædicitur, quod tempore Antichristi cessabit spatio annorum trium cum dimidio nostrum Sacrificium. Ecce verba textus. *Cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem dies mille, ducenti, nonaginta.* At quæro, de quo Sacrificio loquitur Daniel, quod tunc temporis cessabit? Non possunt esse victimæ Hæbreorum, quia istæ iam cessauere; non orationes, vel opera bona, quia ista non totaliter cessabunt; non Sacrificium Crucis, quia per plura secula ante aduentum Antichristi cessauit, licet numquam cessabit eius virtus; ergo de Sacrificio Eucharistico Propheta loquitur.

Tertia prophetia.

Instantia Lutheri contra Missam. At hic vociferatur Lutherus, (quidquid sit de Oraculis Prophetarū) Missa non fuit instituta, & celebrata à Christo Domino, & eius Corpus Patri oblatum in cœna, quia si instituisset, præcepisset nobis, vt illam celebraremus, & Hostiam offerremus; at hoc non inuenitur expressum

in

In Scriptura; ergo non est celebranda, sed bene recipiendum est à nobis Christi Corpus.

Huic instantiæ Respondeo primo retorquendo Lutheranum argumentum contra suum Authorem. Lutherus asserit sumendum esse à nobis corpus Dominicum, sed non admittendam Missam; sed quomodo poterit sumi Corpus Christi, nisi panis, & vinum consacrentur? subsumo. At consecratio panis, & vini est illa, quæ dicitur Missa, sive fit in Missa, & est Sacrificium Euangelicum; ergo si debet sumi, & consecrari panis, & vinum per Lutherum, quod Catholici in Missa perficiunt, quæ est Sacrificium incruentum, velit nolit tenetur Missam admittere. *Reiicitur primo ad hominē.*

Respondeo secundo, concedendo illud nos debere de Eucharistia, & circa Eucharistiam facere, quod Christus fecit; at falsum est, quod Christus dedit corpus Apostolis, absque eo quod ipsum Patri offerret, nam prius panem consecratum pro Apostolis Patri obtulit, quam Apostolis distribuerit. Ecce textus Lucæ cap. 22. vbi Christus hæc præcisa expressit verba. *Hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur*; quod si Christus inquit, *pro vobis datur*, quid aliud hæc verba denotant, nisi oblationem? subsumo. Sed hæc non erat oblatio in Cruce, quia tunc non perficiebatur, sed adimpleta fuit die sequenti, post prolata verba; ergo erat oblatio incruenta. *Responsio secunda.* *Christus in cœna Euangelica suum corpus obtulit Patri.*

Imo hic aduertendum est quod licet, quando Christus consecrauit Sanguinem locutus fuerit tempore futuro in textu Latino dicens. *Fundetur, effundetur*; attamen in textu Græco semper in præsenti loquitur, nimirum, *datur, traditur, Funditur*; quod speciali Diuina Providentia factum est, vt scilicet duos ex hac diuersitate locutionis colligeremus sensus verissimos. Textus Latinus loquitur in futuro, vt dumtaxat, intelligeremus illum eumdem Sanguinem Christum consecrasse, quem pro nobis fusurus erat in passione, & Cruce, siue in Sacrificio cruento. Textus Græcus loquitur in præsenti, vt intelligeremus illum eūdē Sanguinem esse, qui consecrabatur, & qui effundendus erat, & dat textus Græcus tempus futurum effusionis tempori præsenti consecrationis, ad demonstrandam talem identitatem sanguinis consecrati & sanguinis effusi in vtroque Sacrificio, cruento, & incruento. Imo Spiritus Sanctus, etiam in textu latino Lucæ allegato scripsit in præsenti, *quod pro vobis datur*, vt scilicet pedes censoribus obtruncaret, nimirum, si quis vellet veritatem cauillare authoritate vulgatæ editionis loquentis in futuro, & de oblatione Sacrificii cruenti, agnoscat textum Lucæ non posse saluari, dicentis (*quod pro vobis datur*) nisi concedatur Christum prius Hostiam consecratam Patri pro Apostolis obtulisse, deinde eos communicasse. Præterea, si Christus prius, quam communicauerit Apostolos, non obtulisset Patri Sacrificium sui Corporis, frustra dixisset. *Hoc facite in meam commemorationem*, nam si Christus non feciſſet oblationē, quā aliam actionem vsque tunc fecerat circa Hostiā? ergo cur dixit Apostolis, *facite*? Quid facere per imitationem alliciūtur Apostoli, si Christus nihil fecit? Tandem Benedictio panis, gratiarū

actio apud Hæbreos, omnia erãt cærimoniæ, quæ circa Sacrificia fiebãt.

Inter sacrificiũ & altare inter cedit relatio.

His addendum est, quod apud omnes notum est inter Sacrificium, & Altare perpetuam intercedere relationem, adeo quod vbi adest Sacrificium ibi reperitur, & Altare; & vbi Sacrificium non inuenitur, superfluum, & vanum est assignare Altare. Eucharistia, vt Sacramentum est non exposcit Altare, at vt Sacrificium est, vtique Altare requirit; Vnde Caluinistæ, quia negant Sacrificium in eorum cœnis non admittunt Altare, sed locum vbi suam cœnam faciunt mensam appellant, & optima cum ratione, quia verè eorum cœna Mensa Bacchantium, & furentiũ est. Hoc supposito sic contra Aduersarios argumentor. *Si* Christus noluisset, vt in lege Euangelica fieret Sacrificium, tumquam præsupposuisset, vel admisisset Altare; At Matthæi cap. 5. legitur. *Si offers munus tuũ ad Altare, &c.* ergo datur Sacrificiũ, dũ præsupponitur Altare.

Caluinistæ non admittunt altare in eorum cœnis, quia nõ admittunt sacrificium.

conuincũtur Aduersarii.

Nec valet effugium Caluinistarum, nempe Christum loqui de Sacrificio Hæbraico, & cum Hæbreis tunc locutum fuisse; non valet inquã, nam sic eos vrgeo. Hæc verba fuerunt à Christo prolata in sermone, quem fecit in Monte, vbi præcepta legis Euangelicæ tradebat, sic dicendo. *Audistis, quia dictum est antiquis, non occides, ego autem dico vobis, &c.* ergo sequacibus Euangelii loquebatur, quibus memorat; *si offers munus tuum ad altare, &c.* ergo præsupponit Altare; at vbi adest Altare, adest etiam, & Sacrificium; ergo à Christo Domino in Lege Euangelica præsupponitur Sacrificium. Præterea etiam Paulus ad Hæbreos cap. vltimo dixit. *Habemus altare, &c.* ergo, & Sacrificium. Vlterius notandum est, quod Testamentum nouum Græcè conscriptum non admittit hoc nomen, *Missa*, quia vel latinum, vel Hæbreum est; sed Missa à Græcis nuncupatur *Liturgia*. Hoc supposito sic argumentor. In Actibus Apostolorum cap. 13. legitur Spiritum Sanctum præcepisse Ecclesiæ. *Segregate mihi Paulum, & Barnabam.* At textus Græcus narrans, quid faciebant Paulus, & Barnabas, quando talem ordinem susceperunt, scribit. *Liturgondon aston*, quod lingua nostra sonat, faciebant Liturgiam, siue Missam dicebant; ergo ab Apostolis in primitiua Ecclesia celebrabatur Missa, & offerebatur Sacrificium incruentum.

Subfugium Caluini reiicitur.

Caluinus agnoscens robur huius argumenti subfugit, dicens, quod textus latinus exponit hoc modo. *Ministrantibus, non sacrificantibus.* Sed refellitur Caluinisticum subfugium, nam licet verum sit, quod textus Latinus exponat, *Ministrantibus*, tamen dolosus Hæresiarcha mutilat, & adimit sequens verbum latinę expositionis, nimirũ, *Ministrantibus Domino*; nunc dicat Caluinus, quod nam sit hoc ministerium Domino exhibitum, nisi ministerium Altaris?

Ridicula Erasmi expositio refellitur.

Erasmus è conuerso non audens negare vim textus Græci Sacrificiũ significantis, subiungit, (ò ridiculam expositionem) quod nullum Sacrificium Deo gratius est, quam Doctrinam Euangelicam docere; hoc supposito, subsumo ego; igitur secundum Erasmum, quando dicimus sacrificare, dicimus prædicare; & quando dicimus prædicare, dicimus

sacri-

Digitized by Google

ſacrificare. At quis non ridebit hanc audiendo expoſitionem? ergo reſtat dari Sacrificium incruentum, quod Miſſa nuncupatur.

Doctores ſacri pro Miſſa.

Sed accedo ad sacros Doctores, & Hiſtorias Eccleſiaſticas; & primo ex Doctoribus ſacris aliquos adducam, ne integrum, & maximum volumen cogar implere, ſi omnes adducere vellem. Ambroſius de hoc Sacrificio ſub nomine Miſſæ loquitur Epiſtola 31. Leo Pontifex epiſtola 88. Ignatius Martyr, qui Chriſtum in carne vidit ſcribens ad Smirneorum populum ſi ait. *Non licet ſine Epiſcopo, neque Sacrificium immolare, neque Miſſas celebrare.* Idem ſcribens ad Trallianos, & ad Neronem ſubdit. *Quod Petri Apoſtoli Miſſam celebrantis erant Diaconi Clemens, & Anacletus; & Pauli ſacrum facientis erant Diaconi Timotheus, & Linus;* Cyprianus ſcribens fratri Cecilio ait. *Nequa aliud fiat à nobis, quam, quod pro nobis Dominus prior fecit, vt calix, qui in commemorationem eius offertur mixtus vino offeratur.* Idem aſſerit Auguſtinus lib. 4. de Doctrina Chriſtiana. Item Iſidorus lib. 1. de officiis cap. 15. inquit. *Ordo Miſſa primo à Sancto Petro eſt inſtitutus.* Idē docet Anacletus Papa epiſtola ad omnes Orientales. Idem docet Dionyſius Areopagita de Eccleſiaſtica Hierarchia.

Hiſtoria pro Miſſa.

Accedo ad hiſtorias. Abdias teſtatur Petrum Antiochiæ celebraſſe Miſſam. Item Neapoli (vbi hæc ſcribo) adeſt vetuſtiſſimum Templū ſub titulo Sancti Petri ad Aram, in quo extat altare, vbi Petrus Apoſtolus prædictus primam Miſſam celebrauit, in cuius memoriam Eccleſia prædicta ædificata fuit. Item Andreas Apoſtolus dixit Ægeæ Proconſuli Achaiæ. *Ego quotidiè ſacrifico Agnum immaculatum, &c.* Item ſexta Synodus teſtatur Iacobum Apoſtolum celebraſſe Miſſam, cuius Apoſtoli, etiam Liturgia inuenitur. Item inuenitur Miſſa Marci Euangeliſtæ, nec Chriſtianus reperitur in terris, ſiue Latinus, ſiue Græcus, ſiue Chaldeus, ſiue Æthiops, ſiue Schiſmaticus ſit, qui Sacrificium Miſſæ non habeat, & confiteatur eius vſum antiquiſſimum fuiſſe.

ſubſtantia Miſſæ numquam mutata.

Nec obſtat id, quod dicere ſolent, nimirum, ſi Miſſa fuiſſet à Chriſto inſtituta non fuiſſet toties permutata; nam ad hoc dicimus, quod ſubſtantia Miſſæ, quæ in conſecratione, oblatione, & ſumptione Hoſtiæ conſiſtit, nunquam variata fuit; ſed benè cærimoniæ, quæ circa ipſam fieri ſolent (quæ accidentales ſunt, & adinuentæ ad excitandam deuotionem apud fideles erga Chriſti paſſionem) aliquando iuxta maiorē, vel minorem populorum feruorem permutatæ ſunt; & ex eiſdem Liturgiis, quædam nimis prolixæ ſunt, quædam nimis breues; attamen nihil à Fidelibus agitur, etiam circa has cærimonias, quod non ſit cōforme Catholicæ Doctrinæ; nam ſi Pſalmum legimus, vel Doctrinam, vel Prophetiam Doctrina Pauli eſt epiſt. 1. ad Chorinthios cap. 15. dicentis. *Vnuſquiſque veſtrum habeat Pſalmum, Doctrinam, & Prophetiam.* Si vtimur obſecrationibus, orationibus, poſtulationibus, graciarum actionibus, doctrina Pauli eſt epiſt. 2. ad Timotheum; *& omnia* (vt inquit idem Paulus ad Corinthios cap. 14.) *in ædificationem facimus*; & tandem noſtris cærimoniis in Miſſa repræſentamus vitam, & mortē

Chri-

Significationes cærimoniarum, quæ in Missa fiunt.

Christi Domini; nam Confessione ad altaris ingressum, significamus Mundum ante Christi aduentum peccatis oneratum fuisse. *Introitus Missæ* significat Christi aduentum, siue Verbi incarnationem in vtero Virginis. *Kyrie*, nouies repetitum denotat voces Sanctorum Patrum in Limbo existentium Dominicum petentes aduentum. *Gloria in excelsis Deo, &c.* significat eius natiuitatem. *Dominus vobiscum*, denotat moram Christi cum Hominibus. *Orationes*, significant, quod Iesus antequam prædicaret pro nobis orabat. *Epistola*, significat prædicationē Ioannis Baptistę ante Christi prędicationem. *Euangelium* denotat Christi prædicationem. *Credo*, significat Fidem Christi, quæ tunc cæpit diffundi. *Offertorium*, significat, quod Christus determinauit seipsum pro nobis offerre. *Secreta*, denotant Christi occultationem, quando non dum perfecta erat eius moriendi hora. *Præfatio*, significat Christi triumphum in die Palmarum. Si fit *Memento*, nobis memoramus noctem Dominicæ Passionis. Si deosculatur Altare, significatur Iudæ proditorium osculum. *Eleuatio Hostiæ*, significat Christum in Cruce eleuatum. *Eleuatio Calicis* significat Sanguinis Dominici effusionem. *Si denuo in mortuorum memento tacetur*, figuratur Saluatoris mors. *Si iterum Sacerdos alta loquitur voce*, significatur Centurionis confessio. *Si denuo tacetur*, denotatur eius sepultura. *Si dicitur pax vobis*, figuratur eius resurrectio, & pax à Christo Apostolis tradita. *Si exprimitur Agnus Dei*, denotatur Ecclesiæ letitia, dum Christum resuscitatum vidit. *Si fit communio*, significatur, quod Christus post resurrectionem comedit cum Apostolis. *Si legitur Scriptura*, significatur, quod Iesus scripturæ sensus Apostolis aperuit. *Si in medio Altaris proceditur*, significatur Christi in Cœlum ascensus. *Si replicatur Oratio*, denotatur, quod idem Dominus pro nobis in Empyreo Patrem rogat. *Si iterum ad medium Altaris progreditur*, significatur, quod Iesus est Redemptor Hæbræorum, & Gentiū. *Ite missa est*, significat Mundi vniuersalem futurum interitum. *Si Sacerdos faciem populo ostendit*, significatur, quod Saluator venturus est iudicare viuos, & mortuos. Si datur Benedictio, denotat illam, quam ipse dabit Electis dicendo. *Venite benedicti Patris mei, &c.*; & tandem *Si legitur initium Euangelii Ioannis, in principio erat Verbum*, denotatur omne principium, & omnem nostrū finem à Christo debere sumere exordium, & in Christum terminare.

Ex quibus colligitur, quod si Missa Christi vitam passionem, & mortem representat, & idem Christus præcepit, *Hoc facite in meam commemorationem*; ergo iussit Apostolis Missæ Sacrificium ab eis debere celebrari, vt memoria Passionis eius, & infinitæ charitatis semper apud eosdem recens esset, & sic eo magis ad ipsum amandum stimularentur. Sileant igitur Caluinus, Lutherus, Oecolampadius, Zuinglius, Erasmus, Vergerius, & omnes recentiores Hæretici, qui Sacrosancto Missæ aduersantur Sacrificio; quod si ab eisdem tale reiicitur Sacrificium, remaneant ipsi Sathanæ holocausta, & Diuinæ Iustitiæ, durante æternitate, in Altaribus sacrificent Abyssi; dum ego post, quam in hoc primo

volu-

Digitized by Google

volumine medietatem eorum errorum (Diuina flante aura) confutaui, & in pelagum confusionis demersi, veritatis portum appello, donec denuo in secundo tomo contra eosdem vela persoluam, & anchoratus contra Hæreticales Aquilones securus quiescam. Sed quia in Sacra Scriptura, quædam apparentes dissonantiæ obseruantur, quibus Hæretici abutuntur ad veritatem Catholicam ledendam, ideo ego, vt omnia ab eis hostilia auferam arma, in Iride Biblica omnes tales dissonantes concordaui Scripturas, vt legere poteris Lector ingenuè in proprio opusculo.

Digitized by Google

AD CANDIDVM LECTOREM.

Proficua notitia.

VT agnoscas (Catholice Lector) quales Homines Ecclesiæ ausi sint, aduersari, in calce huius Operis pro Coronide malui adducere testimonia eorumdem Hæreticorum testantium (in hoc solummodo veraces) quales ipsi extiterint, qualisue eorum Doctrina.

In primis Vulricus Zuinglius libro de vera, & falsa Religione sic ait. *Non dum satis liquet, quid sibi velit, hoc est Corpus meum.* Quod si hæc paucula verba Sole clariora, & infantulis nota, non intelligit Zuinglius, qualis fuerit eius Doctrina, & ingenium, quisque poterit non obscurè cõprehẽdere. Hic impius inter Heluetiorum arma suam tuendo hæreticalem ignauiam cæsus fuit in excidio Tigurinorum à Catholicis pro causa orthodoxæ fidei contra Tigurinos prædictos in campo certãtibus die 21. Octobris, anni 1551.

Sequitur in ordine Philippus Melancthon, qui fuit Lutheri Achates fidelissimus. Hic in Epistola ad Ioannem Bartolomæum sic ait. *Optarem excidissent mihi digiti omnes, cum primum illos admoui scribendis Tractatibus.* Ita testatus est Hæreticus iste perfidus, & tamen (ò prauam perfidiam!) cum veritatem agnouisset numquam resipuit, nec maluit suos abiurare errores, sed elegit pertinaciter in Hæresi perire.

Tertius est Andreas Carolstadius, qui prius fuit Archidiaconus Cathedralis Witbergensis, postea ex intima familiaritate à Luthero ad Apostasiam tractus, sacrilegas perficiẽdo, nuptias, Missã execrabilissimã instituit ad honorem sui turpissimi connubii; tandem ambiendo Luthero præire contra illum acuit calamum. Sed quid? Rè à Luthero cognita ad usque vltimas miserias protractus, coactus fuit alimenta victitare (indoctus Agricola) industria, & opere Vomeris, & Stiuæ, ex Theologiæ Doctore, & Archidiacono illustri in villicum transformatus, pro calamo tractando Ligonem; & tandem miserrimè diem clausit extremum. De hoc sacrilego viro Martinus Lutherus Epistola Theutonica ad Argentinenses (vltra quam plura conuicia, quibus, & in hac Epistola, & in aliis Scripturis dictum Carolstadium afficit) sic scribit. *Caueat à fallaci illo spiritu, quisquis potest; hoc suadeo; hic nihil subest boni, &c.* Talis fuit Hæreticus Andreas Carolstadius ex Lutheri testimonio.

Quartus est *Martinus Lutherus*, ex quo nomine vigore puri Anagrãmatis extrahitur hic sensus. *Ter Matris vulnus*, & rationabiliter, siquidem suam Sãctam Matrem Ecclesiam triplici præcipuo vulnere sauciauit, siue ausus est sauciare, nimirum ei auferendo *Dignitatem*, *Potesta-*

Digitized by Google

testatem, & Fidei confirmationem, vel ab eadem remouendo, *Primatum, Veritatem, & assistentiam Spiritus Sancti.* Hic igitur Protohæresiarcha in Symposiacis sic scripsit. *In animum inducere non possum, quæ doceo*; & tamen docuit, quæ non credidit; imo ea, quæ falsissima esse agnoscebat. Obiit hic impius Islebii morte repentina inter crapulas, & epulas à Dæmone suffocatus, cum quo semper commercium visibile, & sensibile habuit nocte 18. Februarii 1546.

Meus tãdem Antagonista Ioannes Caluinus in admonitione ad Wetsphalienses sic scripsit. *Retractaturum se, quæ scripsit omnia, si Melanchthoni videretur*; ergo tam solida erat Caluini Doctrina, vt paratus esset ad alterius Hæretici placitum se retractare ab omnibus, quæ scripserat. O stultitia! ò insipientia!

Idem Caluinus lib. 1. institutionis cap. 2. num. 44. sic subiungit *Tot obruitur Hallucinationum formis nostra ratio; tot erroribus est obnoxia; in tot impedimenta impingit; tot angustiis irretitur, vt plurimum à certa directione absit.* Quod si hoc affirmat Caluinus, qua fronte postea affirmauit suam Geneuensem veram esse Ecclesiam, suamque verã Doctrinam? ò insanias! ò deliria! verè punienda, sed non medenda apud tartareum Xenodochium, vbi sine spe medelæ, æternitate durante, semper sustinebunt supplicia, labores, & flagella, sed non ad salutem.

Hæc testimonia adduxi (Catholicè Lector) vt in Fide Sanctæ Romaneque Ecclesiæ, vsque ad animæ exitum, tu teipsum stabilias. Vale.

Finis primi Voluminis.

LAVS DEO.

Digitized by Google

Errata sic emenda.

Fol. 2. verſ. 1. memoraret, memor erat. f. 4. v. 27. aſſertibus, aſſertis. f. 5. v. 18. incontraſtabiliter, ineluctabiliter. f. 10. v. 14. Caluinus, Caluinum. f. 17. v. 27. diſperſi, diſperſis. f. 18. v. 32. ſic. ſic. f. 20. v. 16. in terris, in terras. f. 21. v. 25. octuageſimi, octogeſimi. f. 23. v. 9. Corinthi, Cerinthi. f. 24. v. 41. refertum, relatum. Ibid. v. 44. Chriſti, Chriſti. f. 35. v. 5. ex origine, origine. f. 36. v. 6. in Dei perſonam, perſona. f. 39. v. 14. Dæmoniaeis, Dæmoniacis. f. 40. v. 20. Anatagoniſta, Antagoniſta. f. 43. v. 20. fine, fine. f. 52. v. 41. præciſimis, præciſiſimis. f. 61. v. 2. remitteret, remitteret. f. 64. v. 1. Eccleſiæ, Eccleſias. f. 75. v. 27. in margine. ad Damaſum, ad Romanos. f. 76. v. 24. fonre, fonte. f. 86. v. 9. redarguendum, ad redarguendum. f. 87. v. 32. cedit, cadit. f. 90. v. 2. humanus, humanos. Ibid. v. 3. erudiat, erudiant. f. 92. v. 9. eſſet, eſſe. f. 93. v. 29. hæc ſunt, hæ ſunt. f. 95. v. 14. facto, fatuo. f. 97. v. 5. in margine, ſecunda, ſecundo. f. 98. v. 16. quem, quæ. f. 99. v. 36. in margine, Celagius, Pelagius. f. 101. v. 36 tos, tuos. Ibid. v. 38. noluiſtis, noluiſti. f. 102. v. 20. in margine, ſetadecima, ſextadecima. f. 104. v. 7. hambo, ambo. f. 107. v. 17. eo argumento, ego argumẽto. f. 109. v. 1. hnic. huic. Ibid. v. 18. dicitut, dicitur. f. 120. v. 1. meu, meus. f. 122. v. 38. fide, fides. f. 134. v. 12. quingentorum, ſeptingentorum quinquaginta ſex. f. 135. v. 18. confunda, confundo. Ibid. v. 41. confuſio, confuſio. fol. 136. v. 32. humanem, humanum. Ibid. v. 33. poreſt, poteſt. f. 137. v. 10. fi, ſi. Ibid. concedirur, conceditur. f. 142. v. 5. ſoluendum, ſoluendam. f. 143. v. 39. Caluinæ, Caluine. f. 144. v. vlt. aſsere, aſserere. f. 151. v. 9. ſatifacta, ſatisfacta. f. 153. v. 7. certè, certè. Ibid. v. 25. quoſdam, quaſdam. f. 160. v. 2. quodcumqae, quodcumque. ibid. v. 18. ſepolturam, ſepulturam. ibid. v. 22. Carthaginenſi, Carthaginenſe. f. 161. v. 26. Catholicos, Catholicos. ibid. v. 29. ſoſum, ſolum. ibid. in margine. dabitus, debitus. f. 162. v. 40. inferro, infero. f. 171. v. 17. inuocetar, inuocetur. f. 176. v. 15. Sanctus, Sanctos. ibid. exmplo, exemplo. f. 177. v. 7. Hærericu, Hæreticus. f. 181. v. 35. dipingi, depingi. f. 182. v. 33. his duobus, in his duobus. ibidem v. vlt. ſecundum, ſecundam. f. 183. v. 7. remanent, remanet. f. 186. v. 42. quod dico, quando dico. f. 191. v. 20. vebis, verbis. f. 198. v. 16. ergo, ego. f. 199. v. 19. carporis, corporis. f. 200. v. 32. coarpus, corpus. f. 205. v. 5. abiecta, obiecta. f. 209. in ſecunda margine. adductæ, adductas. f. 212. v. 20. fit, ſit. f. 213. v. 35. illum, illud. f. 217. v. 12. cao, cap. f. 219. v. 5. virtualirer, virtualiter. f. 222. v. 43. Dhriſtus, Chriſtus.

HVs

Digitized by Google

Huius Operis Rerum notabilium

ALPHABETICVS INDEX

Prior numerus capita; posterior vero folia designat.

A

ACtus intellectus est credere, & regulatur ab Habitu Fidei Cap. 21. fol. 119. Actus voluntatis duplex, & à quo regulatur? ibidem.

Adæ tria priuilegia in statu Innocentiæ, cap. 16. fol. 84.

Adoratio Latriæ, & Duliæ ex earum natura synominæ voces sũt. cap. 28. fol 164. Sed apud Catholicos diuersificant conceptus, ibid. Quid sit Dulia? ibid. Quid Latria? ibid. est vnus tantum actus, cap. 30. fol. 163. triplici modo fieri potest, ibid. Errores, qui possunt interuenire in ipsa Adoratione, ibidem fol 164.

Agapitus Primus expulit è Cathedra Constantinopolitana Anthemium Episcopum Hæreticum, cap. 12. fol. 61.

Agnus, eius immolatio fuit vltima Figura veteris Testamenti à Christo adimpleta, cap. 31. fol. 192.

Alexander Primus Pontifex, & eius acta, cap. 12. fol. 67.

Ambrosius pro libero arbitrio cap. 18. fol. 102. Exponit quartũ caput libri Geneseos, cap. 26. fol. 153.

Amor omnia suauia reddit, cap. 23. fol. 129.

Anastasius Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 63.

Anastasius Secundus, quid scripserit Anastasio Orientis Imperatori? cap. 12. fol. 61.

Anabaptistarum error, cap. 2. fol. 7. confutatur, ibidem, fol. 8 eorumdem alius error, cap. 21. fol. 112.

Anicetus Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 66.

Animæ purgantes possunt viuentium suffragiis adiuuari, cap. 27. fol. 157.

Anthemius damnatus à Siluerio Primo, & Agapito Primo, cap. 12. fol. 61.

Digitized by Google

Antherus Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 65.
Arbitrium esset frustatorium, si à Deo cogeretur cap. 20. fol. 108. debet cooperari cum Gratia, vt obtineat Iustificationem, ibid. fol. 111.
Apostoli non omnia scripto mandarunt cap. 9. fol. 46.
Argumentum Vniuersale, quo omnes Hæretici expugnantur circa veritatem Ecclesiæ Catholicæ, cap. 2. fol. 12.
Armenorum error damnatus à Caluino, cap. 3. fol. 16.
Arrij Hæresis, & dolus, cap. 1. fol. 3. eiusdem alia Hæresis, cap. 3. fol. 16.
Athanasius pro libero arbitrio, cap. 19. fol. 102.
Augustinus confutat Caluinum, cap. 7. fol. 31. non crederet Scripturæ, nisi eam Ecclesia declarasset Canonicam, cap. 11. fol. 57. Confutat Erasmum, & Caluinum, cap. 15. fol. 86. stat pro libero arbitrio, cap. 18. fol. 102. confutat Manichæum, cõtra quem tuetur arbitrium, ibidem. contra Pelagium tuetur Gratiam, ibid. confutat Caluinum, ibid. Eius expositio pro Purgatorio cap. 26. fol. 153. eiusdem sententia circa Purgatorium, ibid. fol. 155. eius textus producitur, & declaratur, ibid. fol. 156. Quid sentiat de Sacris Imaginibus, cap. 30. fol. fol. 173. Quatuor eius Regulæ ad cognoscendum, si Scriptura figuratè loquatur, nec ne? cap. 31. fol. 191. examinantur tales Regulæ ibidem, & sequentibus foliis.
Axioma Vniuersale omnium Hæreticorum, quod nam sit? cap. 1. fol. 2. confutatur, ibidem.

B

Babylon metaphoricè sumitur, cap. 15. fol. 82.
Baptismus efficaciter vigore Christi Sanguinis delet originale peccatum, cap. 17. fol. 87. causat Gratiam, ibid. fol. 91.
Baruch liber non admittitur pro Canonico à Caluino, & cur? cap. 10. fol. 57. fuit Cancellarius Ieremiæ Prophetæ, ibidem. Fuit probatus à Concilio Florentino, & Tridentino, ibid.
Basilius pro libero arbitrio, cap. 18. fol. 102.
Beati possunt, volunt, & sciunt intercedere, cap. 29. fol. 170. quomodo audiant, & videant sublunarium voces, & opera ibidem.

Digitized by Google

Benedictus Primus declarauit multa Fidei dogmata, cap. 12. fol. 60.
Berengarii error damnatur à Caluino, cap. 3. fol. 15.
Bonifacius Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 62.
Bonifacius Secundus, quid scripserit Eulalio Episcopo Alexandrino? cap. 12. fol. 61.
Bonifacius tertius, & eius Historia, cap. 12. fol. 58.
Buceri error circa Eucharistiam, cap. 4. fol. 20.

C

CAluinus in verbis consecrationis reiicit literam sacri textus, & tamen docet semper standum esse literæ in Sacra Scriptura, cap. 1. fol. 1. & seq. confutatur multipliciter, ibidem. eius error circa vinculum Ecclesiæ, cap. 2. fol. 9. confutatur, ibidem. eius contradictio, ibid. eius sectatores conantur conciliare suam contradictionem, ibid. fol. 10. alia eius contradictio, ibid. interpretatur à suis sequacibus, sed confutantur, ibidem. Retorquetur eius argumentum, ibid. fol. 11. Absurda, quæ sequuntur ex Caluinistico errore, ibidem fol. 12. expugnatur inuincibiliter, ibid. eius fatuitas, cap. 3. fol. 13. confutatur ibid. eius opinio de signis pro cognoscendo veram Ecclesiam, ibid. fol. 14. eius doctrina vitiosa est, & petit principium, ibid. eius dolus, ibid. eius argumentum excitat risum, ibid. fol. 15. eius subterfugium præcluditur, ibid. suam damnat doctrinam, ibidem, & fol. 16. est omniũ Hæresũ Cloaca, & Atheista, ib. expresè stultus, ibid. eius Secta non habet vnam spem, cap. 4. fol. 17. eius responsiones confutantur multipliciter, ibid. & fol. 18. neque habet vnitatem Baptismi, ibid. & fol. 19. neque vnitatẽ Dominicam, ibid. Pluries suam innouauit opinionem circa Eucharistiam, ibid. non habet vnitatem Fidei, ibid. eius responsiones, & confutationes, ibid. eiusdem noua confutatio, ibid. fol. 20. derisus à Petro Richerio, ibid. eius obiectio soluitur, cap. 5. fol. 22. confitetur perpetuitatem Ecclesiæ, ibid. fol. 23. contra ipsum producuntur argumenta insolubilia, ibid. eius responsio reiicitur, ibid. fol. 24. eius Cathedra habuit originem à suo discipulo, & anteceſſore Farello apud

Digitized by Google

apud Geneuam, cap. 7. fol. 29. euincitur ad hominem, ibid. fol. 31. veneratur Auguſtini Doctrinam, à quo conuincitur, ibidem eius reſponſio, & confutatio, ibidem. eius inſanum argumentum, ibid. fol. 32. non intelligit terminos Catholicæ Doctrinæ, ibid. retorquetur eius argumentum, ibidem. recurrit ad iniurias cõtra Catholicos, ibid. fol. 33. eius ridiculum argumentum, & confutatio, ibid. eius contradictio, ibid. ad inſtar arundinis inſtabilis, ibid. fol. 34. eius execrandum aſſertum, cap. 8. fol. 34. confutatur, ibid. docet Atheiſmum, ibid. confutatur multipliciter, ibid. fol. 35. eius blaſphemia eſt omnibus Hæreticis comunis, ibid. confutatur multipliciter, ibid. eius ridiculum axioma, ibid. fol. 37. confutatur ibid. fol. 38. redarguitur, & conuincitur de petitione principii, ibid. fol. 39. intendit adducere Scripturas cõtra, ſed iſtæ tuentur Catholicos, c. 9. fol. 40. & 41. confutatur multipliciter, ibid. iterum conuincitur, ibid. fol. 44. eius reſponſio, & contradictio, ibid. eiuſdem binum falſum ſuppoſitum, ibid. retorquetur eius argumentum cum ſui cõfuſione, ibid. fol. 45. abſurdum, quod ſequitur ex eius opinione, ibid. fol. 46. conuincitur per Scripturas, ibid. confutatur ad hominem ſimul cum Luthero, ibid. fol. 47. negat Concilium Oecumenicum repreſentare Vniuerſalem Eccleſiam, cap. 10. fol. 48. abſurda, quæ ſequuntur ex hoc ſuo aſſerto, ibid. eius ſubtilis dolus, ſiue doloſum artificium, ibidem, fol. 49. confutatur à Paulo Apoſtolo, & literaliter à Scriptura, ibid. fol. 50. detrahit Sacerdotibus Catholicis, ibid. fol. 51. confutatur, ibid. Quid ſit congregari in nomine Chriſti ſecundum Caluinum? ibid. eius inſtantia contra noſtram Doctrinam, ibid. fol. 52. ſuis manibus ſibi pedes præcidit, ibid. fol. 53. deridetur ab Authore Operis, ibidem. omnia ferè eius dogmata ad hominem confutantur, ibid. fol. 54. aſſerit ab arcano teſtimonio particularis. ſpiritus deſumendam eſſe Veritatem Scripturarum, ibid. fol. 56. confutatur ibid. eius dolus panditur ab Auguſtino, ibidem. iterum confutatur ibid. negat librum Baruch, & cur? confutatur cap. 11. fol. 57. negat Primatum in Eccleſia Romana, cap. 12. fol. 58. confutatur multipliciter, ibid. fundatur ſuper

Digitized by Google

ſuper Platinæ hiſtorici verba. ibid. refellitur, ibid. non intelligit Grammaticæ ſignificationem. ibid. fol. 59. Pluſquam ignarus, ſed voluntaria, & liuida ignauia. ibid. confutatur pluries. ibid. fol. 68. eius reſponſio, & confutatio. ibid. iterũ negat Romani Pontificis Primatum. cap. 13. fol. 69. confutatur. ibid. fol. 73. eius reſponſio, ibid. vocat impios præcipuos, eximioſq; Eccleſiæ Doctores. ibid. fol. 74. iterũ reſpõdet, ſed confutatur, ibid. appellat Romanum Pontificem. Antichriſtũ, c. 14. fol. 77. confutatur, ib. docet Euangelicã libertatem. ibid. fol. 78. confutatur, ibid. affirmat deſiiſſe Primatum in Eccleſia, ſed refellitur, ibid. fingit ſe donare, quod non poteſt defendere. ibid. tuetur Eccleſiam Antiochenam, & cur? ibid. fol. 79. & etiam Hieroſolymitanam, ibid. Negat Petrum Romæ obiiſſe, & viginti quinque annorum curriculo ibidem commoratum fuiſſe, cap. 15. fol. 80. eius argumenta ad hoc probandum, ibid. iocatur cum Catholicis, ibid. eius argumenta euaneſcunt, ibid. fol. 81. reprobat Catholicorum rationes, cum non poſſit Doctrinam. cap. 16. fol. 86. eius expoſitio ad textum Pauli, refellitur, ibid. eius vana obiectio contra Catholicos, ſed confutatur ab Auguſtino, ibid. eius falſa aſſertio, cap. 17. fol. 87. negat Baptiſmum originale peccatum delere, & animam ſanctificare, ſed tantummodo affirmat eſſe ſignum, quod Homo per Chriſti ſanguinẽ mundatus eſt, ibid. fol. 89. ſemper aufert à voluntate, & refundit intellectui, & cur? confutatur, ibid. palpabile abſurdum, quod ſequitur ex Caluiniſtica aſſertione, ibid. fol. 90. valido confutatur argumento, ibid. ſemper ruit in extrema falſitatis, ibid. fol. 91. Spiritui Sancto contradicit, ibid. eius execrabiles blaſphemiæ, cap. 18. fol. 93. negat liberum arbitrium in homine, ibid. fol. 94. confutatur multipliciter, ibid. ex eius aſſertis ridicula ſequuntur abſurda, ibid. eius reſponſio, ibid. fol. 95. confutatur acriter. ibid. eius nouus ſaltus; qui refellitur. ibid. procedit ad vlteriores blaſphemias, ibid. ſua met contradictione confunditur, ac etiam à textu Deutoronomij, ibid. fol. 96. eius reſponſio refellitur ab aliis Scripturis, ibid. fol. 97. eius expoſitio ad textum Pauli refellitur, ibid. ſecunda, & tertia ſcriptura ab ipſo allatæ exponuntur, & ipſe confutatur.

Digitized by Google

tur. ibid. adducit Scripturam falsam, sed confunditur, ibid. fol. 98. & iterum conuincitur irrefragabiliter. ibid. appellat Catholicos falsos Christi sequaces, ibid. fol. 99. falsò adducit pro se Augustinum, ibidem. posset cum Catholicis recõciliari, sed abhorret talem reconciliationem, ibid. confutatur acriter, ibid. negando arbitrium confitetur se Brutum esse, cap. 18. fol. 103. eius cum Luthero concordia in ablegando arbitrium ab Homine cap. 19. fol. 104. subsistinent ambo sententiam repugnantem in terminis, ibid. confutantur multipliciter, ibid. eius hæresis non residet in intellectu, sed in voluntate, ibid. fol. 106. confutatur multipliciter, & irrefragabili argumento, ib. fol. 107. eius horribilis blasphemia. cap. 20. fol. 108. impugnat Anabaptistas, cap. 21. fol. 112. eius opinio circa Hominis iustificationem, ibid. fol. 110. sibi ipsi contradictorius, vnde conuincitur ad hominẽ, ibid. fol. 117. confutatur vlterius, ibid. alia eius contradictio, ibid. subtilissimè confutatur, ibid. fol. 118. nouæ eius contradictiones, quibus confunditur, ibid. & fol. 119. confundit Spem cum Fide, ibid. vlterius confutatur ad hominẽ, ibid. fol. 120. vsque ad fol. 121. negat Sacramentum Pœnitentiæ, cap. 22. fol. 123. ratio talis negationis, ibid. eius argumenta euanescunt, ibid. fol. 125. eius secundum argumentum soluitur, ibid. fol. 126. confutatur simul cum Luthero, ibid. fol. 127. deridet, sed non soluit Augustini argumentum, ibid. eius insana, & ridicula expositio, quæ ridiculosè refellitur, ibid. iterum cum Luthero dilemmate confutatur. cap. 23. fol. 129. asserit Sacramentum Pœnitentiæ esse antiquissimum in Ecclesia, ibidem fol. 133. eius insana responsio, ibid. eius falsitas, ibid. eius argumentum desumptum ex Sozomeno, ibid. fol. 134. refellitur, & retorquetur eius argumentum, ibid. citat authores sibi pares, ibid. fol. 135. redarguitur, ibid. frustra laborat, cap. 24. fol. 137. eiusdem Scripturarum solutio, ibidem. ipsius instantia, ibidem negat retentionem pœnæ temporalis post iustificationem, ibid. fol. 138. mutilat textum Ezechielis. ibid. eodem textu ab ipso expuncto euincitur, ibid. eius noua instantia soluitur, ibid. fol. 139. negat acriter Indulgentias, cap. 25. fol. 142. eius obiectio, ibid. fol. 143. refellitur, & ipse confutatur ibi-

Digitized by Google

tur. ibid. iterum negat indulgentias. cap. 25. fol. 147. asserit idem esse peccatum mortale, & veniale. cap. 26. fol. 148. pro sua opinione adducit Scripturas, quæ exponuntur. ibid. fol. 149. eius insania confutatur. ibid. iterum conuincitur. ibid. fol. 150. eius instantia. ibid. fol. 151. soluitur ibid. negat libros Machabæorum esse canonicos. ibid. fol. 152. eius expositio textus Apocalypsis reiicitur cap. 26. fol. 153. deridet expositionem textus Pauli, sed confutatur. ibid. fol. 154. eius expositio præfati textus sibimet contradictoria, & excitat risum. ibid. fol. 155. Negat animas purgantes posse suffragijs adiuuari, etiam si concederetur Purgatorium. cap. 27. fol. 157. confutatur ibidem. fol. 158. eiusdem insanum iudicium de Ecclesiæ Doctoribus. ibid. fol. 161. deridet Augustinum. ibid. Negat Sanctorum intercessionem. cap. 28. fol. eodem. appellat Catholicos idolatras. ibid. confutatur argumento irrefragabili. ibid. fol. 162. iterum conuincitur. fol. 163. eius illatio, & solutio. ibid. fol. 164. eius nouæ instantiæ, soluuntur. ibid. & fol. 166. conuincitur etiã ad hominem. ibid. fol. 167. negat Sanctorum intercessionẽ non inferre præiudicium Christo Domino. cap. 29. fol. 168. confutatur dupliciter. ibidem, & fol. 170. affirmat in Patria Beatos nostras ignorare necessitates. ibid. refellitur hoc assertum. ibid. eius impudentia. ibid. fol. 172. eius ignauia. ibid. Ethnicorum Protector. càp. 30. fol. 175. Quid scribat de Gregorio Magno Summo, Sanctoque Pontifice. ibid. fol. 176. eius instantia. ibid. fol. 177. confutatur ad hominem. ibid. fol. 178. alia eius obiectio, & solutio. ibid. fol. 179. alia instantia, & solutio. ibid. fol. 180. adducit Conciliabulum pro Concilio, & habet Catholicos pro fatuis. ibid. eius argumentum retorquetur. ibid. fol. 181. falso adducit quatuor Doctores Catholicos contra Sacras Imagines. ibid. fol. 182. eius verba, ac dolus. ibid. secundum Nicenum Concilium reiicit, tamquam falsam authoritatem Epiphanii à Caluino adductam. ibid. fol. 183. noua eiusdem falsitas; confutatur dupliciter, & multipliciter. ibid. & fol. 184. eius error circa Eucharistiam. cap. 31. fol. 185. eius regula pro agnoscendo vero sensu Scripturarum. ibid. fol. 188. eius confusissima opinio de Eucharistia. cap. 32. fol. 195. reiicit Oe-

Digitized by Google

col ampadii, & Zuinglii errorem, ibid. eius error inuincibiliter confutatur. ibid. fol. 196. contra Caluinum retorquetur argumentum Oecolampadii. ibid. Potest reconciliari cum Catholicis, si velit. ibid. fol. 198. eius blasphemię contra Missam. cap. 36. fol. 217. conuincitur insolubili argumento. ibid. accedit ad opinionem Lutheri circa Sacrificium Missæ. cap. 37. fol. 220. innituntur Authoritati Augustini, quæ soluitur. ibid. affirmat Caluinus sacrificium legis Euangelicæ fuisse mortem Christi Domini. ibid. fol. 221. asserit Catholicos Sacrificio Missæ, maximumque inferre præiudicium Redemptori nostro. ibid. retorquetur eius argumentum. ibid. fol. 222. eius sequaces non admittunt Altare in eorum cœnis. cap. 38. fol. 228. conuincuntur. ibidem.

Caius Primus Pontifex, & eius acta. cap. 12. fol. 64.

Calistus Primus, & eius acta. cap. 12. fol. 66.

Capharnaitæ, ad instar Hæreticorum dubitantes de Sacramentali transubstantiatione confutatur à Christo Domino. cap. 31. fol. 189.

Caput Ecclesiæ semper est visibile. cap. 2. per totum. fol. 5. & cap. 13. fol. 77.

Carolstadii error circa Eucharistiam. cap. 4. fol. 20.

Cattarentium error damnatus à Caluino. cap. 3. fol. 16.

Cathedra Petri iussu Christi Domini fuit ex Antiochia in Vrbem translata. cap. 14. fol. 79.

Catholicum nomen est tertium signum cognoscendi veram Ecclesiam. cap. 6. fol. 25. quid denotet tale nomen? ibid. nũquam vsurpatum fuit ab Hæreticis, & cur? ibid. fol. 26. Catholici habent fiduciam in Christi Sanguine, sed cum additamento. cap. 21. fol. 120.

Cœlestinus Primus, & eius decretales. cap. 12. fol. 62. quid doceat? cap. 20. fol. 110.

Cœlestinus Hæreticus sustinet hominem solis arbitrii viribus seipsum posse à peccatis præseruare. cap. 20. fol. 109.

Christus promisit suæ Ecclesiæ perpetuam assistentiam. cap. 5. fol. 22. adhuc si omnia docuisset, necessariæ essent Traditiones. cap. 9. fol. 43. sigillatim non omnia docuit. cap. 9. fol. 44. in vniuersali tantum potest dici, quod omnia docuerit. ibid. fol. 45. non omnia, quæ ipse docuit fuerunt ab Apostolis

Digitized by Google

lis adnotata. ibid. aliquæ eiuſdem Scripturarum interpretationes non fuerunt ab Euangeliſtis ſcriptæ. ibid. non fecit mentionem de multis, quæ tamen habentur in Scriptura. ibid. fol. 46. congregari ſub eius nomine, quid importet? cap. 10. fol. 51. eius ſanguis ſufficienter deleuit omnia peccata, cap. 17. fol. 87. eſt applicandus per Sacramenta, vt reddatur efficax. ibid. fol. 88. quam Doctrinam doceat? cap. 21. fol. 119. ob quatuor motiua per obiecta ſenſibilia voluit Gratiam Sacramentis ipſe conferre. cap. 22. fol. 125. eius ſanguis applicatus efficaciter prodeſt. cap. 24. fol. 139. applicatur per opera noſtra pœnalia. ibid. ſatisfecit pro nobis ſufficienter, & non efficaciter. cap. 25. fol. 142. ſi ſatisfeciſſet efficaciter, ſuperflua eſſent opera ex parte hominis ad iuſtificationem. ibid. ſatisfecit operibus pœnalibus, licet innocens, & impeccabilis. ibid. fol. 144. fuit vnicus Mediator per Redemptionem, non vero per interceſſionem. cap. 29. fol. 169. intercedit apud Patrem, vt homo, & concedit, vt Deus. ibid. eius Corpus ſine loci occupatione eſt in Eccleſia. cap. 31. fol. 193. ſpeciali præſcientia, & prouidentia expreſſit conſecrationis verba. cap. 33. fol. 208. cur efficaciter exoptauerit celebrare vltimum Paſcha cum ſuis Apoſtolis? cap. 35. fol. 215. multiplicauit media pro noſtra ſalute, vt ſuum infinitum amorem, & liberalitatem nobis oſtenderet. cap. 37. fol. 223. propter quas rationes fuerit ab ipſo inſtituta Euchariſtia? ibid. in cœna Euangelica ſuum Corpus obtulit Patri. cap. 38. fol. 227.

Clemens Alexandrinus pro libero arbitrio. cap. 18. fol. 102.

Cletus Primus, & eius acta. cap. 12. fol. 67.

Concilia, & Concilium; Oecumenicum eſt Verbum Diuinum. cap. 9. fol. 40. à Summo Pontifice congregatum, & confirmatum, dicitur legitimum, & repreſentat Vniuerſalem Eccleſiam; ſecus vero ſi non ſit ab eodem adunatum, & confirmatum. cap. 10. fol. 48. Conſtantienſe quid doceat? ibid. fol. 49. à Papa adunatum, & confirmatum eſt ſub Chriſti nomine congregatum. ibid. fol. 52. vt ſic non poteſt errare in materia Fidei. ibid. Florentinum, & Tridentinum habuerunt, tamquam Canonicum librum Baruch. cap. 11. fol. 57. ſimiliter, & Concilium ſub Gelaſio, & tertium Carthagi-

Digitized by Google

uenſe. ibid. fol. 58. ac etiam libros Machabæorum. ibidem. Tertiũ Toletanũ ſanciuit Conciliorũ Conſtitutiones, & Sũmorum Pontificum Decreta eſſe adamuſſim ſeruanda cap. 12. fol. 60. Milleuitanum habuit recurſum ad Innocentium Primum. cap. 16. fol. 63. Primum Nicenum, & Primum Romanum. cap. 12. fol. 64. & Sinueſſanum, quid decreuerint ? ibid. Quatuor principalia Concilia agnouerunt Romanum Pontificem, tamquam Caput Vniuerſalis Eccleſiæ. cap. 15. fol. 84. correſpondent quatuor Euangeliſtis. ibid. ſimiliter, & Calcedonenſe. cap. 16. fol. 84. Tridentinum de peccato Originali. cap. 16. fol. 87. & cap. 17. fol. eodem. Florentinum de Baptiſmo. cap. 17. fol. 91. Tridentinum de concupiſcentia, & fomite. ibid. fol. 92. & 93. Idem pro arbitrij libertate. cap. 19. fol. 107. ſimiliter Carthaginenſe, Auraſicanum, Lateranenſe, Bracarenſe ſtant pro libertate arbitrii. ibid. Tridentinum docet humanum arbitrium per originale peccatum eſſe viribus diminutum. cap. 20. fol. 110. Milleuitani verba. ibid. Auraſicanum, quid doceat ? ibid. Tridẽtinumque. ibid. Romanum contra Anabaptiſtas. cap. 21. fol. 112. Milleuitanum, Auraſicanum, ſecundum Paleſtinum, & Tridentinum damnant Pelagii. errorem de iuſtificatione impii vigore nudi arbitrii. cap. 21. fol. 113. Tridentinum, quid aſſerat de Fide ? ibid. fol. 121: appellat Sacramentum Pœnitentiæ ſecundam Tabulam poſt naufragium. cap. 22. fol. 123. eiuſdem, Contritionis definitio. ibid. fol. 126. Concilium Lateranenſe innouauit præceptum de confitendo ſemel in anno. cap. 23. fol. 133. Tridentinum pro peccato veniali. cap. 26. fol. 150. Tertium, & quartum Carthaginenſe, Agatenſe, Vaſenſe, ſecundum Aurelianenſe, Bracarenſe, Toletanum ſecundum, Varmacienſe, Tiburenſe, & Tridentinum pro Purgatorio. cap. 26. fol. 153. Florentinũ pro ſuffragiis. cap. 27. fol. 161. Carthaginenſe Primum, Secundum, & Tertium contra Caluinum, & Lutherum. cap. 28. fol. 166. Tertium Carthaginenſe habet vti Canonicos libros Machabæorum. cap. 29. fol. 171. Elibertini verba. cap. 30. fol. 170. Cur tale Concilium Imagines interdixerit? ibid. fol. 171. Secundum Nicenum, Romanum, Francfordienſe, & Tridentinum ſtant pro ſacris Imaginibus. ibidẽ

fol.

Digitized by Google

fol. 172. Romanum sub Gregorio Tertio damnauit acta Conciliabuli Constantinopolitani. ibid. fol. 173. Concilia pro veritate Ecclesiæ. cap. 31. fol. 190. Constantiense, Lateranense, Tridentinum pro Eucharistia. cap. 34. fol. 212.
Concluſio de concupiſcentia, & fomite poſt Baptiſmum. cap. 17. fol. 92. concluſiones tres contra Lutherum, & Caluinū. cap. 21. fol. 116.
Confeſſio, etiam ſi eſſet difficilis, quia bona eſt deberet admitti. cap. 23. fol. 129.
Conſuetudo vetuſta Fidelium. cap. 26. fol. 252.
Contritio, quid ſit? cap. 22. 125. & 26.
Cultus diuinus triplex eſt. cap. 28. fol. 161. Solida pro tali cultu Doctrina. ibid. fol. 163. quiſnam ſit cultus imitationis? ibid. & honoris? ibid. & inuocationis? ibid.
Cyprianus pro libero arbitrio, cap. 18. fol. 102. optabat moderari conceſſionem indulgentiarum, cap. 25. fol. 147.
Cyrillus Hieroſolymitanus pro libero arbitrio. cap. 20. fol. 109.

D

DAmaſus Primus, & eius acta. cap. 12. fol. 63.
Deteſtatio peccatorum reperitur in Beatis, ſed ſine dolore; in Damnatis doloroſa, ſed non voluntaria; in Viatoribus vero doloroſa, & voluntaria, cap. 22. fol. 126.
Deus nullo modo cogit humanum arbitrium ad operandum, cap. 20. fol. 108. ſua Gratia ſupplet imbecillitatem noſtram, ibid. fol. 111. cur exquirat à nobis arbitrii cooperationem? ibid. habet duplicem modum volendi, cap. 21. fol. 115. In Scriptura Sacra conquæritur de reſiſtentia humani arbitrii. ibid. Poteſt conſiderari, vel vt narrans, vel vt iubens, vel vt promittens. ibid. fol. 119. In lege Naturæ exoptauit confeſſionem vocalem. cap. 23. fol. 121. & in lege ſcripta. ibid. & in lege Euangelica. ibid. fol. 132. Numquam de potentia ordinaria iuſtificat impium, ſine operibus Pœnitentiæ, cap. 23. fol. 136. In ipſo non datur opus puræ miſericordiæ. cap. 24. fol. 137. Acceptat in ſatisfactionem vnius Opera pœnalia ab alijs exercita. cap. 25. fol. 141. alio modo adoratur,

Digitized by Google

ratur, ac Sancti adorantur, cap. 28. fol. 164. Quo modo vult, vt ad Sanctos suos faciamus recursum? ibid. fol. 166. Supponit in Scriptura Sanctorum intercessionem. c. 29. fol. 171.
Differentia inter Synagogam, & Ecclesiam, cap. 8. fol. 35. & inter Paganum, Catholicum, & Hæreticum, cap. 9. fol. 47.
Dionysius Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 65.
Distinctio notabilis, cap. 21. fol. 121.
Doctores Sacri pro Missa. cap. 38. fol. 229.
Doctrina solida, cap. 23. fol. 135. qua omnia argumenta, & Scripturæ contra Eucharistiam soluuntur, cap. 32. fol. 198.
Donati error confutatus à Caluino, cap. 3. fol. 15. Ducis Saxoniæ dictum notatu dignum de Ciuibus Witbergensibus, cap. 4. fol. 19.

E.

Ecclesia Dei semper est visibilis, inuisibilis numquam. cap. 2. fol. 5. ipsa inuenta omnes euanescunt Hæreses, & cur? ibid. fol. 6. vna est; quæ vna, est vera est. ibidem. eius Vnitas probatur. ibid. Triumphans, & Militans, quæ nam sint? cap. 2. fol. 7. Romana est vera Ecclesia, cap. 5. fol. 24. est Vniuersalis. cap. 6. fol. 26. est Apostolica. cap. 7. fol. 29. in Materia Fidei non potest fallere, nec falli. cap. 8. fol. 34. dat authoritatem Scripturis, & Scriptoribus, cap. 11. fol. 57. eiusdem Primatus, & non interrupta successio, vsque ad præsentem Diem. cap. 12. fol. 58. regitur ab vno Capite, cap. 13. fol. 69. eius Regimen est Monarchicum. ibidem. est fundata super Christum, & Petrum Apostolum. ibidem, fol. 73. habet duplicem potestatem. ibid. fol. 76. tres differentiæ inter has Potestates. ibid. eius sententia circa Impii iustificationem. cap. 21. fol. 116. ipsa docet Scripturarum intelligentiam. cap. 31. fol. 187.
Ætij error damnatus à Caluino. cap. 3. fol. 16.
Euangelicorum Hæreticorum errores circa Eucharistiam. cap. 4. fol. 19.
Eucharistia continet verè, & realiter Corpus, & Sanguinem Chri-

Digitized by Google

Christi. cap. 31. fol. 185. Catholicorum sententia circa ipsam. ibid. non est tantum Figura, vel signum Corporis, sed est ipsum Corpus, vel Sanguis. cap. 32. fol. 195. est Signum Corporis, & Sanguinis, & vtrumque continet. ibidem fol. 198. est Signum Congregationis Fidelium. ibidem fol. 199. est Signum Corporis Christi. ibid. Differentia inter ipsam, & alia Sacramenta. ibid. tribus modis dicitur Sacramentum. ibid. fol. 200. sub omni istorum modorum est Signum Corporis Christi. ibid. Species sunt signa Corporis sub ipsis cõtenti. ibid. Actiones, quæ fiunt circa ipsam adhuc signa sũt, ibid. In ipsa idem Corpus est signum sui ipsius. ibid. In ipsa post verba consecrationis non remanet substantia Panis, & Vini, sed transubstantiatur in Corpus, & Sanguinem Christi. cap. 33. per totum, fol. 203. & seqq. mysticè, seu metaphoricè, dicitur panis, ibid. fol. 210.

Eleutherius Primus, & eius acta. cap. 12. fol. 66.

Epiphanius pro libero arbitrio. cap. 18. fol. 102. falso à Caluino adductus. cap. 30. fol. 173.

Erasmi expositio reiicitur. cap. 38. fol. 228.

Euaristus Primus, & eius acta. cap. 12. fol. 67.

Eusebius Primus, & eius acta. cap. 12. fol. 64.

Euthichianus primus, & eius acta. cap. 12. fol. 64.

Expositio Sanctorum Patrum textus Iob. cap. 30. fol. 169.

F

FAbianus Primus, & eius acta. cap. 12. fol. 65.

Felix primus, & eius acta. cap. 12. fol. 65.

Felix Secundus, & eius acta. cap. 12. fol. 63.

Felix Tertius multa Decreta edidit contra defectus Ecclesiarũ Africæ. cap. 12. fol. 62.

Felix Quartus præscripsit formulam seruandam in Sacrificio Missæ. cap. 12. fol. 61.

Fidei Definitio tradita à Caluino. cap. 21. fol. 117. est fundamentum Fiduciæ. ibid. eius definitio tradita à Paulo. ibidẽ fol. 118. ipsa iustificat, sed non sola; nullo modo tamen Fiducia. ibid. fol. 119. credens se peccata non habere peccat. ibid. fol. 120. est necessaria ad salutem. ibid. fol. 121. de-

Digitized by Google

debent operibus coniungi, vt animam iuſtificet. ibidem.
Fiducia præſupponit Fidem. cap. 21. fol. 119. eius notabilis diſtinctio. ibid. fol. 120.
Figuræ Scripturales pro Sacrificio Miſſæ. cap. 38. fol. 225.

G

GElaſius Primus, & eius acta. cap. 12. fol. 62.
Gratia, & Gratiæ. tres concurrunt ad Impii iuſtificationem, nimirum excitans, adiuuans, & iuſtificans. cap. 21. fol. 114. conſtat ex Scripturis, ibid. Iuſtificans latet hominem, non ſic excitans, ſiue præueniens. ibid. Gratia duobus mediis repreſentatur in Sacramentis, quorum vnum eſt viſibile, inuiſibile alterum. cap. 22. fol. 125. Gratia non meretur. cap. 23. fol. 136.
Grauipes, quid ſit? cap. 15. fol. 82.
Gregorius Nanzianzenus, & Niſſenus pro libero arbitrio. cap. 18. fol. 102.
Gregorius Primus exemit Regularium Monaſteria ab vſurpationibus Epiſcoporum. cap. 12. fol. 60. Aquileiæ Epiſcopos deputauit, & alibi. ibid. cur noluit acceptare Vniuerſalis Epiſcopi titulum. cap. 15. fol. 83. Quid ſentiat de Sozomeni hiſtoria? cap. 25. fol. 135.

H

HÆreſes omnes ad nihilum redactæ ſunt. c. 5. fol. 23. in paucis, & anguſtis locis reſtringuntur, cap. 6. fol. 27. circa Euchariſtiam ad duo reducuntur capita. cap. 31. fol. 185.
Hæretici, eorũ fraus, & malitia. cap. 1. fol. 3. dato eorũdem fundamento tota Scriptura corrueret, & infinita alia ſequerentur abſurda. ibid. fol. 4. nulla Hæreticalis Secta habet vnitates requiſitas ad cognoſcendam veram Eccleſiam. cap. 4. fol. 17. nec eſt Vniuerſalis. cap. 6. fol. 26. nemo ex Hæreticis auſus eſt nomen Catholicum ſuæ Sectæ appropriare, & cur? ibid. eorum confutationes, & reſponſiones. ibidem, & fol. 28. refelluntur. ibid. eorum ratio contra Concilia

Oecu-

Digitized by Google

Oecumenica, cap. 10. fol. 48. eorum instantiæ, cap. 21. fol. 114. soluuntur, ibid. & fol. seqq. Cur abhorrent Sacramentalem Confessionem? cap. 23. fol. 129. refelluntur, ibid. & fol. 130. affirmant confessionem non esse de iure diuino. ibid. cur ab eisdem ablegetur confessio? iterum refelluntur. ibid. fol. 132. eorum subterfugium confutatur. ibid. fol. 133. ad eorum obiectiones vniuersalis responsio, cap. 24. fol. 139. irrefragabiliter conuincuntur, cap. 26. fol. 150. eorum argumenta soluuntur, cap. 27. fol. 158. negant Pontificiam Potestatem in Purgatorio, & quo motiuo? cap. 27. fol. 160. confutantur, ibid. expugnantur ad hominem, cap. 31. fol. 185. confutantur à litera Sacræ Scripturæ, ibid. fol. 186. tenentur recedere à sensu literali, ibid. fol. 187. eorumdem responsio, ibid. fol. 189. iterum arctantur, ibidem. eorum ignauia, cap. 32. fol. 196. conuincuntur ex historia Euangelica, cap. 35. fol. 210. iterum confutantur, cap. 36. fol. 218. eorum rationes soluuntur, c. 37 fol. 224.

Hieronymi solida reflexio, cap. 26. fol. 149. eiusdem argumentum pro peccatis venialibus, ibid. alia eius expositio, ibid. fol. 152.

Hilarius Primus, & eius decreta, cap. 12. fol. 62.

Hilarius Episcopus pro libero arbitrio. cap. 18. fol. 102.

Historiæ pro Missa, cap. 38. fol. 229.

Homines, & Homo, quomodo in lucem prodeat? cap. 16. fol. 84. concipitur reus culpæ, & pœnæ, cap. 16. fol. 85. eiusdem quinque status, cap. 17. fol. 88. habet liberum arbitrium ad operandum, cap. 18. fol. 93. stimulis concupiscētiæ solis naturæ viribus non potest obsistere, cap. 19. fol. 110. Nec in Gratia Iustificante potest seipsum conseruare iustum, sine Gratia præseruante, à Iustificante distincta, ibid. si cogeretur à Deo ad peccandum non peccaret, cap. 20. fol. 109. Non potest solis arbitrii viribus seipsum à peccatis præcauere, ibidem. Per peccatum duplex malum incurrit, cap. 21. fol. 112. neque potest excitari ad eleuandum se à peccato sine Gratia excitante, ibid. fol. 113. In ipso tres reperiuntur operationes, & quæ nam sint, cap. 23. fol. 136. vltra satisfactionem, quam potest præstare personaliter pro pœna retenta, habet alium modum satisfaciendi, & qua-

Digitized by Google

lis sit? cap. 25. fol. 141. Potest satisfacere pro aliis, ibidem. Pro se solo, non pro aliis mereri potest, ibid. fol. 142. tribus modis potest satisfacere Diuinæ Iustitiæ pro pœna retẽta, ibid. fol. 146.
Hormisda Primus, de qua re rogatus fuit à Iustino Imperatore, cap. 12. fol. 61.
Hyginus Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 66.

I

IAcobus Apostolus explicat doctrinam de peccato venìali, cap. 26. fol. 150.
Iconoclastarum error damnatus à Caluino, cap. 3. fol. 16.
Ieremias confutat Caluinum, cap. 9. fol. 43.
Imagines adoratione indignæ prohibentur à Scriptura, cap. 30. fol. 168.
Indulgentiæ, quid sint? cap. 25. fol. 141. & cap. 26. fol. 145. negantur mordicus à Luthero, & Caluino. ibid. fol. 142. demonstrantur irrefragabili argumento, ibid. fol. 144. explicantur à Symbolo Apostolico, cap. 25. fol. 145. ipsas dari est dogma Fidei. ibid. earum vsus vetustissimus in Ecclesia, ibid. fol. 146. antiquitus nuncupabantur Remissiones, ibid. fol. 147.
Infideles, cur recto tramite, ex infidelitate, non transeant ad hæreses? cap. 6. fol. 27.
Innocentius Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 63. eius verba cap. 20. fol. 110.
Intellectus debet credere, & voluntas operari, vt iustificetur anima, cap. 21. fol. 116.
Ioannes Primus veneratus ab Imperatore Justino, cap. 12. fol. 61.
Ioannes Secundus veneratus à Iustiniano Imperatore, cap. 12. fol. 61.
Ioannes Tertius, quid præceperit Germaniæ Episcopis? cap. 12. fol. 60.
Ioannis Laschi error circa Eucharistiam, cap. 4. fol. 20.
Iob literalis Scriptura pro satisfactione super erogationis, cap. 25. fol. 143.

Digitized by Google

Iouiniani error damnatus à Caluino, cap. 3. fol. 16.
Irenæus pro libero arbitrio, cap. 18. fol. 102.
Iulius Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 63.
Iustinus Martyr pro libero arbitrio, cap. 18. fol. 102.
Iustificatio, & Justificatus; ad ipsam obtinendam duo requiruntur, nempè credere, & pœnitere, cap. 22. fol. 123. Iustificato remittitur culpa, & commutatur pœna de æterna in temporalem, cap. 24. fol. 138.

L

LAici, cur non ingrediantur Concilium? cap. 10. fol. 50.
Leo Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 62. præcessit Innocentium Tertium spatio annorum 756. cap. 23. fol. 134.
Leo Tertius Orientis Imperator, Sacrarum Imaginum Hostis acerrimus, cap. 30. fol. 170.
Liberius Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 63.
Liberum arbitrium datur in homine, cap. 18. per totum; & cap. 19. fol. 93. & seq. est tam solutum, vt homo ferè semper oppositum Diuinæ voluntati adimpleat, ibidem fol. 101.
Linus Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 67.
Litera ad hominem Hæreticos confundit, cap. 1. fol. 2.
Lucas Euangelista conuincit irrefragabiliter Caluinum, cap. 9. fol. 44. & alios Hæreticos pro Eucharistia, cap. 35. fol 213.
Lutherus alterauit numerum Sacramentorum, cap. 4. fol. 19. conuincitur simul cum Caluino, cap. 9. fol. 47. asserit ab arcano, & particulari spiritu agnoscendam esse veritatem scripturarum, cap. 11. fol. 56. confutatur, ibid. eius fraus adaperitur ab Augustino, & confutatur, ibid. negat librũ Baruch esse canonicum, & qua de causa, cap. 11. fol. 57. & Primatum in Ecclesia Romana, cap. 12. fol. 58. confutatur multipliciter, ibid. fundat suum assertum super Platinæ Historici verba, sed confutatur multipliciter, ibid. fol. 68. eius responsio, & confutatio, ibid. negat liberum arbitriũ, cap. 18. & 19. fol. 93. & seq. eius errores residen in voluntate, non in intellectu. ibid. fol. 106. Paulò minus est, quam Atheista, cap. 21. fol. 116. negat Sacramentum Pœniten-

Digitized by Google

nitentiæ, cap. 22. fol. 123. mordicus negat Indulgentias ; cap. 25. fol. 142. & 147. docuit idem esse peccatum mortale, & veniale, sed postea se retractauit, cap. 26. fol. 148. admittit Purgatorium, sed negat animas purgantes Viatorum suffragiis adiuuari posse, cap. 27. fol. 157. confutatur, ibid. fol. 158. negat Sanctorum intercessionem, cap. 28. fol. 161. cõfunditur irrefragabili argumento. ibid. fol. 162. iterum conuincitur, ibid. fol. 163. excitat risum eius ratio, ibid. fol. 165. confutatur simul cum Caluino, ibid. & iterũ cap. 29. fol. 170. eius error circa Eucharistiam, cap. 31. fol. 185. & cap. 33. fol. 203. eius impia verba cap. 31. fol. 187. eius ridicula Doctrina exponitur, cap. 33. fol. 203. absurda, quæ sequuntur ex eius Doctrina, ibid. confutatur acriter, ibid. fol. 104. ad hominem retorquetur eius argumentum, ibid. eius ridicula responsio, confutatur ad hominem, ibid. fol. 105. retorquetur eius argumentum, ibid. fol. 206. eius expositio verborum Christi Domini, ibid. fol. 207. non vacauit Grammaticæ, ibid. asserit transubstantiationem esse assertum nouissimum, cap. 34. fol. 211. edidit librum de abroganda Missa, cap. 36. fol. 217. eius blasphemiæ, ibid. eius opinio de Sacrificio Missæ reiicitur multipliciter, cap. 37. fol. 220. eius instantia contra Missam, cap. 38. fol. 226. soluitur dupliciter, ibid. fol. 227.

M

MAchabeorum liber Canonicus est, sed negatur à Caluino, & Luthero, cap. 10. fol. 57. & alibi.

Magisterium, & Iurisdictio semper vnita reperiuntur, cap. 7. fol. 29.

Malum culpæ, & malum pœnæ, vbi reperiantur cap. 17. fol. 92.

Manichæi error, & dolus, cap. 1. fol. 3. eius nouus error damnatur à Caluino, cap. 3. fol. 15. negat liberum arbitrium, cap. 18. fol. 102. & 103. contra ipsum tres integros libros Augustinus composuit, ibid. eius error communis cum Luthero, & Caluino, ibid. docuit Caluinum negando arbitrium. cap. 29. fol. 108.

Mar-

Digitized by Google

Marcellus Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 64.
Marcellinus Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 64.
Marcus Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 63.
Maria Virgo immaculata satisfecit, licet numquam peccatrix, cap. 25. fol. 144.
Massilianorum error damnatus à Caluino, cap. 3. fol. 15.
Materia, & forma Sacramenti Pœnitentiæ, quæ nam sint? cap. 22. fol. 125.
Melchiades Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 64.
Michael Seruetus combustus à Caluino, & cur? cap. 19. fol. 105.
Minus onerosum est vni, quam pluribus obedire, cap. 13. fol. 69.
Missa, est Sacrificium legis Euangelicæ, cap. 37. fol. 220. eius substantia numquam mutata, cap. 38. fol. 229. eiusdem cœremoniarum significationes, ibid. fol. 230.
Moyses non omnia scripta, sed multa oretenus accepit à Deo, cap. 9. fol. 41. habuit à Deo vocalem, & reconditam legis expositionem, & cui eam communicauerit? ibid. fol. 42.
Multi, sæpè in Scriptura accipiuntur, pro omnibus cap. 21. fol. 115.

N

NAtura requirit Imagines, cap. 30. fol. 167.
Nestorii error damnatus à Caluino, cap. 3. fol. 16.
Nettarii Episcopi germana Historia, cap. 23. fol. 134.
Nominis mutatio in Sacra Scriptura, significat augmentum Dignitatis, cap. 13. fol. 73.
Notatu dignum, cap. 15. fol. 83. & dignissimum de Conciliabulo Pharisaico, cap. 10. fol. 53.
Nouati Hæresis, cap. 23. fol. 135.
Nouatiani negabant Sacramentum Pœnitentiæ, cap. 22. fol. 127.
Numerus Sectarum Hæreticorum, qui nuncupantur Euangelici, cap. 4. fol. 19.

Digitized by Google

O

OEcolampadii error circa Euchariſtiam, cap. 4. fol. 20. & cap. 31. fol. 185. conuincitur vigore ſecundæ Regulæ Auguſtini, ibid. fol. 192. eius ſubterfugium refellitur, ibid. reiicitur à Caluino, cap. 32. fol. 195

Obiecta merè credita apud creatum intellectum ſunt difficillimæ, vel impoſſibilis cognitionis, cap. 33. fol. 204.

Opera requiſita cum Fide ad iuſtificationem, quæ nam ſint? cap. 22. fol. 123. opera pœnitentiæ diſponunt impium ad iuſtificationem, cap. 24. fol. 136. opera aliena non remittunt alterius culpam, ſed benè poſſunt ſatisfacere per aliena pœna, cap. 25. fol. 141. opera ſatisfactoria ſupererogationis demonſtrantur, cap. 25. fol. 144. opera pœnalia alterius ſuffragantur ad ſatisfactionem pro pœna retenta, non ad meritum, cap. 27. fol. 159. idem dicendũ de Indulgentiis, ibid.

Optatus Milleuitanus deridet Parmenianiſtas Hæreticos, c. 7. fol. 31.

Ordo Iuſtificationis? cap. 22. fol. 126.

Originalis Iuſtitia concordabat humores, qualitates in corpore, & potentias in anima, cap. 16. fol. 85.

Origenes pro libero arbitrio, cap. 18. fol. 102. eius textus exponitur, cap. 25. fol. 145.

P

PArmenianiſtarum error deriſus ab Optato Milleuitano, cap. 7. fol. 31.

Patrum caterua de inſtitutione Sacramenti Pœnitentiæ, c. 22. fol. 127.

Pauli Samoſateni error damnatus à Caluino, cap. 3. fol. 16.

Paulus Patriarcha Coſtantinopolitanus agens animam ſe retractauit de omnibus, quæ in Pſeudoçõcilio Coſtantinopolitano ſanciuerat, cap. 30. fol. 170.

Pauli Vergerii Apoſtatæ obiectio contra Purgatorium, & eius ſolutio, cap. 26. fol. 155.

Paulus Apoſtolus adducitur ab Hæreticis contra Catholicos cap. 21. fol. 112. eius textus ad Romanos exponitur, ibidem.

com-

Digitized by Google

comparat Ecclesiam corpori humano, & quarè? cap. 25. fol. 145. eius authoritas exponitur, ibid. Pœnitenti fornicario Indulgentiam concessit, ibid. fol. 147. alius eius textus exponitur, cap. 26. fol. 154.

Peccata merè voluntaria distinguuntur in Sacra Scriptura ab illis, ob ignorantiam, vel coactionem commissis, cap. 20. fol. 109. mortalia, à venialibus, quomodò distinguntur? cap. 26. fol. 148. de eisdem Catholicorum sententia. ibid. f. 148.

Peccator, quot modis Deum offendit? cap. 22. fol. 125. vt iustificetur oportet, vt credat, & pœniteat, ibid.

Pœna æterna commutatur in temporalem, cap. 23. fol. 136.

Pœnitentiæ Sacramentum, quid sit? cap. 22. fol. 123. requiritur cum Fide ad iustificationem animæ, ibid. appellatur secunda tabula post naufragium, ibid. eiusdem partes, ibid.

Pelagius Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 60.

Pelagius Secundus veneratus à tertio Concilio Toletano, cap. 12. fol. 60. redarguit Antistitem Costantinopolitanum, & cur? cap. 15. fol. 82.

Pelagii error à Caluino damnatur, cap. 3. fol. 15. asserit hominem, sine supernaturali auxilio posse legem obseruare Diuinam, cap. 18. fol. 99. confutatur ab Augustino, ibid. fol. 102. sustinet hominem solis arbitrii viribus posse animam à peccatis præseruare, cap. 20. fol. 109. & eam iustificare, cap. 21. fol. 113. affirmabat infantes non contrahere noxam originis, cap. 29. fol. 256.

Petrus Richerius derisit Caluinum, cap. 4. fol. 20.

Petrus Apostolus Primus Pontifex Romanæ, Catholicæq; Ecclesiæ, cap. 12. fol. 67. in Concilio Hierosolymitano præsedit tamquam Pontifex, ibid. Primum Caput Ecclesiæ, cap. 13. fol. 69. hoc nomen, quid significat apud Græcam, Hæbraicam, & Syriacam linguam, cap. 13. fol. 73. plures ordinauit, & instituit Episcopos, ibid. fol. 75. eidem fuerunt solitariè cõmissa omnia, quæ collectiuè cũ Apostolis Christus Dominus commisit, ibid. quot annis Romanam occupauerit Cathedram, cap. 15. fol. 80.

Pius Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 66.

Platina Historicus, quid scribat de Primatu Ecclesiæ, cap. 12. fol. 58.

Pon-

Digitized by Google

Pontificum Catalogus, & ſucceſſio in Romana Sede, cap. 11. fol. 60.
Pontianus Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 65.
Populus omnis, habet legem, Sacrificium, & Sacerdotium, cap. 36. fol. 217.
Porphirii error damnatus à Caluino, cap. 3. fol. 16.
Poteſtas ſoluendi à peccatis ſemper eſt coniuncta cum Ordine Præsbyteratus, cap. 13. fol. 76. ſecus vero abſoluendi à cenſuris, ibid. hæc eſt maxima in Summo Pontifice, ibid.
Primatus triplex eſt, ſcilicet, Dignitatis, Poteſtatis, & Fidei, cap. 13. fol. 75. Eccleſiæ Romanæ non fuit à Phoca Imperatore, ſed à Chriſto conceſſus, cap. 12. fol. 59.
Proportio inter legem, & Sacerdotium ſecundum Paulum, cap. 36. fol. 218.
Prophetiæ pro Sacrificio Miſſæ, cap. 38. fol. 226.
Purgatorium dari probatur, cap. 26. fol. 148. & iterum euidenter, ibid. fol. 150. ipſo negato Deus negatur, ibid. confitetur ab Eccleſia, Conciliis, Traditionibus, Sanctis Patribus, & Scripturis, ibid. fol. 151. fuit cognitum à Platone, fol. 152.

R

REctores Reipublicæ totam repreſentant Rempublicam; cap. 10. fol. 49.
Regula vera pro intelligendis Scripturis, quæ nam ſit? cap. 31. fol. 190.
Roberti expoſitio ſuper quartum librum Geneſis. cap. 26. fol. 153.

S

SAcerdotes ſunt Miniſtri, & Diſpenſatores Miſteriorum Dei, cap. 37. fol. 224.
Sacramentariorum errores circa Euchariſtiam, cap. 4. fol. 20.
Sacramenta ſunt ſigna efficacia Gratiæ, cap. 22. fol. 124. notabilis Doctrina eiſdem adaptata, ibid. non ſolum ſignificant, ſed continent, & conferunt Gratiam ex opere operato à Chriſto Domino, ibid. In ipſis ſemper Res ſignata vna eſt,

Digitized by Google

eſt, & eſt Gratia, præterquam in Euchariſtia, vbi vltra Gratiam, ſignificatur, etiam Chriſtus Dominus. cap. 32. fol. 198. Sacramentum Pœnitentiæ eſt bonum, vtile, & neceſſarium ad Iuſtificationem cap. 23. fol. 129. Sacramentum ſumitur dupliciter, cap. 32. fol. 199.

Sacrificium duplex eſt, cap. 36. fol. 218. ſemper extitit in terris, ibid. de eodem aliquorum opinio, quæ refellitur, ibid. Omnia Sacrificia veteris legis cõtinentur virtualiter in Miſſa, ibid. fol. 219. Sacrificia legalia, quædam fuere Deo grata, quædam ingrata, ibid. Sacrificium propriè dictum, quid ſit? cap. 37. fol. 221. Inter Sacrificium Altaris, & Crucis, Differentiæ, ibid. fol. 223. Sacrificium Crucis non eſt viſibile, ibid. fol. 224. inter Sacrificium, & altare intercedit Relatio, cap. 38. fol. 228.

Sancti Patres, quid fateantur de Petri ſucceſſione? cap. 10. fol. 30.

Sanctorum Inuocatio, & interceſſio eſt conformis Sacræ Scripturæ, Sanctis Patribus, & ſemper fuit in praxi in Eccleſia Dei, cap. 28. fol 161.

Sathan comparatiuè ad Hæreticos, magis Catholicus eſt, cap. 31. fol. 193.

Satisfactio debetur poſt Juſtificationem acceptam, cap. 23. fol. 136. Pœnalis habet terminum, cap. 25. fol. 143.

Scriptura totaliter pendet ab authoritate Eccleſiæ, cap. 11. fol. 57. eidem non deberemus credere ſecundum Caluinum, quando explicitè de animæ ſalute non loquitur, cap. 21. fol. 118. probat Opera neceſſaria eſſe ad ſalutem, ibid. fol. 121. pro Purgatorio, cap. 26. fol. 152. & 157. docet Sanctorum interceſſionem, cap. 29. fol. 169. Scripturæ literales pro Euchariſtia, cap. 31. fol. 188. quæ contra Euchariſtiam adducuntur ab Hæreticis, exponuntur, cap. 33. fol. 201. docent non remanere ſubſtantiam Panis, & Vini poſt conſecrationem in Sacramento Altaris, nec Panem eſſe Corpus, nec Vinum eſſe Sanguinem Domini, cap. 35. per totũ.

Seleucianorum error damnatus à Caluino, cap. 3. fol. 15.

Sententia Catholica eſt, quod Fides, prout eſt Theologica Virtus, hominem, cum operibus coniuncta iuſtificet, cap. 21. fol. 118.

Sere-

Digitized by Google

Serenitas conſcientiæ per Caluinum, ex quo motiuo procedit? cap. 21. fol. 117.
Signum, & ſigna. Signum vbi reperitur, debet reperiri res ſignata, cap. 22. fol. 124. Signa infallibilia ad cognoſcēdam veram Eccleſiam, quæ nam ſint? cap. 3. fol. 13. & cap. 4. fol. 17. primum ſignum, quod nam ſit? ibid. quod nam ſit ſecundum? cap. 5. fol. 21. Sanctitas quid ſignificet? ibid. quomodo ſumatur à Cathechiſmo Catholico? ibid. conuincens expoſitio Sanctitatis, ibid. quod nam ſit tertium ſignū? cap. 6. fol. 25. quodque quartum? cap. 7. fol. 29.
Silueſter Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 63.
Simplicius Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 62.
Socrates, & Pythagorici exercebant vocalem confeſſionem, cap. 23. fol. 130.
Solidantur tres propoſitiones Catholicæ, cap. 25. fol. 146.
Sother Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 66.
Sozomeni hiſtoria falſa, cap. 23. fol. 134. germana, quæ nam ſit? ibip. fol. 135.
Species phantaſticæ ſunt Jmagines obiectorum cap. 30. fol. 167.
Spiritus Sanctus, etiam in textu Græco maximam adhibuit cautionem in verbis conſecrationis, cap. 34. fol. 208.
Stephanus Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 65.
Symmacus Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 61.
Synagoga fuit monarchicè recta, cap. 13. fol. 69.
Syricius Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 63.
Suuincfeldi error circa Euchariſtiam, cap. 4. fol. 20.

T

TEleſphorus Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 66.
Tempus inſtitutionis Sacramenti Pœnitentiæ, quod nam fuit? cap. 22. fol. 126.
Tertullianus pro libero arbitrio, cap. 18. fol. 102. procurauit Jndulgentiarum moderationem apud Pontifices, cap. 25. fol. 147.
Teſtamentum nouum ſtat pro Purgatorio, cap. 26. fol. 153.
Textus explicitus Machabæorum pro Purgatorio, cap. 27. fol. 160.

Digitized by Google

Traditiones ſunt Verba Diuina, cap. 9. fol. 40.
Tranſubſtantiatio non eſt recens, ſed vetuſtiſſimum Eccleſiæ Catholicæ aſſertum, & eſt articulus Fidei, cap. 34. fol. 111. hoc nomen tranſubſtantiationis in Concilio Lateranenſi exordium habuit, ibid. fol. 112.
Tres actus, vnus itellectus, & duo voluntatis, exigunt tres habitus, cap. 21. fol. 119.
Tria interſtitia temporis à Chriſti Natiuitate, vſque ad nouiſſimum diem, cap. 9. fol. 43.

V

VErbum Diuinum, non ſolum eſt illud, quod inuenimus in Sacra Scriptura, ſed etiam multa, quæ ſcripta non ſunt, Verba Diuina ſunt, cap. 9. fol. 40. Numquam nobis innoteſceret in Scripturis, niſi prius Eccleſia Catholica declararet tales Scripturas eſſe canonicas, cap. 11. fol. 55. Verbo Diuino magis creditur, quam ſenſui, cap. 34. fol. 205.
Victor Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 66.
Vigilantii error damnatus à Caluino, cap. 3. fol. 16.
Vigilius Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 60.
Vinculum, quod Fideles in Eccleſia Chriſti colligat, quod nã ſit? cap. 2. fol. 7.
Virtutes Theologicæ habẽt pro obiecto Deum, cap. 21. fol. 119.
Vnitas eſt primum ſignum cognoſcendi veram Eccleſiam, cap. 4. fol. 17. quatruplex eſt, ibid. omnes iſtæ Vnitates reperiuntur in Eccleſia Catholica, ibid.
Vrbanus Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 69.
Wicleffi error circa Euchariſtiam, cap. 33. fol. 203. eius obiectiones ſoluuntur, ibid. fol. 209. Authoritatibus ab eodem adductis multipliciter Reſpondetur, ibid. contra eumdem retorquetur Matthæi textus, ibid.

X

XYſtus Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 66.
Xyſtus Secundus, & eius acta, cap. 12. fol. 65.
Xyſtus Tertius, & eius acta, cap. 12. fol. 62.

Ze-

Digitized by Google

Index Alphabeticus.

Z

Zephirinus Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 66.
Zosimus Primus, & eius acta, cap. 12. fol. 62.
Zuinglii error circa Eucharistiam, cap. 4. fol. 20. & cap. 31. fol. 185. reiicitur à Caluino, cap. 32. fol. 195.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google